R. ACCADEMIA DEI LINCEI
COMMISSIONE PER GLI ATTI DELLE ASSEMBLEE COSTITUZIONALI ITALIANE

PARLAMENTO FRIULANO

VOLUME PRIMO

(1228 - 1420)

PER CURA DI

PIETRO SILVERIO LEICHT

PARTE SECONDA

BOLOGNA
NICOLA ZANICHELLI
MCMXXV

R. ACCADEMIA DEI LINCEI
COMMISSIONE PER GLI ATTI DELLE ASSEMBLEE COSTITUZIONALI ITALIANE

ATTI
DELLE
ASSEMBLEE COSTITUZIONALI
ITALIANE
DAL MEDIO EVO AL 1831

SERIE PRIMA
STATI GENERALI E PROVINCIALI

SEZIONE SESTA
**PARLAMENTO FRIULANO
E STATI PROVINCIALI GORIZIANI**

BOLOGNA
NICOLA ZANICHELLI
MCMXXV

R. ACCADEMIA DEI LINCEI

COMMISSIONE PER GLI ATTI DELLE ASSEMBLEE COSTITUZIONALI ITALIANE

PARLAMENTO FRIULANO

VOLUME PRIMO

(1228 - 1420)

PER CURA DI

PIETRO SILVERIO LEICHT

PARTE SECONDA

BOLOGNA
NICOLA ZANICHELLI
MCMXXV

CXII.

Udine, [1332], 26 Dicembre. — *Il comune di Udine invia i suoi deputati al parlamento a Villalta.*

MSS. A reg. orig. camerari nella bibl. com. di Udine. EDD. BIANCHI, *Documenti*, n. 735. TESTO da A.

Item Philipussio, Iohanni notario et Nicolussio magistri Conradi missis Villaltam ad colloquium castellanorum occasione providendi de statu pacifico terre Foriiuli pro expensis et naulo equorum den. XXXVI.

CXIII.

Udine, 1333, 17 Gennaio. — *Il parlamento convocato dai conservatori del patriarcato* (a), *delibera di dare il capitaneato generale del Friuli al conte di Gorizia e di nominare il consiglio; questo poi, riunitosi, prende alcune misure per la pace del paese e per gli accordi colla contessa di Gorizia.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Bini dagli atti del cancelliere Eusebio di Romagnano donde c. nella racc. Bianchi n. 2207. C. c. nella raccolta Ioppi da una c. autentica del not. Merula del sec. XV anche questa tratta dagli atti di Eusebio. EDD. IOPPI, *Documenti Goriziani* da B; LEICHT, *Parlamento* n. VIII da B. TESTO da B e C.

Anno domini MCCCXXXIII indictione prima, die dominico XVII ianuarii. Infrascripta facta sunt in colloquio generali celebrato Utini, in castro patriarchali, in sala inferiori, ubi fiunt colloquia, et congregato ad petitionem venerabilium virorum dd. Petri de Galliata decretorum doctoris sacriste ecclesie de Burliaco, apostolice sedis nuncii, et Gulielmi decani Aquilegensis decretorum doctoris, custodum et conservatorum iurium et iurisdictionum ecclesie Aquilegensis. In quo quidem colloquio interfuerunt infrascripte notabiles persone:

d. abbas Sextensis
d. abbas Mosacensis
d. abbas Rosacensis
d. decanus Civitatensis
d. Morandus de Purcileis
d. Nicolaus plebanus Agelli
d. Odoricus de Cucanea miles
d. Articus de Prampergo miles
d. Hector de Savorgnano miles
d. Pregonia de Spegnimbergo miles
d. Iohannes de Villalta
d. Iohannes de Pulcinico
d. Fantussius de Pulcinico
d. Rizardus de Valvesono
dd. Gerardus et Simon fratres de Cucanea
d. Thomasutus de Pertinstayn, et d. Fantussius eius filius
d. Federicus de Savorgnano
d. Federicus Piccolus de Mels
d. Odoricus notarius, d. Tobias, magister Franciscus, Parisinus, notarii de Utino
d. Franciscus Anonus, d. Machoras, d. Iohannes de Uccellis de Utino

(a) La sede apostolica deputò a reggere il patriarcato durante la sede vacante il nunzio Pietro di Galliata dottore in decreti, e Guglielmo decano d'Aquileia pure dottore in decreti col titolo di conservatori e governatori della chiesa Aquileiese, detti anche vicarii: ved. LIRUTI, *Notizie del Friuli*, V, 56.

d. Vincentius custos ecclesie Civitatensis
d. Meliorantia, d. Simon, d. Franciscus commorantes (1) Utini
d. Rizardus de Tricano
d. Federicus de Morutio
d. Galvanus de Maniaco
d. Franciscus de Manzano
d. Odoricus de Budrio
d. Luisolo de Cauriaco (2)
d. Gabriel de Brazaco
d. Coradella et d. Micolus de S. Daniele
d. Manfredus de Pinzano
d. Nicolussius de la Fratina
d. Brisinus de Toppo
d. Cossettinus de Monteregali
d. Conradus Boyanus, d. Ulvinus de Canussio, d. Ugo d. Contii de Civitate
d. Mathiussius de Soffumberch
d. Bertoldus de Castillerio
Armanus, Maynardus, Dominicus Niger de Glemona.
Marcholinus et Paulus, Federicus et Hermanus fratres de Carnea
Raymundus et Adoardus de Sacilo
Deulavarticus notarius de Cadubrio
Guilelmus de Viconovo de S. Vito
Rubeus hospes de Aquilegia
Marinus notarius de Marano
Bonaventura notarius d. episcopi Concordiensis
Desideratus de Cordovato
Dominicus de Montefalcono
Bellonus et Cavalchus de Aviano
Alexius et Artolius de Canepa
et alii tam clerici, quam laici in multitudine copiosa.

Propositis igitur prudenter et provide sermonibus suis per dd. vicarios antedictos coram dicto colloquio super causa adventus eorum, et per quem legatus Apostolice sedis ipsos transmiserat, factisque suasionibus coram omnibus suprascriptis et prout in talibus decet, publicatis vulgariter litteris commissionis ipsius d. legati, et aliis litteris, quas idem d. legatus miserat prelatis, liberis, ministerialibus et communitatibus ecclesie Aquilegensis; quesitum fuit, more solito ab omnibus, si consulebant, et quid videbatur agendum: deliberatum fuit et firmatum ibidem, quod d. legatus rengraciandus erat da tanto amore, et tanta caritate et affectione quam ostenderat ecclesie Aquilegensi et servitoribus suis, et quod deberent mitti ad ipsum ambassatores speciales super hoc, et quod provisio et capitaneatus dentur filio d. comitisse Goritie pro conservatione totius terre Foriiulii, et consiliarii electi per nobiles et universos Foriiulii et deputati dicte domine ad consulendum super factis ecclesie Aquilegensis confirmentur in isto colloquio, et deputati sint et electi ad consulendum dd. vicariis antedictis, et quod dicti dd. vicarii simul cum dictis dd. consiliariis trahant se in partem, et ad locum magis secretum, et ibi consulant et ordinent illud quod pro meliori videbitur, tam super facto tractatus habiti cum d. comitissa, quam etiam (3) super facto ambaxatorum mittendorum ad d. legatum et d. papam, si expedierit, et super forma ambaxate eis imponende: item et super facto Sacili et Glemone, et super aliis que reformatione indigent contingentibus statum ecclesie Aquilegensis et totius terre Foriiulii; volentes, statuentes et ordinantes ex nunc quod quidquid fecerint, viderint et ordinaverint dicti consiliarii simul cum dd. vicariis antedictis, valeat et obtineat plenum robur, ac si per totum colloquium factum esset.

(1) C: commorantur. (2) C: Guicettus de Cauriaco. (3) etiam om. B; IOPPI, *Doc. Goriziani*: item et. (4) om. B.

Convenientibus igitur in unum super saletta, ubi consueverunt fieri consilia simul cum dictis dd. vicariis, consiliariis antedictis, videlicet:

dd. abbate Rosacensi
Odorico de Cucanea milite
Artico de Prampergo milite
Pregonia de Spegnimbergo milite
Iohanne de Villalta
Rizzardo de Valvasono
Federico de Murutio
Ugone de Civitate
Tobia de Utino.

Qui iuraverunt ad sancta dei evangelia, more solito, coram dictis dd. vicariis de veniendo ad consilium quandocumque et quotiescumque per dictos dominos fuerint vocati, nisi sint iusto impedimento et legitimo detenti, et de consulendo bona fide, et sine fraude illud quod crediderint esse honor ecclesie Aquilegensis, et utile toti patrie Foriiulii et de tenendo secretum illud quod tractabitur et dicant quod secretum retinendum erit.

Interfuerunt etiam in consilio predicto, ultra dictos consiliarios, infrascripte persone vocate ad consulendum:

d. abbas Sextensis
d. abbas Mosacensis
d. decanus Civitatensis
d. Hector miles de Savorgnano
d. Morandus de Purciliis
d. Odoricus notarius de Utino
d. Saginus de Parma
d. Martinus notarius de Aquilegia.

Qui omnes tam consiliarii, quam non, consuluerunt quod ambaxatores duo eligerentur, qui quanto citius esse potest vadant ad presentiam d. legati, et regratientur sibi de bono amore, et magna affectione quam ostendit ecclesie Aquilegensi et servitoribus suis, et exponant dicto domino casus, conditiones et pericula incumbentia, et supplicent ei quod dignetur sollicitudines suas apponere, quod ecclesia Aquilegensis cito provideatur de pastore et duce probo et utile, et alia que necessaria videbuntur circa hoc cum recomendatione premissa, et quod, si expediens fuerit, se transferant usque ad presentiam domini nostri summi pontificis, et quod quidquid fiet, faciant ex parte totius colloquii, et quod, quia difficile esset tot sigilla cere apponere in litteris portandis, fiant littere per modum instrumenti manu duorum notariorum roborati.

Item consultum fuit quod quia difficile esset stratas custodire, ita quod mercatores ire possint securi, d. comitissa, seu filius eius, habeat (1) regimen capitaneatus, iuxta tractatum et ordinamentum factum ante adventum istorum vicariorum, cum salario sibi ordinato, ad quod dicti d. vicarii consenserunt, dicentes quod si (2) sic erat de consuetudine patrie, consilio consiliariorum nolebant (3) obviare ordinationi predicte, sed de modo et forma dandi dicte domine salarium suum, nolebant (4) se intromittere, cum bona ecclesie Aquilegensis non (5) essent sua, sed tamen propter hec non obviarent in aliquo eorum consilio.

Item consultum fuit quod provideatur super statu terre Glemone, et quod cives dicte terre, qui sunt in Utino, et mittuntur ad certa confinia de mandato capitanei et consilii Glemone, et etiam qui conqueruntur se molestari indebite, remaneant in Utino de mandato dd. vicariorum et sui consilii, et quod dd. vicarii quam citius possunt se ritigent usque Glemonam pro reformatione dicte

(1) Così C; B e Ioppi, *Docum. Goriziani*: habens. (2) Om. B. (3) Così C; B e Ioppi, *Docum. Goriziani*: volebant. (4) Così C; B: volebant. (5) Om. B.

terre, et quod ibidem inquirant et videant in quo deliquerunt cives predicti de Glemona, qui sic contra iustitiam gravari conqueruntur, et secundum eorum delicta puniantur, et quod scribant capitaneo et consilio Glemone, quod interim nullam inferant novitatem contra ipsos, que littere statim facte fuerunt.

Item consultum fuit quod dd. vicarii predicti, pro bono pacis, et pro quiete ecclesie Aquilegensis et totius terre, se fatigent usque ad Civitatem ad conferendum cum d. comitissa, quia sperant quod, si conveniant ad invicem, omnia provehantur per ordinem, et hoc sit die crastina, quia quam citius fit, tanto melius, et quod sibi simul cum ipsa super facto Sacili utilius poterit provideri suo consilio [a]. Dicti vicarii nolentes deviare a consilio [1] sibi dato, consenserunt rogantes consiliarios suos predictos, quod ipsos debeant associare et esse cum eis apud d. comitissam super ordinatione omnium predictorum, et ita ordinatum et firmatum fuit [2].

CXIV.

Gorizia, 1333, 22 Febbraio. — *I consiglieri del parlamento chiedono alla contessa di Gorizia che liberi le strade da' malandrini.*

MSS. A manca. B c. nel cod. dipl. Frangipane d'onde c. nella racc. Bianchi. EDD. Iorpi, *Documenti Goriziani* n. C da B. TESTO da B.

MCCCXXXIII indictione prima, die XXII mensis februarii. Presentibus nobilibus viris dd. Collo de Flacperg, Mathia eius filio militibus, Hendrico et Alberto scribis de Goritia, et pluribus aliis. Goritie in stupa castri dicte Terre in quo habitat infrascripta d. comitissa.

Congregato coram illustri dd. Beatrice Goritie et Tirolis comitissa prefata, consilio Foriiulii sibi tradito per colloquium generale; in quo quidem consilio aderant dd. Articus de Prampergo, Bregonea de Spinimbergo milites, Iohannes de Villalta, Bernardus de Strassoldo, Federicus de Savorgnano, Franciscus de Manzano, Mapheus notarius de Aquilegia, et Hendricus Oli de Glemona: et petito per venerabiles viros dd. Petrum de Galliata sacristam ecclesie de Burlaco Castrensis diocesis, legum doctorem, apostolice sedis nuntium, et Guillelmum decanum Aquilegensem, decretorum doctorem, conservatores et gubernatores ecclesie Aquilegensis, a dicta d. comitissa, ut ex officio capitaneatus Foriiulii, quod gerit nomine filii sui, compellere deberet illos de Castello, de Ragonea, Pinzano, Castroraymundo, et omnes alios, qui nuper in stratis publicis expoliaverant mercatores, ut ablata restituerent: ipsa d. comitissa petiit a consiliariis predictis quid, et quomodo super hiis esset factura; et per maiorem partem astantium ibidem consiliariorum consultum fuit eidem, quod omnibus huiusmodi predonibus mandare deberet precipiendo, quod ablata omnia mercatoribus quibuscumque libere restituere debeant infra breve terminum, videlicet duorum, vel trium dierum, et si restitutionem ipsam non facerent, quod omnes predones ipsos compellere deberet omnibus modis, quibus posset, ad restitutionem huiusmodi faciendam, etiam contra eos, et eorum bona procedendo. Quo peracto prefati dd. Petrus, et decanus requisiverunt dictam d. comitissam, ut in premissis procederet iuxta formam consilii sibi dati per maiorem partem dictorum consiliariorum.

Item prefati dd. Petrus et decanus requisiverunt dictam d. comitissam, ut sibi prestet auxilium et favorem ad recuperationem terrarum et castrorum ecclesie Aquilegensis, quia, si hoc non faceret, de sallario sibi promisso CL marcharum pro capitaneatu Foriiulii, satisfacere non valerent. Actum ut supra.

(1) Così B; C ha: cui consilio dicti dd. vicarii, nolentes deviare a consilio sibi dato, consenserunt. Iorpi, *Documenti Goriziani*, segue B. (2) segue in C l'autentica del notaio Martino Merula.

(a) Sacile era stato in quel mentre assaltato da Rizzardo da Camino; vedasi il n. CXXVII.

CXV.

Udine, [1333], 15 Luglio. — *Spese fatte dal cameraro di Udine per i deputati mandati dal comune al parlamento.*

MSS. A reg. origin. dei camerari nella bibl. comun. di Udine. EED. inedito. TESTO da A.

Item die XV iulii dedit pro naulo quatuor equorum quos habuerunt Zimutus et Nichulussius notarii missi pro ambaxiatoribus ad colloquium et pro vino quod secum portaverunt den. XLVIII.

CXVI.

Udine, [1333], 3 Agosto. — *Protesta fatta nel Parlamento dal Comune di Cividale e dai Signori di Castello e di Strassoldo contro l'alienazione dei beni patriarcali e la convocazione del parlamento.*

MSS. A protocollo del not. Stefano di Cividale nell'Arch. notarile di Udine. B copia nella racc. Bianchi 2247 da A. EDD. Bianchi reg. 884 da A. TESTO da A.

Die martis tertio augusti. In ecclesia S. Francisci fratrum minorum de Utino. Presentibus venerabilibus viris dd. fratribus abbatibus Sextensi et Mosacensi, ac Guidone decano Civitatensi, et militibus dd. Odorlico de Cucanea et Hectore de Savorgnano, et dd. Federico de Savorgnano, Francisco de Manzano, Iohanne de Villalta, Iohanne, Gyrardo, Symonutto et Thomasuttos omnibus de Cucanea testibus, et aliis.

Iohannes Ribisinus, ambasiator communis Civitatis, et pro dicto communi, ac Antonius q. d. Nicolai de Fauglis pro dd. de Castello, ac Henricus Niger pro dd. de Strasoldo, quilibet pro se, constituti in presentia egregie d. Beatricis comitisse Goritie et Tyrolis, et venerabilis viri d. Guilelmi decani et conservatoris ecclesie Aquilegensis, et colloquii generalis ordinati, protestati fuerunt, quod non consentiebant alicui venditioni, seu obbligationi bonorum ecclesie Aquilegensis et quod placeret ei facere colloquium in loco ubi homines et nobiles possint convenire.

CXVII.

Udine, [1333], 8 Agosto. — *Spese sostenute dal cameraro di Udine per i deputati inviati dal comune al parlamento.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Bianchi n. 2230 dal registro or. allora esistente presso il dottor Cecconi a S. Daniele. EDD. inedito. TESTO da B.

Item die VIII augusti dedit Fallono quos dixit se expendisse comitive d. Federici (a) quando fuerant ad colloquium celebratum Rosaciis den. XXIV.

(a) È Federico di Savorgnan.

CXVIII.

Udine, [1334] (1), 19 Gennaio. — *Il consiglio del parlamento risponde ad alcuni quesiti fatti dagli ambasciatori della contessa di Gorizia intorno al modo di pagamento del salario dovutole per il capitaneato generale* (a), *alla consegna dei castelli e deputa sette consiglieri ad illustrare tale risposta dinanzi alla contessa predetta.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Bini p. 55. EDD. inedito. TESTO da B.

Die martis sequenti XIX mensis ianuarii. Utini in castro patriarchali, in ecclesie S. Marie castri predicti. Convenientibus ibidem post missam consiliariis antedictis simul cum prefatis dominis vicariis et tractantibus ad invicem super partibus que die externa facte erant supervenerunt ambaxiatores d. comitisse videlicet Hendricus et Albertus notarius et Conradus de Goritia qui exposuerunt ibidem ex parte d. comitisse quod dicta domina super salarium suum quod erat DL marcharum quolibet mense volebat scire quid esse debebat et unde dictum salarium debebat recipere: et qui super hoc providere deberent. Item dixerunt ambaxiatores prefati quod [cum] eis promissum fuisset et ordinatum quod castra et ecclesie Aquileiensis deberent deputari et dari nobilibus Fori Iulii usque ad adventum d. patriarche per ipsam cum consilio consiliariorum predictorum, placeret dictis dd. vicariis quod dicta ordinatio procederet et quod castra darentur nobilibus sicut ordinatum erat. cui petitioni seu petitionibus, deliberatione et consilio habitis (2), fuit taliter responsum:

Et primo super requisitione sui salarii quod quandocumque dicta domina vellet assistere dictis dominis.... (3) et non alicui alteri personae in aquirendo vel defendendo iura Aquileiensis ecclesie sicut fuerat et promiserat die externa, parati erant quod dicta domina haberet salarium suum de bonis ecclesie Aquileiensis ab illis personis qui haberent castra in manibus suis, aliter non videbatur conveniens quod deberet habere si contrarium faceret.

Super facto vero locorum quos petebat dari per ipsam nobilibus terre cum consilio consiliariorum, responsum fuit quod si talis ordinatio facta fuit, dicta ordinatio non debet valere nec procedere, quia facta fuit ante adventum dictorum dd. vicariorum et eo tempore quo ignorabatur de adventu ipsorum: et per adventum istorum vicariorum non valet, licet fuerit satis bona promissio si non venissent, vel si missi fuissent et quod per petitionem illam, si deberet admitti, tunc commissio facta dd. vicariis inutilis esset et nullius fructus, nec scirent ad quid venissent sicut apparet ex tenore commissionis sibi facte. Erat enim intentio dictorum dd. vicariorum quod loca et officia patriarchalia darentur nobilibus terre sicut ordinatum erat, non per d. comitissam sed per ipsos dd. vicarios.

Super quibus melius retractandis et exponendis electi fuerunt septem ex consiliariis et aliis qui erant ibi, qui vadant ad d. comitissam ac dicant responsionem prefatam ex parte dictorum dd. vicariorum et consiliariorum (4).

Et sic electi fuerunt:

d. Articus (5) de Prampergo
d. Pregonea de Spilimbergo
d. Iohannes de Villalta
d. Rizardus de Valvasono
d. Galvagnus de Maniaco
d. Franciscus de Manzano
d. Ugo de Civitate.

(1) Ho attribuito a questo parlamento la data del 1334 perchè in quest'anno il 19 gennaio cade di martedì. (2) B: deliberationem et consilium habitum. (3) Probabilmente: vicariis. (4) B: consiliaribus! (5) B: Amicus.

(a) Del salario dovuto alla contessa trattano altri documenti dell'istesso tempo: ved. raccolta Bianchi n. 2279, 1334, 1 Febbraio, i parlamenti 1334, 13 Febbraio, e il consiglio del 9 Marzo.

CXIX.

Modoleto, 1334, 13 Febbraio. — *Il parlamento delibera il pagamento del salario alla contessa di Gorizia sino alla venuta del nuovo patriarca, e stabilisce di nominare sette consiglieri.*

MSS. A protocollo di Gubertino da Novate nella biblioteca comunale di Udine. EDD. IOPPI, *Documenti Goriziani*, n. 109 da A. TESTO da A.

In Christi nomine amen anno nativitatis eiusdem MCCCXXXIV indictione die dominico XIII mensis februarii. Presentibus nobilibus viris dd. Iacobo de Cormons, milite, Conrado de Rayphemberch, Henrico et Alberto scribis de Goritia, magistro Iacobo notario de Tarvisio Goritie commorante testibus et aliis. Congregato et convocato more solito colloquio generali in Modoletto prope villam S. Iohannis de Manzano, in quo quidem colloquio interfuerunt.

d. Beatrix comitissa Goritie et Tirolis
d. Frater Ludovicus abbas Sextensis
d. Guido decanus Civitatensis
dd. Pregonea de Spinimbergo et Guilielmus de Grisimpach milites
dd. Iohannes et Nicolussius de Villalta
Federicus de Savorgnano.
Gabriel de Prata
Fantussius de Polcinico
Symoncetus de Cucanea
Odoricus de Budrio
Fantinus de Cucanea vicecapitaneus Glemone
dd. Ossalcus et Conus fratres de Strassoldo
Hugo q. d. Congii de Civitate
Conradus Boyanus de Civitate
Guaschettus de Sacile
Saginus de Parma gastaldio Utinensis
Mapheus notarius de Aquilegia
Bernardus notarius de Marano et multi alii.

Propositum fuit ex parte dicte d. comitisse qualiter strate erant male secure eo quod homines expoliabantur in eis. Qualiter terra Sacili erat in periculo perditionis, nisi aliter de ipsius custodia provideretur. Item qualiter ipsi d. comitisse non erat bene satisfactum de salario capitaneatus Foriiulii pro anno proxime preterito de mense ianuarii proxime preterito et presenti mense februarii nihil adhuc habuerat nec erat ordinatum si et unde salarium predictum habere deberet et quod super premissis deberet provideri taliter quod esset honor et status ecclesie Aquilegensis.

Quibus omnibus propositis et intellectis petitum fuit circumquaque ab omnibus de dicto colloquio. Qui omnes nemine discrepante deliberaverunt et ordinaverunt et contenti fuerunt quod d. comitissa predicta habeat et habere debeat salarium dicti capitaneatus usque ad aventum futuri patriarche omni mense sicut habuit anno proxime preterito. Et quia de tot et tantis negotiis non bene poterat statim deliberari in dicto colloquio cum plurime querele ibidem fierent, electe fuerunt infrascripte septem persone (a) que habeant vim dicti colloquii et habeant videre disponere et ordinare unde, de quo et quibus temporibus et per quos satisfieri debeat dicte d. comitisse de sallario supradicto, nec non querelas omnes factas in dicto colloquio audire et tam super

(a) Nel testo non sono nominate queste persone; sappiamo però dal doc. 1334, 9 Marzo successivo che erano: Odorico di Cucagna, Giovanni di Villalta, Asquino di Colloredo, Ossalco di Strassoldo, il decano di Cividale Guido di Manzano, il notaro Odorico di Udine, e Ugo q. Conzio di Cividale.

ipsis quam super propositis in dicto colloquio per d. comitissam deliberare et providere quid sit faciendum et illud intimare prefate d. comitisse ut mandet executioni quod quidem ipsa d. comitissa promisit facturam iuxta posse suum.
Actum in dicto Modoleto.

CXX.

Udine, 1334, 20 Febbraio. — *Il conservatore del patriarcato col beneplacito dei consiglieri del parlamento concede alcuni privilegi alla terra di Sacile.*

MSS. A or. del cancelliere patriarcale Gubertino da Novate nel cod. dipl. Frangipane a Castel Porpeto, B c. nella racc. Bianchi, n. 2286 da A. EDD. inedito. TESTO da B.

Guillelmus decanus Aquilegensis, decretorum doctor, vicarius et conservator ecclesie Aquilegensis pro reverendo in Christo patre et dd. Bertrando dei gratia Ostiensi et Velletrensi episcopo, apostolice sedis legato, discretis viris potestati, consilio, et communi terre Sacili salutem et omne bonum. Considerantes ingentem fidelitatis et devotionis constantiam, quam ad ecclesiam Aquilegensem semper adhibuistis inter ceteros ipsius ecclesie fideles et subditos, nec non inextimabilia detrimenta, que passi estis pro defensione terre Sacili, vobis de consilio et beneplacito septem nobilium Foroiuliensium in generali colloquio pridie apud S. Iohannem de Manzano in Modoleto celebrato electorum, super provisione custodie dicte terre, et aliis circa gubernationem et statum patrie Foriiulii opportunis, pro restauratione dampnorum predictorum aliqualiter et ut melius possitis dictam terram monire necessariis pro ipsius custodia et tutela, tenore presentium duximus concedendum, quod super pane, vino, caseo, et carnibus dacium imponere et exigere libere valeatis in foris, seu mercatis sanctorum Laurentii, Leonardi et Martini districtus Sacili, prout in ipsa terra imponitis et exigitis de eisdem. Quodque concessionem vobis dudum factam per bone memorie d. Paganum Aquilegensem patriarcham de redditibus unius mansi positi in villa de Seronis in iuvamine unius fornacis construende pro murando prefatam terram, ratam et gratam habemus, et eam, nomine Aquilegensis ecclesie, vobis de novo facimus per presentem. Ita quod premissa habere, gaudere et exigere valeatis usque ad beneplacitum futuri d. patriarche, salvo iure cuiuscumque persone. In cuius rei testimonium has nostras patentes litteras fieri fecimus nostri sigilli appensione munitas. Datum Utini in palatio patriarchali die XX februarii anno dominice nativitatis MCCCXXXIV indictione secunda.

CXXI.

Udine, 1334, 9 Marzo. — *I consiglieri del parlamento deliberano intorno al salario da accordarsi alla contessa di Gorizia, e stabiliscono di chiedere alla medesima che vengano posti in libertà alcuni abitanti dell' Istria imprigionati dai suoi dipendenti.*

MSS. A or. del cancelliere patriarcale Gubertino da Novate nella Bibl. civica di Udine B c. nella racc. Bianchi n. 2289 da A. EDD. Joppi, *Documenti Goriziani*, n. 110. TESTO da A.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCXXXIV indictione secunda, die nono mensis martii. Presentibus venerabili viro d. Guilielmo decano Aquilegensi, decretorum doctore, vicario et conservatore eiusdem ecclesie, ac nobilibus viris dd. Federico de Savorgnano, et Francisco de Manzano testibus ad hec vocatis et rogatis.

Nobiles viri dd. Odoricus de Cucanea milex, Iohannes de Villalta, Asquinus de Colloreto, magister Odoricus notarius de Utino et Hugo q. d. Congii de Civitate sponte et libere dixerunt, et testificati fuerunt, quod ipsi, et venerabilis vir d. Guido de Manzano decanus Civitatensis, et nobilis vir d. Ossalcus de Strassoldo electi per colloquium generale in Modoleto prope villam S. Iohannis de Manzano celebratum per illustrem dd. Beatricem Goricie et Tirolis comi-

tissam, ac vicesgerentem magnifici viri d. Iohannis Henrici comitis Goricie et Tirolis filii sui capitanei terre Foriiulii, et d. vicarium supradictum ad providendum et deliberandum super salario dicte d. comitisse dando omni mense pro dicti capitaneatus officio, nec non super querelis factis, et aliis propositis in eodem colloquio, ubi ipsa d. comitissa promisit executioni mandare, iuxta posse suum, quidquid per dictos septem sapientes electos provisum et ordinatum extiterit in premissis, prout de hiis constat per publicum instrumentum, scriptum anno et indictione presenti, die dominico XIII mensis februarii per me notarium infrascriptum, cum in simul Utini in castro patriarchali convenissent die mercurii XVI dicti mensis februarii proxime preteriti ad videndum, et consulendum super predictis, inter alia deliberaverunt, et providerunt quod d. comitissa supradicta duos filios Iohannis Pauli, et duos filios Francisci Ade de Muglia, et unum eius nepotem captivatos in Castilluto debeat relaxare, et d. Iohanni Paulo et Francisco restitui marchas quadraginta solidorum sibi acceptas per d. Hermachoram de la Turre, prestita sibi bona cautione per illos de Mugla de respondendo in iure dicto d. Hermacore et d. Fedrigino de la Turre super his que asserunt dicti de Mugla, seu commune dicte terre sibi teneri; asserentes etiam quod ipsi septem sapientes, iuxta deliberationem et provisionem factam per eos super huiusmodi negotio dictorum de Mugla, per suas litteras dicte d. comitisse scripserunt rogando, ut illa, iuxta promissum, executioni mandaret.

Actum Utini in castro patriarchali.

CXXII.

Udine, 1334, 16 Marzo. — *Il capitano di Sacile chiede al consiglio del parlamento sulle spese sostenute nella difesa di Sacile.*

MSS. A or. del not. Stefano Candelario di Cividale nell'Archivio notarile di Udine B c. nella racc. Ioppi da A. EDD. inedito. TESTO da A.

Anno domini MCCCXXXIV indictione II die XVI martii. In palatio patriarchali Utini, presentibus d. Gilberto abbate Mosacensi et nobilibus viris dd. Odorlico de Chucanea, Artuico de Pramperch militibus, Bartholomeo de Spegnumbergo, Wosalcho de Strassoldo, Rizardo de Valvasono, Galvagno de Maniacho, Hugone de Civitate, Ulvino de Canusso, Iohanne de Chucanea, Girardo d. Odorlici de Chucanea et Franzino notario curie patriarchalis testibus et aliis.

Coram venerabili viro d. Guillelmo decretorum doctore decano et conservatore ecclesie Aquilegensis ac septem consiliariis seu maiori parte deputatis ad consilium convocatum ut moris est, Conradus d. Pauli de Civitate dixit, quod cum foret positus capitaneus Sacili et expendisset multa pro defensione et denarii currerent sub usuris et etiam pro peditibus, supplicabat ut provideretur sibi et ex nunc dabat locum Sacili ipsi d. vicario et consiliariis ut facerent sicut eis placeret. Et pro huiusmodi dampnis habitis fecit ibidem proferre ut protulit ex parte dicti Conradi ipsi d. vicario et consiliariis tres equos et quatuor centum congia vini terrani Benedictus preco comunis Civitatis ad diem lune proximum ad videndum vendi in Civitate, que pignora Folchus de Civitate ipsi Conrado fecerat proferre etc.

CXXIII.

Udine, 1334, 3 Aprile. — *Spese sostenute dal cameraro di Udine per il deputato dal comune al parlamento.*

MSS. A. manca. B c. nella Bianchi 2274 dal registro or. allora presso il dott. Ciconi a S. Daniele. EDD. inedito. TESTO da B.

Item die III aprilis dedit Nicolussio magistri Conradi misso ex parte communis ad colloquium celebratum iuxta Cormonem den. XXIV. Item, dicta die, Vinero preconi misso ad dictum colloquium cum prefato Nicolussio den. X.

CXXIV.

S. Giovanni di Manzano, 1334, 26 Maggio. — *Il parlamento ratifica la concessione fatta dal defunto patriarca Pagano a Brisaglia di Porcia del capitanato di Torre.*

MSS. A manca. B c. recente nella Biblioteca comunale di Udine da cui c. nella racc. Ioppi. EDD. inedita. TESTO da B.

Anno domini MCCCXXXIV, indictione II, die XVI mensis maii, in villa S. Iohannis de Manzano, presentibus nobilibus et discretis viris d. presbitero Tognolo de Turre, d. Artico de Porcileis, Petro Ser Zeroni de Portunaonis,....... de Maniaco, Fabricio de Portunaonis et aliis pluribus.

Congregato colloquio generali per illustrem et magnificam d. Beatricem Goricie et Tirolis comitissam magnifici iuvenis d. Iohannis Henrici Goricie et Tirolis comitis capitanei generalis patrie Foriiulii vices gerentem, nec non per venerabilem virum d. Guillelmum decanum Aquilegensem decretorum doctorem vicarium et conservatorem eiusdem ecclesie sede vacante pro venerabili patre et dd. Bertrando dei gratia Ostiensi et Veletrensi episcopo apostolice sedis legato, pro magnis et arduis negociis ecclesie Aquilegensis statum et tocius terre Foriiuli tangentibus convocato, in quo interfuerunt venerabiles viri Guillelmus decanus et conservator predictus, frater Iohannes abbas monasterii Sumaguensis, Guido decanus Civitatensis, Morandus de Porcileis canonicus Aquilegensis, Tramontanus et Bernardus Civitatenses canonici, nobiles viri Bregogna de Spegnimberg miles, Odoricus de Villalta, Iohannes Franciscus de Castello, Henricus, Ossalcus et Franciscus de Strasoldo, Mainardus de Murucio, Federicus de Sonimbergo, ... de Cuchanea, Henricus de Prampergo, Franciscus, Suarzutus et Bertholdus de ...., ... de Castiliro, Rambaldus de Cavoriacho, Odoricus de Butrio, Galvanus de Maniaco, Nicolaus Pizolus de Ragonea, Brisinus de Toppo, Philipussius q. Rainerotti, Fancellus de Carnea, Antonius Pasqualutti, Missa de Percoto pro comune Utini, Hendregisso pro comune de Civitate, Nicolaus q. Conradi et Isingrinus pro comune de Glemona, Pasqualinus pro comune de S. Vito, Misottus habitator Tricesimi, Federicus de Buja et alii multi. Productis ex parte nobilis d. Brizalee de Porcileis in dicto colloquio quibusdam patentibus litteris sibi concessis per bone memorie d. Paganum patriarcham Aquilegensem super locationem et concessionem capitaneatus Turris cum redditibus et iuribus suis, ipsius d. Patriarche sigillo sigillatis, prefati domini comunitates et nobiles ad dictum colloquium congregati, visis et diligenter examinatis litteris prefatis et iuribus de Turre, unanimiter et concorditer litteras et iura in omnibus sicut provide facte sibi et concesse sunt ratificarunt et approbarunt et laudarunt excepto d. Guillelmo vicario et conservatore prefato, qui ipsas nec ratificavit nec approbavit. Actum in Villa suprascripta S. Iohannis de Manzano in presentia mei notarii infrascripti nec non Francisci q. d. Montanini de Villa nova de Laude sacri palacii notarii, qui una mecum unius tenoris et forme rogatus fuit conficere instrumentum.

Ego Franciscus de Portunaone q. d. Iacobi imperiali auctoritate notarius interfui et rogatus scripsi.

CXXV.

Udine, 1334, 2 Giugno. — *Il conservatore del patriarcato invita il capitolo di Cividale al parlamento che si riunirà a Udine il 15 Giugno.*

MSS. A or. nell'Arch. capitolare di Cividale. EDD. inedito. TESTO da A.

Guillelmus decanus Aquilegensis, decretorum doctor, vicarius et conservator eiusdem ecclesie, venerabilibus viris dd. decano et capitulo Civitatensi salutem, et omne bonum.

Intendentes super provisione et defensione terre Sacili die mercurii XV presentis mensis in Utino, hora consueta, generale colloquium celebrare, mandamus vobis, quatenus dicto colloquio interesse curetis.
Datum Utini, secundo iunii, indictione secunda.

CXXVI.

Udine, 1334, 4 Luglio. — *Il conservatore del patriarcato protesta dinanzi ai consiglieri del parlamento che egli non consente a che i proventi della chiesa Aquileiese sian dati in amministrazione alla contessa di Gorizia.*

MSS. A manca. B c. nei mss. Swaier ora Leicht in Cividale vol. III n. 66 dal protocollo di Gubertino di Novate allora esistente presso don Pietro Variano. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo tricesimo quinto, indictione secunda, die IV mensis iulii, presentibus venerabilibus d. Constantino de Savorgnano canonico Civitatensi ac nobilibus dd. Hectore de Savorgnano milite et Federico eius fratre, Artico de Prampergo milite. Iohanne de Villalta, Francisco de Manzano, et Daniele de Malfiastris de Cremona capitaneo Glemone testibus ad hec specialiter vocatis et rogatis. Cum nobiles viri dd. Hector milex et Federicus fratres Articus milex, Iohannes et Franciscus testes prefati habentes potestatem a colloquio generale tractandi cum d. comitissa Goritie de defensione terre Foriiulii quam hostiliter intraverat et premebat d. Rizardus de Camino superiori, et conveniendi cum ipsa de viis et modis per quos se et gentes suas ad defensionem dicte terre exponeret, ut de potestate huiusmodi patet publico instrumento scripto anno et indictione predictis, die dominico III presentis mensis manu Francini q. d. Mantenini de Villanova de Laude notarii a me notario infrascripto viso et lecto, nec invenire posset viam per quam possent adimplere predicta cum proventus ecclesie defuissent, de quibus ipsa domina requirebat stipendia sue gentis et salarium sibi alias per colloquium deputatum, venerabilis vir d. Guillemus decanus Aquilegensis decretorum doctor conservator eiusdem ecclesie videns ipsos tractatores concordes ad tradendum, nomine suo et dicti colloquii, d. comitisse predicte administrationem bonorum et proventuum Aquilegensis ecclesie occasione predicta, ante factam dictam conventionem et traditionem administrationi, volens illam impedire ne procederet, contradixit et protestatus fuit quod huic traditioni non consentiebat nec suam presentiam exhibere volebat, ymo contradixit in quantum potuit et recessit, timens de hoc reprehendi per d. nostrum Legatum et ecclesiam Romanam.
Actum Utini in hospitio habitationis d. Federici testis supradicti.

CXXVII.

Udine, 1334, 21 Luglio. — *Il consiglio del parlamento invita la contessa di Gorizia ad obbligare i nobili Morando e fratelli di Porcia a dar ragione delle violenze da essi usate ad Odorico di Gemona e delibera intorno al compenso da assegnarsi a Francesco Boiani per la difesa di Aviano.*

MSS. A manca, B Apografi di gg. Liruti nella Biblioteca comunale di Udine n. 507. EDD. Ioppi, *Documenti Goriziani*, n. CXII (in parte). TESTO da B.

Anno domini MCCCXXXIV indictione II die XXI mensis iulii. Presentibus nobilibus viris dd. Federico de Savorgnano, Gerardo de Cucanea, Federico Pizul de Mels magistro Odorico notario de Utino testibus et aliis.
Convocato et congregato consilio Foriiulii more solito in palatio patriarchali Utinensi, in quo quidem consilio erant magnificus vir d. Hermanus comes de

Ortemburch loco illustris dd. Beatricis Goritie et Tirolis comitisse ac venerabilis vir d. Guillelmus decanus Aquilegensis decretorum doctor, vicarius et conservator eiusdem ecclesie ac consiliarii infrascripti, videlicet venerabiles viri dd. Gibertus abbas monasterii mosacensis Guido de Manzano decanus Civitatensis et nobiles et discreti viri dd. Odoricus de Cucanea miles, Bartholomeus de Spinimbergo, Rizardus de Valvasono, Ossalchus de Strassoldo, Odoricus de Villalta, Asquinus de Colloreto, Hugo q. d. Contii de Civitate et Simoninus de Glemona: comparuit ibidem Odoricus de la Porta et querelam exposuit, quod nobiles viri dd. Morandus de Porcillis et fratres ipsum captivaverant et tormentaverant ac domum suam quam sibi acceperant cum rebus existentibus in eadem, ipsamque in parte devastaverant, pluraque dampna alia sibi intulerant contra debitum rationis. Item receperant ab eo unam securitatem de mille libris parvorum sibi dandis pro ea relaxatione de carceribus, et quamdam aliam securitatem de aliis libris de stando ad confinia in loco Prate. Super quibus petiit sibi iustitiam exhiberi. Et petente supradicto d. comite a circumstantibus consiliariis et aliis, quid iuris? sententiatum fuit per omnes quod, ex quo dictus Odoricus erat ibidem in manibus prefate d. comitisse, ipsa debebat mandari precipiendo dictis dd. Morando et fratribus quod ablata prefato Odorico integre restituerent, de dampnis datis satisfacerent et securitates premissas cassarent et liberas et expeditas dimitterent usque ad quatuor dies proximos, aut dicta quarta die compareat coram ea ad faciendum supra premissis defensionem suam et si hoc non facerent, ipsa domina deberet super bonis dictorum fratrum satisfactione providere indempnitati eiusdem Odorici. Quia si dictus Odoricus fecerat proditionem aliquam debebant eum punire in persona et non in modis antedictis. Actum Utini in palacio patriarchali (1).

Die predicta coram predictis testibus. Convocato et congregato etc. Ut supra. Comparuit nob. d. Galvanus de Maniaco dicens quod de eo quod d. Morandus de Porcileis et fratres dixerunt ipsum fore proditorem, menciebantur et quod illi qui dicebant ipsum esse proditorem erant ipsi proditores et non ipse et quod hoc erat paratus probare cum ense in manu. Actum ut supra.

Die predicta et coram predictis testibus. Congregato more solito consilio in palatio patriarchali, in quo quidem consilio erant ut supra, in presentia omnium suprascriptorum. Prefati d. decanus Civitatensis, Odoricus de Cucanea, Asquinus de Colloreto et Hugo q. d. Conzii de Civitate qui erant de septem sapientibus electis in colloquio generali per fidem et iuramentum suum ad instanciam et requisicionem Francisci filii d. Pauli Boyani de Civitate dixerunt et testificati fuerunt quod ipsi cum sociis suis qui tunc fuerunt ibidem in quodam consilio........ non possent intervenire unde possent habere pecuniam de redditibus Aquilegensis ecclesie quia omnem pecuniam quam invenire potuerant de ipsis redditibus deputaverant predicte d comitisse pro suo salario, deputaverunt et in solutum dederunt Francisco supradicto omnes redditus gastaldie Civitatensis anni presentis pro servitio impenso per eundem ecclesie supradicte manendo in Aviano cum sex elmis et duobus balisteriis et guerram faciendo inimicis, quando d. Rizardus de Camino secunda vice se posuit in obsidione terre Sacili. Item d. Osalcus de Strasoldo, prefatus, unus de dictis septem dixit et testificatus fuit in presentia omnium predictorum per fidem et iuramentum suum quod fuit in quodam consilio ubi ordinatum fuit quod pro servitio predicto inpenso ecclesie Aquilegensi per Franciscum prefatum deputari deberent eidem in solutionem omnes reditus gastaldie Civitatensis presentis anni. Actum ut supra.

(1) Joppi, *op. cit.*, pubblicò sin qui il doc. il resto è inedito.

CXXVIII.

Udine, 1334, 22 Luglio. — *Il consiglio del parlamento ordina al capitano di Sacile di consegnare quella terra alla contessa di Gorizia.*

MSS. A manca. B c. nel R. Museo di Cividale d'onde Bianchi, racc. n. 2326. EDD. Joppi, *Documenti Goriziani*, n. CXIII da B. TESTO da B.

Articus de Prampergo, Hector de Savorgnano milites, Iohannes de Villalta, Federicus de Savorgnano et Franciscus de Manzano sapientes electi per colloquium generale nobili viro Conrado Boyani capitaneo Sacili salutem et omne bonum. Noveris quod pacta pridie facta inter illustrem dd. Beatricem comitissam Goritie et Tirolis ex una parte et nos nomine totius colloquii pro ecclesia Aquilegensi ex altera feliciter dei gratia sunt completa et per ipsam dominam stabilita; ideo tibi mandamus quatenus illi qui ad te venerit cum licentia prefate domine et nostris presentibus litteris locum Sacili requirens ipsum tradere et assignare procures presentibus in tua potestate penitus reservatis.

Datum Utini XXII iulii, indictione secunda.

CXXIX.

[1335] [a]. — *Nomi dei consiglieri del parlamento.*

MSS. A minutario di lettere patriarcali esistente fra gli atti di Gubertino da Novate nell'Archivio notarile di Udine. B c. nella racc. Ioppi da A. EDD. inedito. TESTO da A.

Nomina consiliariorum d. patriarche.

d. G[uibertus] abbas Mosacensis
d. Morandus de Porciliis canonicus Aquilegensis
d. Odoricus de Cucanea miles
d. Hector de Savorgnano
d. Bergonia de Spilimbergo miles
d. Articus de Prampergo miles
d. Nicolaus de Castello
d. Palea de Varmo
d. Aschinus de Coloreto
d. Federicus de Morucio
d. Oscalcus de Stransoldo
d. Brigalia de Porciliis
d. Hermannus Zambonini de Glemona
d. Philippus de Portis de Civitate
d. Iohannes de Villalta.

CXXX.

Udine, 1335, 29 Gennaio. — *Determinazioni prese dal consiglio del parlamento intorno alla restituzione dei beni ai fuorusciti di Udine.*

MSS. A manca. B c. del sec. XVIII nella racc. Ioppi. C. c. nell'Arch. capitolare di Udine (racc. Bini f. 56). EDD. inedito. TESTO da B.

In nomine [domini] anno eiusdem nativitatis millesimo trecentesimo trigesimo quinto, indictione XIV

CONSILIUM

Die XXIX mensis ianuarii [1], Utini, in castro patriarchali, in sala superiori, palatii castri predicti. Convocato et congregato consilio terre Foriiulii per

(1) B madii; prescelgo la data ianuarii di C perchè questo offre un dettato più completo.

(a) Benchè senza data, pure stando questi nomi tra gli atti del 1335 devono riportarsi a tale anno (nota di Ioppi in calce di B).

venerabilem patrem et dominum d. Bertrandum miseratione divina S. sedis Aquileiensis patriarcha (a) et coram dicto d. patriarcha in quo quidem consilio fuerunt infrascripti consiliarii et infrascripte persone.

d. abbas Rosacensis fr. Iohannes
d. decanus Aquileie
d. Odoricus miles de Cucania (1)
d. Hector miles de Utino
d. Pregonia miles de Spilimbergo
d. Iohannes de Villalta
d. Rizzardus de Valvasono
d. Osvaldus de Strassoldo
d. Asquinus de Colloreto
d. Galvagnus de Maniaco
d. Ulvinus de Canussio de Civitate
d. Iohannes Ribisinus de Civitate
d. Hermannus de Glemona
d. Girardus de Cucanea.

Inter cetera que d. patriarcha proposuit consiliariis suis, proposuit et dixit quod cum intervenissent (2) in terram suam Utinensem aliquos exules a terra predicta non homicidii causa vel alio notabili crimine, sed solum odio male volentia, vel timore, qui introducti petebant se restitui ad bona sua, que occupabantur indebite. Petiit ipse d. patriarcha sibi consuli, quis modus servandus esset per ipsum ad restitutionem prefatam cum ipsi consiliarii haberent vigorem et auctoritatem totius colloquii. Et sic quesito ab omnibus consiliariis dicentibus (3) se habere plenarium potestatem a dicto colloquio super reformatione terre Foriiulii et deffensione propria, consultum fuit per omnes et firmatum, quod d. patriarcha ad removendas questiones que occurrere possent graviores et scandala que possent oriri servet istud modum: videlicet quod habeat penes se illum vel illos tales petentes et alios tales retinentes de bonis prefatis et querat ac videat sumarie per se ipsum sine strepitu et figura iudicii, quo titulo possidetur domus vel braida sive campus qui petitur, et si invenerit iusto titulo possideri, tunc remaneat in eo statu in quo est: si autem invenerit illa talia bona retineri iniuste, tunc restituat petentem ad bona prephata: quod si recusaret ille talis detentor restituere, quod dictus patriarcha compellat eum per potentiam suam et manuteneat unumquemque in potentia sua.

CXXXI.

Udine, 1335, 4 Luglio. — *Il parlamento delibera di muovere guerra alla signoria di Venezia ed a Riccardo da Camino e prende misure per la difesa militare dei quintieri della patria; il patriarca Bertrando consegna la bandiera della chiesa Aquileiese ai marescialli patriarcali.*

MSS. A manca. B c. nella Biblioteca arcivescovile di Udine da cui c. nella racc. Bianchi n. 2396 C c. del séc. XVIII nella racc. Ioppi. D altra c. recente nella stessa racc. EDD. in parte dal De Rubeis op. cit. col. 895-96 da ? TESTO da C colle varianti di B, D, e del De Rubeis.

In nomine domini amen. Anno eiusdem nativitatis MCCCXXXV indictione tertia. Infrascripta facta sunt in colloquio generali celebrato Utini, per venerabilem patrem et dd. Bertrandum miseratione divina S. sedis Aquilegensis patriarcham, die quarta mensis Iulii, in sala inferiori castri et palatii patriarchalis in quo interfuerunt infrascripte notabiles persone,

d. Guilelmus decanus Aquilegensis
d. frater Ludovicus abbas Sextensis
d. frater Gibertus abbas Mosacensis

(1) B da soltanto i primi tre; gli altri da C. (2) B interveniisse; C intervenisset: forse introduxisset? (3) dictatibus.

(a) L'8 Luglio 1334 il Pontefice XXII aveva nominato a patriarca d'Aquileia Bertrando di S. Ginesio, decano della Chiesa d'Angoulême e suo cappellano. Cfr. Liruti, *Notizie del Friuli*, V, 56.

d. Guido decanus Civitatensis
d. Eusebius canonicus Aquilegensis.
d. Guilelmus doctor canonicus Civitatensis
d. Odoricus de Cucanea miles
d. Simon eius filius
d. Thomasuttus de Cucanea
d. Franciscus (1) eius nepos
d. Hector de Utino miles
d. Articus miles de Prampergo
d. Iacobus miles de Cormono
d. Guilelmus miles de Ungrispach
dd. Iohannes, Odoricus et Mainardus de Villalta
d. Nicolaus de Ragonea
d. Bartholus de Pers
magister Iohannes physicus, et Mapheus notarius de Aquilegia
Stephanus de Glemona notarius
magister Odoricus notarius, et Benedictus de Carnia de Utino
d. Hermanus Comes de Ortumberg
d. Warnerius (2) de Pincerna de Vestriz
d. Philippus de Portis
dd. Asquinus et Vicardus de Colloreto
d. Federicus de Morutio
d. Ricardus de Tricano
d. Conus de Strassoldo
d. Galvanus de Maniaco
d. Iohannes de Rivarotta
d. Durisius de Varmo
d. Bellus de Savorgnano
d. Boscius de Melso
dd. Mattiussius, Hendricus et Nicolaus de Sorphimbergo (3)
dd. Arnoldus et Nicolaus de Brazzacco
d. Nicolussius de Attems
dd. Conradus Boyanus, Ulvinus de Canussio, Philippus d. Odorici Longi et Hendricus de Civitate
Gubertinus de Novate notarius
Gondras Brugnus notarius et alii tam clerici, quam laici de communitatibus subditis et servitoribus ecclesie Aquilegensis in magna et copiosa multitudine ad hoc specialiter congregata.

Propositis per dictum patriarcham prudenter et provide sermonibus suis super his, propter que dictum colloquium fuerat congregatum, videlicet propter guerram quam faciunt, et movent dux et commune Venetiarum ecclesie Aquilegensi, tam in partibus Istrie, quam in partibus Foriiulii; ac etiam propter spolia, apprensiones et dampna, que in exercitu infert, et inferre minatur eidem ecclesie, super terra Sacili d. Ricardus de Camino superiori, quod omnes sint viriles et prompti ad defendendam patriam et libertatem suam. Quesitum fuit more solito, ab omnibus quid consulebant, et quid videretur agendum. Consultum fuit ac deliberatum ab omnibus unanimiter, nemine discrepante, quod omnes liberi, ministeriales, habitatores, communitates et servitores universi ecclesie Aquilegensis constantes sint, viriles et prompti cum pugnarent pro iustitia, et ecclesia dei, et beata virgini Maria matre et domina sua, ad sequendum vexillum (4) ecclesie Aquilegensis, et personam dicti d. patriarche, qui personaliter corpus suum, et bona quecumque habet in mundo, se obtulerat expositurum pro defensione patrie, pro defensione libertatis, pro defensione iustitie, et bonorum suorum, ne in servitutem cadant et miseriam perpe-

(1) B D: Thomasuttus. (2) B D: Raynerius. (3) B D: Spilimbergo (che è impossibile).
(4) C vexilla.

tuam. Et quod omnes sint parati equis et armis cum impositionibus suis, et quod non venientibus imponatur certa pena per dictum colloquium, que penitus et omnino exigi debeat, et nullus relaxetur a pena predicta.

Preterea dictum fuit nomine d. patriarche et sui consilii, quod cum res huiusmodi propter pericula incumbentia, expeditionem requirant, facte erant quedam provisiones per d. patriarcham et consiliarios suos super modo et ordine servandi in guerra et defensione predicta, quas audire deberent, et si coloquio placerent, procederent, secus autem fieret super predictis prout melius eidem colloquio videretur, que tales sunt.

In primis quod die veneris (1) proximi, post Misse celebrationem d. patriarcha equitare debeat ad terram Quadrubii, cum gente sua et ecclesie Aquilegensis, ita quod ibi sit bona hora, et deinde visa partis sue quantitate procedatur prout suo consilio videbitur. Item (2) quod tota terra Foriiulii sit divisa per quinterios, sive in quinque partes, hoc modo.

Primus quinterius sit Civitatis Austrie cum toto eo quod est inter fluvium Turris et Iudrii, et cum tota Sclavonia et collibus, et huius quinterii capitaneus sit d. Philippus de Portis pro primo mense tantum, et consiliarii sui sint dd. Iohannes de Cucanea, et Hermanus de Attemps.

Secundus quinterius est civitas Aquilegensis cum districto (3) Montisfalconi et cum toto eo quod est subtus stratam altam, usque ad Tulmentum, et huius quinterii sit capitaneus d. Nicolaus de Castello, et eius consiliarii sint d. Hendricus de Strassoldo et d. Palea de Varmo pro primo mense tantum, tam capitaneus quam consiliarii modo simili duraturi.

Tertius quinterius est terra Utini cum toto eo quod est citra (4) fluvium Turris et Iudrium, et citra stratam altam, usque Colloretum, Mels, Pers et S. Danielem et usque Tulmentum; et huius quinterii capitaneus sit pro primo mense, ut supra dictum est, d. Federicus de Savorgnano, et consiliarii sui sint d. Odoricus de Villalta, et d. Federicus de Morutio.

Quartus quinterius sit terra Glemone cum Tarcento, et quidquid est ultra Coloretum, Mels, Pers et S. Danielem inclusive, et cum Carnia, et Canali Cluse; et huius quinterii capitaneus sit d. Articus de Prampergo modo predicto pro primo mense; et consiliarii sui sint d. Asquinus de Colloreto, et d. Conradella de S. Daniele.

Quintus quinterius sit totum et quod est ultra Tulmentum, et huius quinterii sit capitaneus, pro dicto tempore tantum unius mensis, d. Pregonea de Spilimbergo, et consiliarii sui sint d. Brisalia de Porcileis, et Nicolaus de Prata (5).

Qua quidem ordinatione divulgata, quesitum fuit ab omnibus de dicto colloquio, si placeret dicta ordinatio, et quid eis videbatur; et tunc singuli interrogati more solito, dicentes et respondentes ordinationem prefatam bonam et utilem esse, ipsam vigore totius colloquii approbaverunt, et confirmaverunt.

Petito deinde per ipsum d. patriarcham quid videbatur agendum, et quali pena puniendi essent illi qui sunt subditi ecclesie Aquilegensis, et in tanto negotio inhobbedientes essent d. Patriarche: ordinatum fuit et firmatum, quod privati sint proprio et pheudo; et contra bona eorum procedatur ubicumque illa inveniantur, et quod ex nunc feratur sententia contra illos tales. Et sic sententiatum fuit per omnes intervenientes more solito, nemine discrepante, quod quicumque non venerint et non affuerint d. patriarche pro predicta defensione, seu qui inimicis astiterit consilio vel favore, publice vel occulte, ex nunc privati sint, sine aliqua citatione vel requisitione proprio et pheudo, et pro rebellibus habeantur de cetero Aquilegensis ecclesie, et ad perpetuam memoriam et confusionem et ruborem eorum, tamquam proditores ecclesie Aquilegensis depingantur in palatiis patriarchalibus Aquilegie, Civitatis, Glemone et Utini, et quod nulle preces pro eis audiantur, nec admittantur; et

(1) Così C, D; B; iovis. (2) Di qui comincia il brano riportato (oltre alla formula iniziale) dal De Rubeis. (3) Così B; C, D, e De Rubeis: dominio. (4) Così C, D ed il De Rubeis; B: ultra. (5) Qui finisce il brano riportato dal De Rubeis.

quod omnes de colloquio astabant d. patriarche ad mandandum sententiam huiusmodi executioni. Salvo ordine prelatorum ibidem existentium, super dampnatione personali talium proditorum. Et sic omnes de colloquio predicto iuraverunt agere et perficere, tactis scripturis, ad sancta dei evangelia.

Ordinatum fuit, et ibidem tunc et firmatum per totum colloquium, quod deficientes in mostra et equitatione predicta, iuxta impositionem unicuique datam, quicumque fuerit si eques sit, sibi in pena alias imposita per colloquium equus auferatur, si vero pedes fuerit pro prima die, quod non inveniatur in exercitu, perdat viginti denarios, ad quas penas exigendas omnes de colloquio promiserunt per fidem eorum assistere d. patriarche predicto.

Quibus sic paractis, idem d. patriarcha illos de Arcano ad se vocavit, quoniam erant ibidem, videlicet d. Ricardum de Tricano, ac Federicum de Morutio, et alios tres ad quos spectat prestare bandieram ecclesie Aquilegensis, et exercendi officium mareschalchi in exercitu dicte ecclesie; ipsisque dedit banderiam ecclesie Aquilegensis in nomine patris, et dei eterni, et gloriose beate virginis Marie matris eius et beatorum martirum Hermacore et Fortunati, patronorum ecclesie Aquilegensis, prestito per ipsos sacramento ad S. dei evangelia, tactis scripturis, quod banderiam ipsam contra hostes servabunt fideliter, et custodient toto eorum posse, et quod non evitabunt mortem, vel terga vertent hostibus pro defensione honoris et libertatis ecclesie Aquilegensis, et servitorum eiusdem; et quod iustitiam facient, et cetera que spectant ad officium mareschalchi, procurabunt et adimplebunt iuxta possibilitatem eorum, fideliter et discrete; sic deus ipsos adiuvet, et S. dei evangelia.

Finito igitur colloquio, prefatus d. patriarcha mandavit quod sapientes et consiliarii remanerent, et se traherent in partem ad consulendum, tractandum, et ordinandum et providendum super his que restabunt agenda pro custodia terre, et aliis incumbentibus.

CXXXII.

Udine, 1335, 14 Febbraio. — *Il consiglio deputa sei dei propri membri ad assistere il patriarca e prende determinazioni intorno al castello di Ariis ed alla taglia.*

MSS. A manca. B c. in Bini f. 370. EDD. inedito. TESTE da B.

Die XIIII mensis februarii, Utini in castro et patriarchali palatio super sala superiori convocato et congregato consilio d. patriarche predicti more solito in quo quidem consilio interfuerunt infrascripti consiliarii et persone infrascripte

d. Guido Concordiensis episcopus
d. frater Gibertus abbas Mosacensis
d. Bernardinus de Lacu
d. decanus Aquilegensis
d. Morandus de Porcileis canonicus Aquilegensis
d. Guilelmus doctor capellanus d. patriarche
d. Odoricus de Cucanea
d. Hector de Utino
d. Pregonea de Spilimbergo
d. Iohannes de Villalta
d. Asquinus de Colloreto
d. Arnaldus de S Ginesio
d. Federicus de Savorgnano
d. Philippus de Portis
d. Palea de Varmo
d. Federicus de Morutio
d. Osvaldus de Strasoldo
d. Rizardus de Valvasono
d. Girardus de Cucanea
d. Hermannus notarius de Glemona.

Inter ceteras provisiones et ordinationes factas ibidem per consiliarios antedictos post propositiones multas factas per d. patriarcham predictum super his que tangunt honorem suum et ecclesie Aquilegensis ac statum, reformationem, ordinationem et defensionem terre et servitores ecclesie, firmatum, statutum et ordinatum fuit per omnes antedictos, nemine discrepante, quod

cum consiliarii prefati habeant plenam auctoritatem et bayleam super predictis a toto colloquio generali ut melius, salubrius et utilius per paucos provideri valeat super statu, reformatione, ordinatione et defensione terre, quam per multos, sex eligantur de dicto consilio qui cuncta tractare, exequi et complere valeant ac si per omnes consiliarios factum esset et sic electi fuerunt:

d. Odoricus de Cucanea
d. Hector de Utino
d. Pergonia de Spilimbergo
d. Iohannes de Villalta
d. Philippus de Portis
d. Hermannus de Glemone

Item petente d. patriarcha et exponente ea que facta erant per Hermacoram de la Turre super facto de Aros (1) super quo multas reclamationes et querelas perceperat, quesivit a consiliariis suis si dictus locus erat feudum ecclesie Aquilegensis super quo aliqui responderunt allegantes aliqua de........ (2), quod erat feudum ecclesie Aquilegensis et aliqui dixerunt quod semper audiverunt et crediderunt illud esse feudum ecclesie Aquilegensis. Nullo tamen ex consiliariis predictis in contrarium dicente (a).

Item firmatum et ordinatum fuit ibidem quod impositio militie iuxta taxam et numerum ac ordinem alias factum procedat ac firmum sit secundum quod deliberaverunt et providerum d. Pergonia de Spilimbergo, Ioannes de Villalta, Asquinus de Colloreto, Federicus de Savorgnano et Ioannes Ribisinus (3) de Civitate electi ad hoc per consiliarios antedictos et quod unus quisque ad sua talia paratus [sit] equis et armis et quod monstra fiat die dominico post festum b. Marie mensis marcii in Campoformio: hoc adiecto quod dd. de Tricano et Murutio qui habent officium portandi banderiam ecclesie Aquilegensis propter renunciam (4) ecclesie Aquilegensis et honorem banderie habeant in sua talia unum dextranum valoris LX marcharum qui dextranus sit coopertus.

CXXXIII.

Udine, 1335, 6 Luglio. — *Il patriarca Bertrando espone al parlamento i danni recati da Rizzardo da Camino alla Chiesa Aquileiese e l'assemblea determina che gli sia intimato di presentarsi al giudizio patriarcale sotto pena di decadenza dai suoi feudi.*

MSS. A manca. B c. nel vol. 1301, II p. 43 della racc. Ahsburnahm della R. Biblioteca Laurenziana di Firenze. EDD. Verci, XI, n. 1272 da una c. tratta dal co. Carlo Belgrado dall'Archivio .... di Udine. TESTO da B confrontato col Verci.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo tricesimo quinto, indictione tertia, die sexta mensis iulii, in aula inferiori castri patriarchalis de Utino.

Congregato, ut moris est, generali colloquio per reverendissimum in Christo patrem et dominum d. Bertrandum dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcham: in quo quidem generali colloquio interfuerunt magnificus vir d. Hermannus comes de Ortemburgo, reverendus pater in Christo d. Guido Concordiensis episcopus, venerabiles et religiosi viri dd. Iohannes Rosacensis, Gibertus Mosacensis et Lodoycus Sextensis monasteriorum abbates, venerabiles viri dd. Guilelmus Aquilegensis, et Guido Civitatensis ecclesiarum decani, Morandus de Porcillis prepositus S. Stephani Aquilegensis: nobiles viri dd. Odoricus de

(1) Così B: forse Ariis. (2) B lacuna (3) B Rabisanus. (4) Così B.

(a) Ermacora, Febusino, Giovanni e Panciera della Torre furono poi il 24 Febbraio 1336 chiamati dinanzi al patriarca a render conto delle ruberie commesse (racc. Bianchi n. 2459); centro delle loro rapine era il castello di Flambro contro il quale fu fatta più tardi una spedizione dai Savorgnan coll'aiuto del patriarca. Questi fatti sono l'origine più lontana della congiura contro Bertrando che portò poi alla sua uccisione.

Cucanea, Hector de Savorgnano, Articus de Prampergo, et Bergonea de Spilimbergo milites, Mapheus de Aquilegia, et Martinus notarius pro communi Aquilegie, Fridericus de Savorgnano, et magister Odoricus notarius pro communi Utini, Philippus de Portis et Franciscus Boyani pro communi Civitatensi, Hermannus Zambonini (1), et Nicolaus de Altineto de Glemona pro communi Glemone, Franciscus de Manzano, Henricus de Sophimbergo, Iohannes et Gerardus de Cucanea, Hermanus de Attems, Bellus de Savorgnano, Nicolaus de Castello, Sandrutus notarius de Tulmetio, Fridericus........ et Durigussius de Mels, Iohannes et Odoricus de Villalta, Arnoldus de Brazaco, Fridericus de Murucio, Franciscus et Rizardus de Tricano, Iohannes de Vendoy, Asquinus de Coloreto, Bertolus et Coradela de S. Daniele, Galvanus de Maniaco, Nicolaus de Aviano, Fantussius de Pulcinico, Pertoldus de Canipa, Bonus de Sacilo, Brixalia et Manfredus de Porcillis, Nicolaus de Salvarolo, Nicolussius de Laurenzaga, Franciscus de Sbroglavaca, Hermannus de la Fratina, et Cozanella (2) de S. Vito, Rizzardus de Valvasono, Palea et Asquinus de Varmo, Ossalcus et Henricus de Strassoldo, et Fantinus de Prampergo, et plures alii tam nobiles, quam populares sedentes et colloquium generale, prout moris est, facientes et celebrantes.

Supradictus d. patriarcha ibidem in iudicio sedens in tribunali, coram toto colloquio generali predicto, proposuit dicens, quod cum ipse velit agere et dicere contra nobilem virum d. Rizzardum de Camino superiori, filium d. Guezellonis de Camino quondam vassallum suum et ecclesie Aquilegensis, pro eo quod dictus d. Rizardus novellus nunc noviter invasit (a) et insultavit cum armis, et guerram facit contra eundem d. patriarcham, et ecclesiam Aquilegensem, brusando et roncando terras, castra, et villas ecclesie Aquilegensis, derobando stratas, et villas, et gentes captivando, et ducendo captas in Cadubrio et in castris de Crudignano, et Cavolano, et de dictis locis quos (3) tenet in feudum ab ecclesia Aquilegensi exeundo cum armis, et ibi se reducendo. Quare petiit ipse (4) d. patriarcha sententiari, si ipse poterat ponere unum in loco suo. Et per totum colloquium generale predictum, nemine discrepante, sententiatum fuit, quod sic. Et ibidem dictus d. patriarcha posuit in loco suo venerabilem et discretum virum d. Guilelmum Mayrani doctorem decretorum. Coram quo ibidem sedente pro tribunali in iudicio, dictus d. patriarcha per suum prolocutorem dixit, et proposuit, quod d. Rizardus novellus de Camino superiori, filius d. Guezellonis de Camino quondam etiam vassallus suus et ecclesie sue Aquilegensis, et est iuramento vassallagii et fidelitatis ecclesie Aquilegensi et eidem d. patriarche astrictus; et modo noviter idem d. Rizardus novellus, contra suum proprium iuramentum temere veniendo, cum magna gente, tam per Cadubrium, et Crudignanum, quam per Cavolanum, que loca tenet in feudum ab ecclesia Aquilegensi, et ab eodem d. patriarcha, cum armis ipsum d. patriarcham et ecclesiam Aquilegensem, ac castra, terras et villas de Sacilo, de Canipa, de Aviano, et plures alias, ac etiam stratas dicte ecclesie cum exercitu suo hostiliter invasit et insultavit, roncando et comburendo villas, et domos, homines et feminas captivando, et derobando in villis et stratis dicte ecclesie, et captivos duxit cum animalibus, drapamentis et aliis rebus derobatis in Cadubrio et in Crudignano et Cavolano. Et rebellis est et contrarius eidem d. patriarche et ecclesie sue Aquilegensi. Quare cum de dictis locis de Cadubrio, de Crudignano et de Cavolano dictus d. Rizardus invadat, ut supra dictum est, dictum d. patriarcham et eius ecclesiam, et se reducat in illis, dixit d. patriarcha

(1) Manca Zambonini in VERCI. (2) VERCI: Cezanellus. (3) VERCI: que. (4) VERCI: idem.

(a) Rizzardo novello da Camino aveva iniziate le sue ostilità contro la chiesa Aquileiese già nella primavera del 1331; troviamo infatti un documento del 4 maggio di quell'anno (VERCI, XI, n. 1247) nel quale il conservatore della chiesa ed i sette deputati eletti dal parlamento (vedi sopra n. CXIX e CXX) danno in custodia il castello e la gastaldia di Aviano ai fratelli di Porcia, perchè non cada in potere di Rizzardo da Camino *vigilantis continue ad occupationem castri de Aviano et terre Sacili si posset.*

quod dictus d. Rizardus novellus est descazatus (1) ecclesie Aquilegensi et eidem patriarche de locis predictis de Cadubrio, de Crudignano et de Cavolano, et de omnibus aliis feudis, que ab ecclesia Aquilegensi tenet, et omnia dicte ecclesie et eidem d. patriarche devenerunt in commissum, et sunt penitus confiscata. Super quibus dictus d. patriarcha supplicavit dicto d. Guilelmo iudici delegato predicto, ut peteret per dictum colloquium generale sententialiter diffiniri quid inde iuris esset. Et petente dicto d. Guilelmo iudice, quid inde iuris esset, super predictis per totum colloquium generale predictum, et per omnes et singulos dicti colloquii, nemine discrepante, sententiatum extitit, et sententialiter diffinitum; quod dictus d. iudex cum suo nuncio mandari faciat, et precipi dicto d. Rizardo novello, quod ipse omnes derobationes, et combustiones, et roncationes per eum noviter factas in terris, castris et villis, stratis et locis dicti d. patriarche et ecclesie Aquilegensis (2) et captivos relaxet libere, et a predictis invasionibus, insultibus et rebellionibus desistat penitus, et cesset sub pena feudi et proprii; et quod infra octo dies, coram dicto d. iudice compareat personaliter ad faciendam suam excusationem super predictis; que si non fecerit, aut facere noluerit idem d. Rizardus Cadubrium et castra de Crudignano et de Cavolano et alia feuda, que ab ecclesia Aquilegensi tenet in feudum, sint dicte Aquilegensi et eidem d. patriarche confiscata, et penitus descazata, ita quod amplius dictus d. Rizardus, nec eius heredes minime gaudere debeant de predictis; et ibidem dictus d. Guilelmus Mayrani iudex predictus mandavit et precepit nobili viro d. Arnoldo de Brazaco, quod ex parte ipsius d. iudicis, dicto d. Rizardo novello mandet et precipiat, prout superius est sententiatum et quod a die lune proxime ventura ad octo dies proxime venientes, inter nonam et vesperas, dictus d. Rizardus novellus compareat personaliter in S. Vito, coram prefato d. iudice ad faciendum suam excusationem super predictis; et sit affidatus in persona et bonis cum sua comitiva veniendo, stando, et etiam redeundo, et si galaytum petierit, dabitur ei bonum et securum. Acta fuerunt hec in dicto generali colloquio; anno, die et indictione predictis; presentibus discretis viris d. Guilelmo de Salvanacho, et Girardo Regis presbiteris, Bernardo Vissonis domicello, Raymundo de Cremona, et Iohanne de Frattis notario d. patriarche predicto familiaribus, magistro Francisco professore artis grammatice, Federico quondam d. Galvani notarii, Henrico de Carnea et magistro Aulino aurifice, testibus ad predicta vocatis et rogatis, et aliis pluribus.

Ego Antonius filius d. Floriamontis de Meduna Aquilegensis diocesis, publicus Imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui, et rogatus scripsi, et hoc presens instrumentum meo consueto signo signavi, et me subscripsi (a).

CXXXIV.

Cividale, 1336, 15 Febbraio. — *Il parlamento delega ai consiglieri piena facoltà di decidere su varie proposte fatte dal patriarca intorno alla strada d'Aquileia, alle rappresaglie da concedersi contro i Padovani, Trevigiani, Ferraresi, all'opportunità di redigere in iscritto il diritto vigente in Friuli ecc.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Bianchi n. 2457 da un or. di Stefano di Cividale nell'Archivio Not. di Udine che ora non è più reperibile. EDD. Joppi, *Constitutiones*, doc. XIV in parte da A. TESTO da B.

Die XV februarii in Civitate Austria, in palatio patriarchali. Presentibus venerabilibus viris dd. Giberto Mosacensi et Iohanne Rosacensi abbatibus, Guidone decano Civitatensi, et nobilibus viris dd. Odorlico de Cucanea, Articho

(1) Verci: descazutus. (2) Qui mancano evidentemente una o più parole, così in B come in Verci.

(a) Nel 17 Luglio seguente a S. Vito (Verci XI, n. 1273) davanti al dottore Guglielmo Mayrani delegato in questo documento a presiedere la curia patriarcale, fu condannato,

de Pramperch, et Pregonia de Spegnimberch militibus, Iohanne de Villalta, Iohanne Francisco de Castello, Ossalcho de Strassoldo, Federico de Castro Raymundo, Philippo, Iohanne et Rodulpho de Portis, Iohanne Ribissini, Henrico Furmia, Antonio notario de Civitate, Francisco Mosconi de Aquilegia, Hermano et Philippussio Rayneroti de Utino, Hermano de Glemona, Botto notario, Mangoto de Utino, Iohanne de Cucanea, Henrico notario et Iacobo Pizulo notario de Civitate testibus et aliis.

Constitutis coram reverendo in Christo patre et dd. Bertrando miseratione divina S. sedis Aquilegensis patriarcha, prelatis, franchis, dyesmanis et communitatibus in colloquio generali stantibus, pro parte hominum de Aquilegia propositum fuit super strata de Aquilegia, et firmatum fuit, quod quidquid consiliarii ordinabunt, habeat vim parlamenti et colloquii generalis. Pro parte ipsius d. patriarche propositum fuit de rapresaleis Padue, Tervisii (a) Ferrarie et alibi, quod homines de Foroiulio non audent (1) ire de mulinariis; super terminis dandis de territorio super pupillis et pupilabus, quando eorum bona occupantur, si quando fuerint in etate XIV annorum poterunt dare terminum scuse possessoribus suorum bonorum. Super iure Foriiulii reddendo in scriptis, et super eo quod fideiussores dominarum, quando solvunt dotem primo debeant procedi contra bonorum possessores obligatos tempore dotis facte, inde possessores habeant manutentores. Firmatum fuit et ordinatum quod quidquid per consilium d. patriarche et hominum Foriiulii cum aliis sapientibus eligendis consultum et ordinatum fuerit, habeat vim et auctoritatem colloquii generalis, et super aparatu militie fiendo.

CXXXV.

Udine, 1336, 14-15 Settembre. — *Il consiglio del parlamento prende varie determinazioni per la difesa del Friuli.*

MSS. A. manca. B c. nella racc. Concina a S. Daniele vol. III p. 23 da una c. fatta dal notaio udinese A. Diana nel 1568 dal prot. di Gubertino da Novate cancelliere patriarcale; di qui c. nella racc. Ioppi. EDD. IOPPI, *Documenti Goriziani*, CXXX. TESTO da racc. IOPPI.

MCCCXXXVI, ind. IV, die XIV mensis septembris congregatis ad consilium (b), in presentiam reverendi in Christo patris et dd. Bertrandi dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarche; reverendo in Christo patre d. Guidone dei gratia episcopo Concordiense, venerabili viro d. Morando de Porcileis canonico Aquilegense, nobilibus dd. Odorico de Cucanea, Hectore de Savorgnano, Artico de Prampergo, Iohanne et Gerardo de Cucanea, Federico de Savorgnano, Hendrico de Prampergo, militibus, Guarnerio de Cucanea, Manfredo de Porcileis, Thomasio de Pertinstayn, Hendrico de Manzano, Simonutto de Cucanea, Odorico de Budrio, Nicolussio de Villalta, Hendrico filio d. Artici de Prampergo, magistro Odorico notario de Utino, Hendrico de Carnea et Hermanno notario de Glemona, Iacobo de Portis de Venzono.

Deliberatum fuit ibidem et firmatum per omnes nemine discrepante, quod impositio militie alias facta sit firma et rata et quod si sint aliqui qui possint

(1) B aundent.

in contumacia, Rizzardo da Camino alla perdita di tutti i suoi feudi. Rizzardo morì poi poco tempo dopo. Il documento del 17 Luglio è qualificato dal Verci e così dal Bianchi che lo copiò nella sua raccolta ms. (n. 2400) come una sentenza del parlamento generale; in realtà, non si tratta affatto del parlamento, ma soltanto del giudizio ordinario patriarcale.

(a) Di rappresaglie concesse dai Trevigiani perchè non era stata resa giustizia ad un tale Gema, parlano i doc. 1244 e 1264 del VERCI, dell'anno precedente.

(b) Malgrado il numero rilevante degli intervenuti, la formula indica che si tratta di un consiglio; esso sarà stato integrato da altri consiglieri eletti dal patriarca come accade per esempio nel successivo 19 Gennaio 1337. Vedi sopra, introduzione p. CIX.

magis de dicta militia tenere et substinere, imponatur iuxta discretionem aliquorum bonorum hominum ad hoc elligendorum et statim omnes sint parati equis et armis iuxta impositionem sibi factam sub pena alias ordinata et quod monstra dicte militie fiat in Campiformio.

Item ordinatum extitit et provisum, quod nullus subditus Aquilegensis ecclesie audeat conducere seu mittere equos seu arma extra territorium Aquilegensi ecclesie nec etiam tradere, donare vel vendere alicui extraneo equos vel arma sub pena perditionis equorum et armorum huiusmodi.

Actum Utini in palatio patriarchali.

Item provisum fuit et firmatum ibidem per predictos omnes, quod si illi de Gruario non fecerint bonam et legitimam excusationem die crastina coram dicto d. patriarcha vel suo marescallo de preda nuper recepta per ipsos in Gruario, que per illos de Bagnarolla ablata fuit quibusdam mercatoribus Theutonicis, postmodum procedatur per dictum d. patriarcham contra ipsos de Gruario in bonis et personis.

Quod augeatur talea cum elmis. Actum ut supra.

Die XV mensis septembris constitutis ad consilium in presentia reverendi in Christo patris et d. Bertrandi dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarche, reverendo in Christo patre et d. Guidone dei gratia episcopo Concordiense, venerabili viro dd. Giberto abbate monasterii Mosacensis, Morando de Porcileis canonico Aquilegense, Guielmo Mayrano canonico Civitatense, nobilibus dominis Odorico, Gerardo eius filio et Iohanne de Cucanea, Artico et Henrico de Prampergo, Hectore et Frederico de Savorgnano, Bregonea de Spilimbergo, Philippo de Portis, Conrado Boyano de Civitate, Wolvino de Stegemberch militibus, Manfredo de Porcileis, Francisco de Tricano, Ossalco de Strasoldo, Friderico de Morutio, Friderico P.... de Mels, Henrico de Carnea, Iohanne Francisco de Castello, Hermanno notario de Glemona, Manpheo notario de Aquilegia et Iacobo de Portis de Venzono.

Primo per omnes supradictos electi fuere super estimatione equorum mortuorum in conflictu pridie dato gentibus comitatus per fideles Aquilegensis ecclesie (a), nobiles viri dd. Bregonea de Spilimbergo, Fredericus de Savorgnano, Morandus de Cucanea et Philippus de Portis milites, qui de omnibus dictis equis mortuis inquisitionem debeant facere diligentem et ipsos estimare et ipsorum estimationem in scriptis reduci facere.

Item provisum fuit quod dicti quatuor milites habeant arbitrium imponendi taleam carceratis captis in conflictu predicto excepto d. Iacobo de Cormons et filio suo qui fuit secum captivatus ac etiam illo de Duyno et illis tribus qui se reddidere pro carceratis quando exiverunt ipsi et gentes comitatus de Braulino.

Item ordinatum extitit et provisum quod hinc ad festum nativitatis domini proximum, nullus vadat extra Forumiulium ad servitium alicuius seu stipendium cum equis et armis nec etiam vendere audeat equos seu arma alicui forensi sub pena equorum et armorum huiusmodi vel valoris eorum, si dicti equi et arma non possent inveniri.

Item quod monstra militum fiat in Campiformio die dominico sexto mensis octobris.

Item provisum et ordinatum extitit quod pro deffensione et maiori securitate Foriiulii imponantur ultra primam taleam militie centum elmi d. patriarche, prelatis, nobilibus, habitatoribus et comunitatibus, qui distribuantur inter eos iuxta possibilitatem cuiuscumque. Ad quorum impositionem et distributionem ellecti fuere suprascriptus d. abbas Mosacensis, dd. Articus de Prampergo, Fridericus de Savorgnano, Philippus de Portis et Franciscus de Tricano.

Item ordinatum fuit quod victualia debent auferri de curtinis villarum et quod de cetero in eis bladum, vinum seu alia victualia non serventur.

Actum Utini in patriarchali palatio in capella dicti d. patriarche.

(a) Allude alla famosa rotta data il 24 Agosto a Braulins presso Venzone dall'esercito Friulano alle genti della contessa di Gorizia.

CXXXVI.

Udine, 1336, 24 Novembre. — *Il parlamento approva i patti della dedizione di Venzone.*

MSS. A manca, B c. nell'Archivio capitolare di Udine (racc. Bini, vol. VIII) d'onde c. nella racc. Bianchi n. 2531. EDD. ZAHN (v), *Austro-Friulana*, nelle *Fontes Rerum Austriacarum* to. XL, Vienna 1877, n. 32 da B. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCXXXVI indictione quarta die XXIV mensis novembris Utini in castro patriarchali in sala inferiori. Presentibus nobilibus et discretis viris Bernardo Fixoni marescalcho curie patriarchalis, magistro Francisco, Federico q. Galvani, Paulino de Civitate Austria, Iohannuto de Utino, Stephano de Civitate, Francisco de Rosaciis notariis et aliis pluribus.

Congregato generali colloquio prelatorum, nobilium et communitatum Foriiulii die predicto in castro patriarchali, in sala inferiori, una cum reverendo in Christo patre et domino nostro d. Bertrando dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha, in quo colloquio interfuerunt prelati, milites et nobiles infrascripti, videlicet [a]:

d. Guido episcopus Concordiensis
d. Lodoycus abbas Sextensis
d. Iohannes abbas Rosacensis
Morandus de Porcileis
Guillielmus Mayranus canonicus Civitatensis et Tervisinus et decretorum doctor
Iacobus de Carraria canonicus Civitatensis et Tervisinus et decretorum doctor
Gerardus Regis prior de Saumana Cavalicensis diocesis
Presbiter Nicola plebanus de Flambro
Odoricus de Cucanea
Arthicus de Pramperch
Pregonea de Spenimbergo
Hector et Federicus fratres de Savorgnano
Gerardus et Iohannes de Cuchanea
Henricus de Pramperch
Hermannus et Nicolaus de la Fratina
Franciscus de Sbrogliavacha, miles
Hermanus de Carnea, miles
Manfredus de Porcileis
Nicolaus de Prata
Iohannes de Villalta
Ossalchus de Strassoldo
Iohannes Franciscus de Castello
Asquinus de Colloreto
Federicus de Murutio
Galvanus de Maniacho
Federicus de Mels

(a) Nel protocollo dello stesso parlamento del cod. lat. XIV, 81 della Biblioteca Marciana di Venezia, dove non è compresa la parte relativa alla dedizione di Venzone, ma è riportata invece un'altra deliberazione che si riporterà al n. successivo, sono posti fra i testimoni: d. Gerardo priore de Saumana, nob. viris d. Bernardo de Fusco mareschalco d. patriarche, d. Gabriele notario da Cremona, Pasino notario de Ferraria.

Fra gli intervenuti al parlamento son notati tutti quelli del testo eccettuati Ermanno de Carnea, Ossalco de Strassoldo, Francesco di Manzano ed il notaio Nicolussio. Ci sono invece in più: Verino notaio di Udine, Nardino notaio di Tarcento, ed i notai di Udine mag. Francesco e Federico q. Galvano.

Rizardus de Tricano
Dyetalmus de Cavoryacho
Articus de Porcileis
Franciscus de Manzano
Nicolussius de Villalta
Bertolus de S. Daniele
Hermannus, Truffulinus, Nicolussius et Benedictus de Attems
Duringus de Mels
Turchus de Faganea
Nicolaus de Panigaleis
Magister Iohannes phisicus de Aquilegia, et Manpheus de Aquilegia notarius pro communitate Aquilegie
Simon Cozete, et Stephanus notarius de Civitate pro communitate Civitatensi
Henricus de Carnea gastaldio Utini
Nicolussius q. Federici Orbiti de Utino
Gabriel notarius frater d. Guillielmi decani Aquilegensis ac
Nicolussius notarius et
Iacobus del Capel de Auronzo pro hominibus de Avenzono
Item alii quam plures de Foroiulio.

Inter alia que in predicto colloquio proposita, et dicta fuerunt per dictum d. patriarcham, et alios de colloquio supradicto, dictum et propositum fuit quod pacta habita per antedictum dominum nostrum d. patriarcham pro se et Aquilegensi ecclesia ex parte una, et homines de Venzono ex altera confirmata et approbata per eundem d. patriarcham de voluntate, et consensu capituli Aquilegensis, prout in eisdem pactis plenius continetur per generale colloquium (a) debeant confirmari. Quorum quidem pactorum scriptorum in forma publica manu Gubertini notarii supradicti tenor per omnia talis est, videlicet:

In primis quod remittantur hominibus de Venzono omnes iniurie, si que facte sunt per ipsos d. patriarche Aquilegensis ecclesie, ac si numquam facte fuissent.

Item quod homines de Venzono et bona eorum sint liberi et securi in terra Venzoni predicta, et ubicumque.

Item quod remaneant omnes fortilicie in dicta terra et faciende quascumque ipsi homines voluerint.

Item quod forum et mercatum publicum et generale habeatur in dicta terra semel qualibet septimana, in die quam ipsi homines de Venzono eligere voluerint, quemadmodum habetur in aliis terris ecclesie Aquilegensis.

Item quod exactiones, que fiebant per modum mute in Glemona ab ementibus et vendentibus in Venzono de cetero mittentur.

Item quod omnia iura occupata, et pacta que habebant ipsi de Venzono sub domino eorum q. d. Henrico duce Karintie (b) confirmentur per d. patriarcham.

Item omnes persone, que ob maleficia fugerunt in terram predictam usque ad diem tertium decimum proxime preteritum mensis Augusti, salve sint et secure.

Item quod mute, quas d. patriarcha et Aquilegensis ecclesia consueverunt exigere in Sclusa, et in Tulmetio, statim exigantur in Venzono, et in perpetuum, quamdiu prefati homines de Venzono et terra ipsa erunt obedientes d. patriarche, et ecclesie Aquilegensi.

Item quod non compellantur predicti de Venzono ascendere Glemonam

(a) Fra i patti della resa di Venzone avvenuta l'11 Agosto 1336 vi è infatti questa clausola: et predicta fiant de voluntate capituli Aquilegensis et colloquii generalis et de hiis omnibus et singulis d. patriarcha dabit ipsis de Venzono bonas securitates etc.

(b) Enrico, re di Boemia e duca di Carinzia, della casa dei Conti di Gorizia morto nell'anno precedente. Il ducato di Carinzia era nello stesso anno pervenuto alla casa d'Austria, ma Venzone era tenuto dalle genti Goriziane; la terra era stata infatti data in feudo nel 1335 dal duca Enrico a Giovanni Enrico conte di Gorizia.

cum suis mercationibus, sed vadant, et veniant per quamcumque viam et portum per quam, et quem ire maluerint.

Item quod si derobarentur predicti de Venzono in aliquo loco extra dominium patriarchatus Aquilegensis, d. patriarcha, si non poterit aliter eis facere ablata restitui, dabit eis represalias contra gentes dominii in quo dampna substinuerint.

Item si in Foroiulio spoliarentur, faciet eis ablata restitui a depredatoribus.

Item quod statuta terre ipsorum per dictum d. patriarcham debeant confirmari.

Item quod detur eis unus capitaneus de castellanis vel civibus Aquilegensi ecclesie immediate subiectis, vel de familiaribus dicti d. patriarche, dum tamen ille qui eligetur sit in gratia ipsius d. patriarche, quemcumque elegerint singulis annis infra triennium, et ille ponatur ibi capitaneus per d. patriarcham, et quod elapso dicto triennio, possit d. patriarcha in loco ipso ponere capitaneum bonum et idoneum, sicut facit in aliis suis terris.

Item ut amor et concordia inter homines de Glemona, et Venzono permaneant, nemora et pascua, que sunt infra Glemonam et Venzonum, sint communia inter homines de Glemona et de Venzono, sicut fuerunt antiquitus. Et de hoc si questio orietur, d. patriarcha debeat ad invicem concordari. Et predicta fient de voluntate capituli Aquilegensis et colloquii generalis.

Et de hiis omnibus et singulis d. patriarcha dabit ipsis de Venzono bonas securitates per quatuordecim vel quindecim domos de nobilibus Foriiulii, quas sibi elegerint, nec non per communitates Aquilegensem, Civitatis Austrie, et Utini. Quibus pactis ibidem in generali colloquio publice lectis, et vulgarizatis, ipse d. patriarcha una cum toto colloquio generali unanimiter et concorditer, ac nemine discrepante, approbaverunt, ratificaverunt, confirmaverunt et omologaverunt perpetuis temporibus duratura.

Ego Benevenutus q. Stephani Pett de Utino imp. auct. not. predicte confirmationi, ac omnibus supradictis interfui, eaque de mandato d. patriarche et generalis colloquii scripsi, et publicavi rogatus me subscribendo cum notariis infrascriptis, ac meum signum consuetum apponendo in testimonium premissorum.

Ego Federicus q. ser Galvani notarius et testis.

Et ego Stephanus filius magistri Antonii Candellarii notarius de Civitate et testis.

Ego Beltraminus de Lauco clericus Mediolanensis, notarius et testis.

Ego Gubertinus q. d. Rassonodi de Novate Mediolanensis diocesis notarius et testis.

CXXXVII.

Udine, 1336, 24 Novembre. — *Il parlamento delibera che le fortificazioni del Friuli ed i luoghi ove possano esserne costruite, non possano esser venduti a forestieri.*

MSS. A manca. B. c. nel cod. lat. XIV 81 della R. Biblioteca Marciana di Venezia. C. c. nell'Arch. cap. di Udine da cui c. nella Racc. Bianchi n. 2532. EDD. inedito. TESTO da B e C.

Item (a) super tertio capitulo de fortilitiis et castri Foriiulii extraneis vendendis seu dandis proviserunt et ordinaverunt, quod nullus subditus Aquilegensis ecclesie possit munitiones seu fortilitia sua in Foroiulio constituta seu loca ubi fieri valeant fortilitia, vendere, donare seu modo aliquo tradere vel tradi facere in manibus extraneorum non subditorum et obedientium ecclesie Aquilegensi; et qui contra hoc fecerit privatus sit perpetuo feudo et proprio et quod semper appelletur proditor nec possit esse testis in aliquo instrumento nec in aliquo legitimo actu et nichilominus sit servus illius qui cesserit eum.

(a) Si tratta di una continuazione del protocollo precedente; quanto all'inizio vedasi colà la nota (a).

CXXXVIII.

Cividale, 1337, 19 e 20 Gennaio. — *Il consiglio del parlamento elegge sei delegati che stabiliscano l'aumento della milizia; i delegati poi fissano questo aumento.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Pirona nella Biblioteca comunale di Udine dal protocollo del cancelliere patriarcale Gubertino da Novate. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCXXXVII indictione quinta, die decimonono mensis ianuarii, Civitate Austria, in camera cubicularia suprascripti d. Bertrandi patriarche. Convocato et congregato consilio Foriiulii coram dicto patriarcha, more solito in quo quidem consilio erant infrascripti consiliarii, et alii electi per d. patriarcham et ipsum consilium: videlicet venerabiles viri

d. Morandus de Porcileis canonicus Aquilegensis
d. Guillelmus Mayrani decretorum doctor canonicus Civitatensis et
d. Gerardus prior de Saumana capellani dicti d. patriarche ac nobiles viri
dd. Odoricus, Girardus et Iohannes de Cucanea
Articus de Prampergo
Pregonea de Spinimbergo
Philippus de Portis
Conradus Boyanus de Civitate Austrie
Hermanus de Carnea milites, et
Gabriel de Prata
Asquinus de Colloreto
Guarnerius et Hendricus de Cucanea
Ossalcus de Strassoldo
Rambaldus de Cavoriacho
Rizardus et Iacobus de Tricano
Franciscus de Villalta
Iohannes Rebisinus de Civitate Austrie
Daniel gastaldio Civitatis
Mapheus notarius de Aquilegia
Antonius notarius de Civitate et
Mancottus de Utino

Et perlectis ibidem capitulis suprascriptis alias propositis in colloquio generali, et petito consilio a suprascriptis personis, tandem deliberatione habita diligenti, consuluerunt, liberaverunt, et ordinaverunt, provideruntque in primis super primo capitulo quod habet de militia Foriiulii augmentanda, quod eligantur sex persone de Foroiulio, videlicet unus pro prelatis, unus pro liberis, duo pro ministerialibus, et duo pro communitatibus, qui habeant auctoritatem augmentandi dictam militiam, sicut eis videbitur expedire pro meliori patrie Foriiulii et sic per d. patriarcham et consilium statim electi fuerunt venerabiles viri d. Morandus de Porcileis canonicus Aquilegensis pro prelatis; d. Gabriel de Prata pro liberis; d. Articus de Spinimbergo pro ministerialibus; d. Philippus de Portis et d. Hermanus de Carnea pro communitatibus. Quibus per dictum consilium tradita fuit potestas augmentandi dictam militiam, et de ipsa providendi sicut melius et utilius pro securitate, defensione, et bono statu patrie Foriiulii expedire videretur eisdem et ad hoc faciendum terminum haberent hinc ad dominicam medie Quadragesime.

Die vigesimo mensis ianuarii. Presentibus nobilibus viris dd. Odorico de Cucanea et Girardo eius filio militibus testibus. Suprascripti sex electi per dictum consilium convenientes in unum ad providendum super premissis sibi commissis a dicto consilio pro bono statu et defensione Aquilegensis ecclesie, ac patrie Foriiulii augmentaverunt et addiderunt militiam tam dicto d. patriarche, quam eius subditis, ultra impositionem alias factam, prout inferius continetur, addiderunt namque supradictis

d. patriarche	elmos	XX	balistas	III
dd. episcopo Concordiensi	»	II	»	II
d. abbati Belliniensi	»	I	»	I
d. preposito S. Stephani Aquilegie	»	I	»	—
Monasterio maiori Aquilegensi	»	II	»	II
d. abbati Rosacensi	»	II	»	I
d. abbati Mosacensi	»	I	»	I
d. abbati Sextensi	»	II	»	I
Monasterio maiori Civitatensi	»	I	»	I
Illis de Prata	»	IV	»	—
Illis de Porcileis	»	IV	»	—
Illis de Polcinico	»	II	»	I
Habitatoribus de Aviano	»	I	»	—
Illis de Maniaco	»	I	»	I
Illis de Pinzano	»	—	»	I
Illis de Toppo	»	—	»	I
Illis de Spinimbergo	»	II	»	II
Habitatoribus S. Viti	»	I	»	I
Illis de Sbroyavacca	»	I	»	I
Illis de la Fratina	»	II	»	I
Illis de Flagonea	»	I	»	—
Federico de Castro Raymundi	»	—	»	I
Illis de Villalta et de Cavoriacho	»	II	»	II
Habitatoribus de Faganea	»	II	»	II
Illis de Tercano et Murutio	»	II	»	II
Illis de Fontebono	»	I	»	—
Illis de Colloreto et Melso	»	II	»	II
Illis de Pers et Susans	»	—	»	I
Henrico Bertulo et Coradelle fratribus de S. Daniele	»	IV	»	IV
Aliis habitatoribus de S. Daniele	»	I	»	—
Illis de Prampergo	»	I	»	—
Illis de Vendoyo	»	I	»	I
Illis de Buya	»	—	»	I
Habitatoribus, ministerialibus de Attemps	»	II	»	I
Illis de Cucanea Partinstayn et Valvasono	»	IV	»	I
Illis de Soffumbergo	»	I	»	—
Illis de Strassoldo	»	II	»	—
Illis de Manzano	»	II	»	I
Illis de Varmo	»	I	»	I
Illis de Utino et Savorgnano	»	X	»	V
Civitati Austrie	»	V	»	III
Glemone	»	III	»	II
Aquilegie	»	II	»	—
Montifalcono	»	I	»	—
Rivarotte	»	I	»	—
Tulmetio	»	I	»	—
Cernedo	»	I	»	—

Summa elmorum additorum est CII. Summa balistrarum additarum est LIV (a).

(a) In realtà l'aumento quale risulta dalla somma è di 103 elmi e 51 balestre; evidentemente, dunque, c'è scorrettezza nella copia.

CXXXIX.

Conegliano, 1339, 9 Giugno. — *Procura rilasciata dagli uomini di Conegliano al notaio Fioravante che doveva rappresentarli davanti al patriarca ed al parlamento friulano per la ratifica della loro dedizione alla chiesa Aquileiese.*

MSS. A manca. EDD. VERCI, *Storia della Marca Trevigiana* cit. XI, n. 1356 da una copia tratta dall'Arch. di Conegliano allora esistente presso il Sig. Domenico del Giudice. TESTO dal VERCI.

Anno domini MCCCXXXIX indictione septima, die nono mensis iunii. Presentibus Raphaele et Blasio preconibus communis Coneglani, Vincencio de la Fossa de S. Vindemiano, Iacobucio filio q. ser Zamboni de Collalbrico qui habitat in Coneglano, et aliis pluribus testibus ad hec vocatis.

In domo communis castri Coneglani, in maiori et generali consilio terre Coneglani ad sonum campane more solito congregato, in quo quidem fuerunt ultra duas partes dicti consilii coram nobili et potenti milite d. Federico de Savorgnano (1) honorabili capitaneo et rectore terre Coneglani pro S. matre ecclesia Romana, sive pro reverendissimo in Christo patre et dd. Bertrando dei gratia S. sedis Aquilegensis dignissimo patriarcha, recipiente nomine et vice dicte S. matris ecclesie Romane, seu sacri sancti et mixti imperii, et coram dd. Gaveiono de Gaveiónis, et Bernardino de Scotis consulibus terre Coneglani, ipsi dd. Federicus capitaneus et Gaveionus et Bonmartinus consules pro se ipsis et successoribus suis nomine et vice communis, universitatis et hominum Coneglani, cum consensu et voluntate hominum consilii dicte terre Coneglani ibi presentium. Et ipsi omnes infrascripti consiliarii et homines dicti consilii qui fuerunt dd. Gaveionus, Bonmartinus consules predicti, Testa de Bagnolo, Ticianus de la Frata, Bonifacinus de Bagnolo, Ubertus de Colbrusado, Paulus de Carrara, Scotus de Scotis, Rizardus de Scotis, Franciscus Quarta, Gabriel de Buchis, Aycardus de la Frata, Gerardus de Sulico, Guecellus de Colalbrico, Gabriel de Marcorago, Bonfantus de Scotis, Citadinus de Montalbano, Pulzius de Colbrusado, Gregorius de Barro, Episcopus de la Mota, Fulcerius de Scotis, Atus de Taiamento, Paulus de Bonaxis, Lambertinus de Taiamento, Iohannes de Felecto, Zanussius de la Porta, Hendricus notarius, Paulus Bazaleni, Rusticus de Cantoribus, Dalmasius ser Antonii, Renaldus de Bonaxis, Mugardus notarius, Iohannes del Geto, Gabriel de Campo, Avancinus Barba, Almericus Baraza, Bonfranciscus notarius, Guecelus magistri Rubei, Bertaldus Crusta, Tura notarius, Cresandius notarius, Nicolaus de Caronellis, Bene de Campolongo, Bortolus mercadantus, Carocius Tuscius, Zambrutus notarius, Franciscus Zagardi, Facinus Foresii, Francischinus ser Antonii, Iacobus Castellani, Ottobonus notarius, Dominicus de Zardino, Lucanus notarius et Franciscus Nacesii, pari animo, ac nemine ipsorum discrepante, pro se ipsis et vice et nomine universitatis, communis et hominum Coneglani fecerunt constituerunt et ordinaverunt ser Floravantium notarium de Ubaldino de Coneglano ibi presentem volentem, et recipientem eorum, et dicti communis Coneglani certum nuncium, procuratorem et syndicum specialem, specialiter ad comparendum coram presentia reverendissimi in Christo patris et dd. Bertrandi dei gratia S. sedis Aquilegensis dignissimi patriarche in parlamento generali ipsius d. patriarche, et omnium nobilium ac civitatum totius Foriiulii, quod in brevi celebrari debet in terra de Foroiulio secundum eorum consuetudines ad recipiendum aprobationem et ratificationem ab eisdem dd. castellanis et communitatibus de Foroiulio, de promissionibus ac conventionibus factis per ipsum reverendissimum patrem d. patriarcham sindico communis et hominum ac universitatis terre Coneglani in eo quod omnes castellani et communitates de Foroiulio recipient et habebunt homines, commune et universitatem terre Coneglani, et eius

(1) Nel VERCI: Sovregnano.

districtum in illa vicinitate et confraternitate (a) quam habent inter se communitates et castellani totius patriarchatus Aquilegensis, et in omnibus necessitatibus terre predicte ipsam terram et eius districtum gubernabunt sicut consueti sunt se ipsos ad invicem adiuvare in adversitatibus et necessitatibus generalibus et particularibus eorundem, et ad promittendum nomine communis et universitatis hominum terre Coneglani similiter omnes castellanos et communitates totius patriarchatus Aquilegensis habere et tractare in eorum vicinatu et confraternitate sicut se ipsos habent, et tractant ad invicem, et ad iurandum corporaliter in animabus totius communitatis et universitatis terre Coneglani sic totis temporibus firmum habituri, et generaliter ad omnia alia et singula faciendum, que in predictis et circa predicta videbuntur necessaria et oportuna etiam si specialem exigerent mandatum; dantes et concedentes predicti consules ac dictum consilium et consiliarii dicti consilii eidem sindico plenam et meram auctoritatem pro predictis omnibus exequendis, sicut personaliter interessent. Promiserunt habere firmum gratum et ratum quidquid per dictum eorum sindicum in predictis vel circa predicta et quodlibet predictorum factum fuerit, seu gestum sub ypotheca et obligatione omnium suorum bonorum, et dicti communis Coneglani presentium et futurorum.

Ego Nicolaus notarius de Merchadellis de Crasniga supradictis interfui et rogatus scripsi (b).

CXXXX.

Cividale, 1340, 8 Luglio e 10 Ottobre.

MSS. A registro or. del cameraro del comune di Cividale nell'Archivio notarile di Udine.
EDD. inedito. TESTO da A.

Dedi adi VIII de luglio a misser Philipo che fo al parlamento a Udin e al conseglo doi volte mezza marcha. . . . .

. . . .

Dedi adi X de ottobri a misser Philipo che alà al conseglo a Udin XL denari.

CXXXXI.

Udine, 1341, 29 Settembre. — *Decisione in materia di feudi data dal parlamento in sede d'appello da un giudizio della curia patriarcale.*

MSS. A or. del notaio Stefano di Cividale nell'Arch. notar. di Udine. B c. nella racc. Bianchi n. 3014 da A. EDD. inedito. TESTO da A.

Die penultimo septembris. Actum in castro patriarchali Utini. Presentibus venerabilibus viris dd. in Christo patre Guidone dei gratia episcopo Concordiensi, et fratribus Gilberto Mosacensi, Gayardo Rosacensi, et Odorlico Bellinensi abbatibus, Morando de Porcillis preposito S. Stephani Aquilegensis,

(a) Nella *ordinatio super statu et reformatione terre Coneglani* (Verci XI, 1355) del 4 Giugno precedente, i Coneglianesi chiedono al patriarca: item quod d. patriarcha realiter procurabit quod in generali parlamento totius Foriiulii homines Coneglani et totum districtum eiusdem recipient in illa vicinitate et confraternitate quam habent inter se communitates et castellani totius patriarchatus Aquileiensis, et ita in omnibus necessitatibus terre predicte ipsam et eius districtum adiuvabunt, sicut consueti sunt se ipsos ad invicem adiuvare in adversitatibus generalibus et particularibus eorumdem.

(b) La dedizione di Conegliano al patriarcato avvenne per cagione delle pretese dei Trevisani di assoggettare la terra alle loro fazioni (Verci, *op. cit.*, XII, 42). Però i fautori di Venezia non permisero che l'aggregazione di Conegliano al Friuli avesse pratico effetto, se non per un istante, giacchè già al 28 di Giugno il consiglio deliberava di sottomettere la terra ed il distretto al Veneto Dominio.

Guidone decano, et Gambino canonico ecclesie Civitatensis, et nobilibus dd. Hectore et Federico de Savorgnano, Taraboto de Anchona, Philippo de Portis, Conrado de Civitate, Nicolao de la Fratina, et Francisco de Sbroyavacha militibus, et dd. Iohanne de Villalta, Exquino de Coloreto, Osalcho de Strasoldo, Fantusio de Pulcinico, et Martino notario de Aquilegia, Iohanne notario de Glemona, Federico et Nicolussio notariis de Utino, et Antonio notario de Civitate testibus, et aliis quam pluribus.

Coram reverendo in Christo patre dd. Bertrando, dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha, congregato colloquio generali more solito, presentata fuit quedam appellatio Philippi q. Odorlici Longi de Civitate ad colloquium, clausa cum sigillo magno, et bulla parva ipsius d. patriarche, et ibidem aperta, et lecta per me Stephanum notarium. Cuius appellationis tenor talis est:

Coram reverendo in Christo patre et dd. Bertrando, dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha, in iudicio sedente, Philippus q. d. Odorlici Longi de Civitate ex parte una, et Vezilo q. Iltigini de Uruspergo ex parte altera constituti: ipse Philippus proposuit dicens, quod certa bona de Conse, nunc possessa per d. Philippum militem de Portis, empta per ipsum a d. Agnete de Utino, intromiserat, tanquam suum feudum, et de domo sua, que exciderant; ipse Vezilus similiter fecerat intromittere: unde cum nuncio ipsius d. patriarche fecerat precipere ipsi Vezilo ad decedendum de iure suo, quia intromiserat dictum feudum. Ad que dictus Vezilus respondit, quod dicta bona intromiserat tanquam suum feudum, ad se spectans, nec sciebat esse feudum dicti Philippi, et de domo sua. Ad que ipse Philippus respondit, salvo omni sue iure, et si erit feudum dicti Vezili, quod dicta bona erant feudum dicti Philippi, et de domo [sua] fuerant antiquitus, ut erat paratus probare per rodolum suum antiquum, secundum consuetudinem Foriiulii in talibus, ipso Vezilo negante, esse pheudum ipsius Philippi, ymo erat suum feudum dicti Vezili. Super quibus querente dicto d. patriarcha a circumstantibus quid iuris, sententiatum fuit per maiorem partem, quod dictus Philippus tenebatur probare per instrumentum vel testes dicta loca esse suum feudum, et non per rodolum antiquum. Per minorem partem sententiatum fuit, quod, secundum consuetudinem Foriiulii ad iura feudi sufficiebat rodolum antiquum, aut per investitionem antiquitus factam de dicto feudo, quia pauci possunt probare feudum antiquum per instrumentum, aut testes. A qua maiori sententia, volens optinere minorem, ipse Philippus ad generale colloquium appellavit, et ulterius si fuerit oportunum. Super qua appellatione lecta, querente dicto d. patriarcha a dicto colloquio diffiniri quid iuris: per maiorem partem dicti colloquii extitit diffinitum, bene appellatum, et male sententiatum.

CXXXXII.

Udine, 1341, 16 Dicembre. — *Giacomo Scofoletti di Cividale protesta in parlamento contro i vassalli del conte d'Ortemburg che l'avevano imprigionato.*

MSS. A or. di Stefano di Cividale nell'Arch. notar. di Udine. B c. nella racc. Bianchi n. 3041 da A. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XVI decembris. Actum in castro patriarchali Utini. In generali colloquio terre Foriiulii constitutus Iacobus Scofoloti de Civitate Austria exposuit, quod hoc anno, tempore vendemiarum super colles captus fuerat per Gabrielem de Castelerio, Leonardum Balde de Cormono, et quosdam alios servitores d. comitis de Ortemburch, et est desertus; et supplicavit per ipsum colloquium sibi provideri. Et omnes, nemine discrepante, statuerunt, quod adiuvaretur, et data fuit potestas consiliariis cum d. patriarcha ad providendum super hiis. In quo consilio deputati fuerunt quatuor dd. Hector de Savorgnano, Bartholomeus de Spegnimbergo, Girardus de Cucanea, et Philippus de Portis milites; et quidquid ordinabunt, mandent executioni. Presentibus dd. abbatibus Mosacensi, et Rosacensi, Iohanne de Villalta, Galvano de Maniaco, Federico notario de Utino, et Paulo notario de Civitate, et aliis.

CXXXXIII.

Cividale, 1342, 27 Giugno. — *Il patriarca Bertrando dopo aver ricordato che riuniva il parlamento perchè altra volta era stato deciso che si riunisse almeno quattro tornate all'anno, propone all'assemblea che debba provvedere alle fortificazioni ed alla taglia. Il consiglio poi deputa ad Asquino di Colloredo ed a Simone di Castellerio l'esame dei castelli e delle altre fortificazioni.*

MSS. A manca. B c. nella raccolta Pirona nella biblioteca comunale di Udine da cui c. nella racc. Bianchi 3083. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. MCCCXLII, indictione X, die XXVII mensis iunii, Civitate Austrie in patriarchali palatio. Convocato et congregato more solito generali colloquio per reverendum in Christo patrem et dd. Bertrandum dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcham, in quo quidem colloquio interfuerunt.

reverendus pater d. episcopus Concordiensis
d. abbas Rosacensis
d. abbas Mosacensis
reverendus pater d. abbas Sextensis
d. Guido decanus Civitatis
d. Morandus de Porcileis prepositus S. Stephani Aquilegensis
d. Bartholomeus de Spegnimberch
d. Iohannes de Cucanea
d. Girardus de Cucanea
d. Terabotus de Anchona
d. Henricus de Pramperch
d. Philippus de Portis
d. Iohannes de Villalta
d. Ossalcus de Strasoldo
d. Guielmus Picossii de Aquilegia
Marchus notarius de Aquilegia
Iohannes Ribisinus gastaldio,
Ulvinus,
Antonius notarius de Civitate
Hermannus
Ottobonus
Sanchinus
magister Iohannes de Aquilegia
Asquinus de Colloreto
Federicus de Morutio
Iohannes Franciscus de Castello
Rizardus de Tricano
Guarnerus et Henricus de Cucanea
Henricus de Sophimberch
Odoricus de Budrio
Nichilus, Nicolaus et Tudiella de Ragonea
Simon de Castillerio
Cinus de S. Daniele
Nicolusius de Attems
Nicolusius de Morutio
Bertoldus et Bartholomeus de Manzano
Gabriel de Cremona
Nicolaus Varbiti
Leonardus Archolonianus
Gubertinus
Franciscus

Nicolusius
Marcutius
Ugonus capitaneus Glemone
Nicolusius Sibelli
Pantaleon de Portugruario
Vivianus de Tarmola
Franciscus notarius de Sacillo
Petrus capitaneus de Venzono
Huculinus (a)

Primo dictus d. patriarcha proposuit quod hoc generale colloquium convocaverat, eo quod ordinatum extiterat alias, quod quatuor colloquia fieri deberent in anno, ut appellationes, si que interposite fuerint ad generale colloquium, expediri possint in eo. Secundum ut si loca forent aliqua ecclesie Aquilegensi subiecta, que fortificatione indigerent, super hoc per dictum colloquium provideri deberet, vel si eiusdem ecclesie subditi taleam militie ipsis imposite non haberent, illam habere penitus procurarent ad patrie defensionem, si casus occurreret (1).

Postea vero statim congregatis in unum coram prefato d. patriarcha consiliariis infrascriptis Civitatis Austrie in camera cubiculari ipsius d. patriarche, videlicet d. Guidone episcopo Concordiensi, Lodovico Sextensi, Galiardo Rosacensi, et Giberto Mosacensi monasteriorum abbatibus, Guidone de Manzano decano Civitatensi, et Morando de Purcileis preposito ecclesie S. Stephani Aquilegensis, Bartholomeo de Spenimbergo, et Philippo de Portis militibus, Iohanne de Villalta, Ossalco de Strassoldo, Asquino de Colloreto, Federico de Murutio, Iohanne Francisco de Castello, Simone de Castillerio, Iohanne Ribisini gastaldione Civitatensi, Ulvino de Canussio, magistro Antonio notario de Civitate Austrie, magistro Iohanne de Aquilegia physico pro commune Civitatis, Guido Picossio de Aquilegia pro communi Aquilegensi, Gabriel notario de Glemona habitatore Utini, Nicolussio Varbiti et Leonardo Arcoloniano de Utino pro communi Utini, Nicolutto Gibelli de Glemona pro commune Glemone, et Uchulino de Venzono pro commune Venzoni, et habita super premissis deliberatione matura, primitus elegerunt dd. Asquinum de Coloreto et Simonem de Castillerio predictos, quibus commiserunt ut vadant videre castra, terras et loca Aquilegensi ecclesie subiecta, et diligenter examinent, si aliquis defectus est in eis, qui reparari possit; referant postmodum in consilio dictorum consiliariorum, quod fieri ordinaverunt in Faganea hodie ad quindecim dies ita quod per dictum consilium exhibeatur remedium super hec opportunum pro securitate totius patrie.

CXXXXIV.

Udine, 1342, 27 Luglio. — *Il patriarca Bertrando comunica al gastaldo ed al comune di Cividale le norme emanate in materia suntuaria dal consiglio del parlamento in virtù dei poteri conferiti dal parlamento.*

MSS. A protocollo or. di Gubertino da Novate cancelliere patriarcale. B c. nella racc. Bianchi 3093 da A. EDD. De Rubeis, col. 902 da c. di mano de' Filippo del Torre nell'Archivio capitol. di Cividale; Joppi, *Constitutiones*, doc. XVII, da B. TESTO da B.

Bertrandus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha dilectis fidelibus nostris gastaldioni, ac consilio nostre Civitatis Austrie, salutem et gratiam nostram.

(1) Segue in B un largo spazio bianco.

(a) Anche questi è di Venzone come si vede dal seguito.

Cum pridie in generali colloquio, in Civitate Austria prelatorum, nobilium, ministerialium, et communitatum Foriiulii celebrato, ordinatum fuerit, quod super nimiis superfluitatibus ornamentorum, tam hominum, quam mulierum deberet remedium et moderatio adhiberi, et moderationis, ac remedii huiusmodi adhibendi sit data plena potestas, et auctoritas per dictum colloquium consiliariis assumptis per illud; ipsi consiliarii habentes vim totius generalis colloquii, ex potestate eis tradita, nobiscum in castro Faganee convenientes, et super predictarum superfluitatum remedio et deliberatione tractantes, pro communi utilitate totius patrie Foriiulii, infrascriptam ordinationem fecerunt, ab omnibus dicte patrie tam hominibus, quam mulieribus observandam.

In primis quidem quod nullus homo, militibus dumtaxat exceptis, audeat portare, vel ferre aurum, vel argentum, perlas, duplonos aureos, vel argenteos in vestibus, nec vestes sutas, vel contextas seta, vel serico, nec etiam cingulos, vel cutellos, aut tascas ornatas auro, vel argento, nec etiam capucia, vel pileos, excepto quam pro manica qualibet possint portare viginti bottonos argenti valoris medii grossi pro quolibet.

Item quod nulla mulierum, vel dominarum, tam nobilium, quam popularium audeat portare in ornamento capitis perlas, velos aureos vel argenteos, nec alia ornamenta, excepta trezedia, vel curdella valoris unius marche, et non ultra.

Item quod in pannis et in vestibus non possint portare ornamenta perlarum, auri vel argenti, vel sete, velluti vel samiti, nec etiam pannos alios contextos, vel sutos de auro, aut argento vel seta, exceptis lancettis, seu maspillis circa pectus, prout maluerint, et non fiblas; que tamen lancette et maspilli non excedant valorem unius marche denariorum. Salvo tamen quod ultra hec possint portare circa manicas bottonos aureos, vel argenteos viginti quinque pro manica, valoris medii grossi pro quolibet.

Item quod pannos earum non possint aliter frisari, vel ornare, nisi cum duplonis aureis, vel argenteis, seu seta, qui sint valoris quatuor grossorum pro brachio, et non ultra; ita tamen quod duplicare non audeant ipsos duplonos, et hoc solummodo circa collum, manicas, pectus, et infra, prout ipse vestes aperte fuerint, et etiam circa fenestras lateris.

Item quod non audeant portare caudam ultra unum brachium in tunica, vel guarnachia, aut clamide.

Item quod non audeant portare cingulos auri, vel argenti ultra pondus, seu summam duodecim unciarum; annulos vero auri, vel argenti portare valeant ad eorum libitum voluntatis.

Et predicta omnia ordinaverunt dicti consiliarii una nobiscum, auctoritate totius generalis colloquii, a proximo festo assumptionis Virginis Marie in antea ab omnibus, tam hominibus quam mulieribus, inviolabiliter observari sub pena quadraginta denariorum Aquilegensium toties persolvenda, et cedenda ecclesie parrochiali loci, in quo commissum fuerit, pro ornatu ipsius ecclesie, quoties in premissis, vel premissorum aliquo, fuerit contrafactum; et nihilominus sub pena excomunicationis et aliis penis spiritualibus in transgressores huiusmodi ordinationis .... per nos infligendis: quas penas in ecclesiis, maiori eiusdem civitatis, et fratrum predicatorum et minorum publicari mandavimus, secundum quod ipsorum transgressorum exegerit contumacia, et transgressio manifesta. Mandamus igitur vobis districte precipientes, quatenus ordinationem predictam faciatis in plateis dicte Civitatis voce preconia publice prorlamari, ipsam observantes ad plenum, et facientes ab aliis tam hominibus quam mulieribus inviolabiliter observari.

Datum in castro nostro Utini, XXVII iulii, anno dominice nativitatis MCCCXLII indictione X.

CXXXXV.

Udine, 1343, 6 Marzo. — *Davanti al patriarca ed al consiglio del parlamento, Gian Francesco e Lissio di S. Daniele nominano degli arbitri per le loro controversie e celebrano le tregue.*

MSS. A protocollo or. del cancelliere patriarcale Gubertino da Novate nella biblioteca arcivescovile di Udine. EDD. in parte, IOPPI, *Il castello di Moruzzo* doc. XV. TESTO da A.

Die VI mensis martii, Utini, in camera magna depicta patriarchalis palatii, convocato et congregato, more solito, consilio terre Foriiulii, electo per colloquium generale coram prefato d. patriarcha in quo quidem consilio interfuerunt consiliarii, et alii infrascripti videlicet venerabiles viri d. frater Gibertus abbas Mosacensi monasterii, Morandus de Porcileis prepositus ecclesie S. Stephani Aquilegensis ac nobiles viri

d. Bartholomeus de Spinimbergo
d. Fridericus de Savorgnano
d. Iohannes et Gerardus de Cucanea
d. Henricus de Prampergo
d. Hermannus de Carnea milites
d. Brizalia et Biachinus eius filius de Porcileis
d. Henricus et Ossalcus de Strassoldo
d. Fridericus, Pertoldus eius filius et Nicolussius de Morutio
d. Tolbertus et Biachinus fratres et Odoricus de Prata
d. Franciscus et Bona de Pulcinico
d. Iohannes Franciscus de Castello
d. Symon de Castillerio
d. Symonuttus de Cucanea
d. Rizardus, Iacobus et Thomas de Tercano
d. Nicolussius de Villalta
d. Durissa et Asquinus de Varmo
d. Lissius de S. Daniele
Martinus notarius de Aquilegia
Odoricus q. ser Ioseph de Glemona
Uchulinus de Venzono

Dum in narratione questionis vertentis inter prefatos Iohannem Franciscum ex parte una et Lissium et fratres eius de S. Daniele ex altera, occasione quorundam bonorum de Latisanota ipsis Lissio et fratribus, ut dicebatur, venditorum per dictum Iohannem Franciscum, et de pecunie quantitate quam dicti Lissius et fratres remanserant ad solvendum de dictis bonis ipsi Iohanni Francisco, ut asserebat idem Iohannes Franciscus, dum Iohannes Franciscus et Lissius dixissent sibi ad invicem aliqua iniuriosa verba, statim ambo veniam a dicto d. patriarcha humiliter postulantes, se libere summiserunt voluntati dicti d. patriarche, ut de predictis eos puniat ad beneplacitum suum. Subsequenter volentibus dicto d. patriarcha et eius consilio prefato, predictam questionem amicabiliter diffiniri dicti Iohannis Franciscus ex parte una, et Lissius suo et fratrum suorum nomine ex altera, unanimiter et concorditer ad prefate questionis decisionem elegerunt Sandrutium notarium de Tumetio; et in eum, tanquam arbitrum, arbitratorem et communem amicum de questione ipsa compromiserunt, iurante ad S. dei evangelia stare et parere diffinitioni et arbitrio ferendis per eundem Sandrutium in dicta causa, et non contrafacere in aliquo aut venire.

Eodem die et loco. Presentibus testibus supradictis, Thomas de Tercano ex parte una et Nicolussius q. d. Maynardi et Pertoldus filius d. Friderici de Morutio, ex altera, de offensa per eos ipsi d. patriarche facta nuper in congregando, et docendo gentem armigeram unus contra alium, se libere summiserunt

voluntati dicti d. patriarche, ita quod eos punire et condempnare valeat ad beneplacitum suum.

Item eodem die et loco. Presentibus testibus supradictis, Thomas de Tercano ex parte una, et Nicolussius q. d. Maynardi, ac Pertoldus filius d. Friderici de Murutio de voluntate, et consensu ipsius d. Friderici patris sui ibidem presentis ex altera, pro se, et suis amicis, coadiutoribus, et servitoribus universis fecerunt sibi ad invicem treguas hinc ad proximum festum S. Georgii, et deinde usque ad unum annum proximum subsequentem, integrum et completum. Quas quidem treguas promiserunt iurantes ad S. dei evangelia, inviolabiliter observare, suis, et nominibus quibus supra, durante tempore supradicto, et se, seu eorum servitores non offendere quoquo modo, sub pena duarum marcharum in redditibus ad usum curie pro quolibet predictorum, quas eorum quilibet obligavit, et excidere voluit dicto d. patriarche et Aquilegensi ecclesie, si modo aliquo contrafecerit, aut infregerit dictas treguas. Ita quod idem d. patriarcha, et Aquilegensis ecclesia, absque aliqua sententia, possit se intromittere de dictis bonis, seu redditibus, absque alicuius contradictione, et de ipsis facere suam omnimodam voluntatem, cui quidem obligationi facte per dictum Pertoldum, predictus d. Fridericus de Murutio pater suus prestitit eius consensum pariter et assensum.

CXXXXVI.

Udine, 1343, 29 Settembre. — *Il patriarca Bertrando investe Federico di Muruzzo ed i suoi consorti di Moruzzo e di Tricano del feudo del Maresciallato di cui era stato privato Rodolfo di Tricano per sentenza del parlamento.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Pirona nella biblioteca comunale di Udine dal protocollo di Gubertino da Novate cancelliere patriarcale; di qui c. nella racc. Bianchi n. 3194. EDD. Ioppi, *Il castello di Moruzzo*, Udine 1895, doc. XVI da B. TESTO da B.

MCCCXLIII indictione XI. Die penultimo mensis septembris. Presentibus discretis viris d. presbitero Guidulino plebano de Ribis, Azolino Viviani de societate Bardorum de Florentia, Pino de Bononia domicello, Arnoldono de Trevasio cubiculario d. patriarche testibus ad hec vocatis, et rogatis.

Cum Rodulfus olim Gebardi de Tricano, nunc commorans in Cormono, propter eius demerita, et offensas, ac excessus per eum commissos infideliter contra ipsum d. patriarcham Aquilegensis ecclesie, cuius vassallus existebat, per laudum et sententiam in generali colloquio per ipsum d. patriarcham noviter celebrato, privatus extiterit feudo mareschalchie, quod tenebat ab ecclesia supradicta, nec non omni iure, quod sibi competeret in eodem, reverendus in Christo pater et dd. Bertrandus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha, volens nobiles viros ...... vassallos et ministeriales suos de Tricano et Morutio, intuitu fidelitatis, et devotionis eorum, favore prosequi gratioso, per se, suosque heredes, et successores, et nomine Aquilegensis ecclesie, dictum feudum marascalcie, quod predictus Rodulfus habebat et tenebat ab ecclesia memorata, cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, et pertinentiis suis nobili viro d. Friderico de Murutio pro se, ac omnibus eius consortibus de Tercano et Murutio, et ipsorum heredibus recipienti, contulit, et concessit, ipsumque suo et nomine quo supra recipientem, de feudo, ac iuribus, iurisdictionibus et pertinentiis antedictis, eo iure quo d. Rodulfos ea tenebat ab ecclesia supradicta, per fimbriam sue guarnacie presentialiter investivit, salvo iure Aquilegensis ecclesie, et omnium personarum. Quibus peractis idem d. Fridericus suo et predicto nomine, statim prestitit ipsi d. patriarche et Aquilegensi ecclesie fidelitatis debite iuramentum, quod vassallus seu ministerialis et marescalus domino suo prestare in talibus consuevit. Actum Utini in patriarchali palatio.

CXXXXVII.

Fagagna, 1344, 22 Febbraio. — *Il consiglio del parlamento in virtù dei poteri ricevuti dal parlamento riunito nel dì stesso statuisce alcune leggi intorno al procedimento civile, all' "hospitium" ed alle vesti di lutto.*

MSS. A manca. B c. contemporanea fra le perg. comunali nel R. Museo di Cividale. C c. nella racc. Pirona nella biblioteca comunale di Udine dagli atti di Gubertino da Novate cancelliere patriarcale, d'onde c. nella racc. Bianchi 3204. EDD. Ioppi, *Constitutiones* doc. XVIII da B. TESTO ricostruito da B e C.

In Christi nomine amen. Anno domini MCCCXLIV indictione XII, die dominico XXII. februarii. Presentibus venerabilibus viris dd. fratribus Gilberto abbate Mosacensi, et Odorico abbate Bellinensi et nobilibus viris dd. Hectore de Savorgnano, Girardo et Iohanne de Cucanea, Nicolao de la Fratina, Francisco de Sbroiavacca, Henrico de Prampergo, Hermano de Carnea, Conrado Boyano militibus, et dd. Henrico de Speguimbergo, Simone de Castillerio, Fantussio de Pulcinico, Friderico de Morutio, Rizzardo de Tricano, Nicolusio, Nicolao et Maynardo consanguineis de Villalta, Henrico de Soffumbergo, Vicardo de Colloreto, Ulvino, Ottobono; et Nicolusio Arponis pro communi Civitatis Nicolusio Varbiti de Utino, Gulielmo q. Picossii de Aquileia, Gubertino et Paulo notariis curie patriarchalis testibus et aliis (1). In pleno consilio ordinato per colloquium generale (2) hodie celebratum in presentia reverendi in Christo patris dd. Bertrandi dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarche, consultum et statutum fuit super infrascriptis inter alia.

Pro obviandis litibus statuitur, quod cause de territorio, quas de cetero moveri contigerit infra quinque menses, a die primi termini computandos, alie vero infra quatuor menses pro definitiva .... firmentur. Hoc tamen salvo, quod si propter notum impedimentum partium, vel etiam iudicis remansit, quin imo infra predictum tempus sit questio terminata, tunc possit .... actor tantum temporis restituere quantum tempus illius impedimenti fuisse constabit, quo quidem tempore transacto, perentorium terminum statuat decem dierum, ad deffinitivam sententiam audiendam; alias elapsis dictis terminis, instantia litis pereat, ita quod totus prorsus ex tunc irritus sit et cassus; et nihilominus actor si per eum steterit ..... quominus questio terminata fuerit, reus in expensis legitimis condempnetur, nec super re...... ulterius audiatur actor, nisi primum eidem reo restitutis expensis. Si vero quis post sententiam diffinitivam se in protectione d. patriarche posuerit, suam protectionem in scriptis continentem causam gravaminis infra tres dies presentare debeat d. patriarche, qui causam ipsius protectionis infra decem dies debeat terminare, et si terminata non fuerit, cessante impedimento iudicii vel partis prosequentis eadem, ex tunc ipsa protectio irrita sit et cassa, et sententia statim executioni mandetur (3).

Item (4) quod nullus creditor in mutuis suis valeat facere pactum, quod debitor intret hospitium, et exeat terram Foriiulii; et quicumque faciet contra nullius sit valoris, et notarius scribens talia instrumenta in contrarium sit privatus officio notarie per biennium, et istud statutum valeat et duret, inter homines Foriiulii.

(1) In C il protocollo è così compendiato: In Christi nomine amen; hoc est exemplum cuiusdam constitutionis per sancte memorie d. Bertrandum patriarcham ac eius colloquium generale in castro Faganee celebratum, anno dominice nativitatis MCCCXLIV indictione XII, die XXII mensis Februarii. Eius tenor talis est. Segue poi il brano Pro oviandis litibus .... (2) Così C. In B invece si dice: In colloquio generali hodie celebrato in presentia etc. (3) Questo brano: Pro obviandis litibus .... executioni mandetur è tolto da C; in B esso è così compendiato: in primis quod d. patriarcha possit committere vicario suo questiones territorii usque ad deffinitivam sententiam ipsi d. patriarche reservatam; et istud statutum duret a proximo festo resurrectionis domini ad unum annum. Factum fuit hoc solum extra (sic). (4) Tutta l'ultima parte: Item quod nullus creditor ... . castri Faganee da B; manca in C.

Item quod nullus de cetero Foroiulio se induat vestibus nigris per mortem uxoris, alioquin sit contrafaciens privatus consilio et omni privilegio d. patriarche in publicis officiis, et sic dictum statutum statim proclamatum fuit ante ecclesiam in Faganea per Odorlicum Tortam preconem Utinensem.

Actum in ecclesia castri Faganee.

CXXXXVIII.

Udine, [1344], 23 Febbraio. — *I consiglieri del parlamento* (a) *manifestano al patriarca il lor parere che debbasi chiedere soddisfazione al conte di Gorizia per le ingiurie fatte dagli uomini di Castelnuovo e del Goriziano a vari sudditi patriarcali, e, in caso di rifiuto, che si debba dichiarargli la guerra.*

MSS. A manca. B c. contemporanea nelle perg. comunali di Cividale (unito al doc. precedente).
EDD. Ioppi, *Documenti Goriziani*, n. 173. TESTO da B.

Item eisdem anno, indictione, die lune XXIII februarii, actum in castro patriarchali Utini, presentibus venerabilibus dominis Guidone episcopo Concordiense et nobilibus Hectore de Savorgnano, Nicholao de la Fratina, Hermanno de Carnea et Conrado de Civitate militibus, Henrico de Strasoldo, Osalcho eius consanguineo, Federico de Murutio, Ulvino de Canussio, Ottobono et Nicholussio q. Arponis de Civitate testibus. In presentia dicti d. patriarche consultum fuit supra questione iniuriarum factarum per illum de Castronovo et (1) comitatu (2) hominibus de Utino et hominibus de Civitate et hominibus de S. Vito et aliis hominibus Foriiulii, ipse d. patriarcha scribat comitibus Goricie quod restituant, aliter fiat ipsis comitibus libere verra pro deffensionibus ecclesie Aquilegensis.

Item eisdem anno, indictione, die, loco et testibus predictis, d. patriarcha requisivit d. Franciscum q. d. Iohannis de Vilalta, primo sub pena decem marcharum, secundo sub pena L marcharum et tertio sub pena centum marcharum denariorum, quod debeat restituere domum Vilalte sue noverce secundum formam testamenti q. d. Iohannis patris ipsius d. Francisci.

Item requisivit ipsum d. Franciscum quod incontinenti debeat reverti ad carcerem suum prout ipse d. Franciscus iuraverat et promiserat in fide sua.

CXLIX.

Tricesimo, 1344, 14 Novembre. — *Querimonie di Fulchero di Savorgnano, di Federico e di Giovan Francesco di Castello davanti al consiglio del parlamento. Il parlamento, nello stesso giorno, delibera che si presti aiuto a Giacomo q. Scofolotti di Cividale contro gli uomini della contea di Gorizia.*

MSS. A or. del notaio Stefano da Cividale nell'Arch. notarile di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XIV novembris. Actum in ipsa ecclesia de Tricesimo. Presentibus dd. fratribus Giberto Mosacensi et Odorico Beliniensi abbatibus et Guillelmino preposito Carnee et dd. Hectore et Federico fratribus, Francisco de Sbroglavacha, Iohanne de Cucanea et Hermanno de Carnea militibus, Henrico de Strassoldo, Federico de Morutio, Varnero et Henrico fratribus de Cucanea et Guillelmo de Aquilegia, Hermanno de Glemona, Federico notario de Utino et Antonio notario de Civitate testibus et aliis. Coram ipso d. patriarcha post colloquium

(1) Ioppi, *Goriziani*, omette: et. (2) Ioppi, *op. cit.*: comitatus.

(a) Attribuisco senza esitare questa consulta al consiglio del parlamento, benchè nel contesto non sia espressamente nominato, perchè simili funzioni non si possono attribuire in Friuli ad altri consigli; d'altra parte il documento è nel ms. congiunto al precedente, cioè ad un altro verbale del consiglio stesso.

in consilio existente, dum Federicus q. d. Iohannis de Castello conquereretur contra Fulcherum de Savorgnano suum cognatum qui oppignoraverat castrum suum Tarcenti et fuerat paratus facere rationem suam et solvere sibi, ut restitueret sibi dictum castrum Tarcenti et nollet, supplicavit eidem d. patriarche et consilio ut super hoc provideret. D. Iohannes Franciscus de Castello dixit et protestatus fuit quod dictus Federicus de Castello incurrerat penam pactarum inter eos mille marcharum et perditionis partis sue, si impignoraret aut venderet aliquod castrum aut partem castrorum inrequisito ipso et consortibus castelli, quod suum ius esset sibi reservatum.

Eisdem die, loco et testibus. In pleno colloquio ordinatum fuit quod Iacobus q. Scofolotti de Civitate adiuvetur per ipsos d. patriarcham et colloquium contra illos de comitatu Goritie, qui illum Iacobum ceperunt et abstulerunt sua, in omnibus modis ad conservationem ipsius Iacobi.

CL.

Udine, [1346], 25 Settembre. — *Il cameraro di Udine paga il nolo di due cavalli che servirono a Federico di Galvano che si recò al parlamento a Tricesimo in servizio del comune.*

MSS. A, registro or. nella Bibl. comun. di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

Item die XXV mensis septembris pro naulo duorum equorum quos habuit d. Federicus Galvani ad Tricesimum ad colloquium generale in servitium communis den. XII.

CLI.

Udine, 1347, 20 Gennaio. — *Spese fatte dal cameraro di Udine per il mantenimento dei deputati dal comune al parlamento di Fagagna.*

MSS. A, registro or. nella Bibl. comun. di Udine. EDD. inedito. TESTO da B.

Item die XX dicti mensis expendidit dictus camerarius pro expensis illorum qui iverunt ad colloquium generale ad Faganeam, in prandio, et in aliis rebus necessariis, fortones III et denarios IV.

CLII.

Udine, 1348, 22 Giugno. — *Il patriarca chiede al parlamento che prenda provvedimenti contro i nobili di Castel Raimondo rei di gravi latrocinii, e contro Ermacora della Torre che assalì i nobili di Varmo; chiede inoltre che i membri del parlamento lo coaduvino nell'esecuzione delle sentenze. Il parlamento delibera su alcuni argomenti e rimette gli altri al consiglio che, poi, prende i relativi provvedimenti.*

MSS. A manca. B c. del notaio Diana del 1568 dagli atti del cancelliere Gubertino da Novate nella raccolta Concina di S. Daniele vol. II p. 26, d'onde c. nella racc. Ioppi. EDD. Un brano fu edito da Ioppi, *Constitutiones*, doc. XX da B. TESTO da B.

Millesimo tricentesimo quadragesimo octavo, indictione prima, die XXII mensis iunii, convocato et congregato generali colloquio prelatorum nobilium et comunitatum Foriiulii in sala inferiori patriarchalis castri per reverendum in Christo patrem et d. Bertrandum dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcham, in quo quidem colloquio interfuere venerabiles ac nobiles et prudentes viri dd.

frater Gubertus abbas monasterii Mosacensis
Gulielmus decanus Aquilegensis

Guido decanus Civitatensis
Vivianus de Pulcinico canonicus Utinensis
presbiter Folcherus de Savorgnano
Hector } de Savorgnano
Federicus }
Nicolaus de la Fratina } milites
Franciscus de Sbrolavaca }
Endricus de Strasoldo
Franciscus de Pulcinico
Frider...... de Maniaco
Iacobus del Canto vicarius predicti d. patriarche
Tolbertus et Guielminus de Prata
Simon de Valvasono
Odoricus de Castello
Rizardus de Tercano
Castronus de Bardis
Vicardus } de Colloreto
Franciscus }
Valterpertoldus et } fratres de Pers
Dethalmus }
Bellus de Savorgnano
Simon de Pulcinico
Nicolaus de Panigalleis
Federicus de Cauriaco
Conus de Pertinstayn
Bertholus et } de Manzano
Dethemarus }
Durissa de Varmo
Iohannes de Vendoio
Nicolaus Salumbotius
Nicolussius de Portis } de Civitate
Franciscus Chinde }
Corsimanus
Guido de Picossiis de Aquilegia
Articus de Farla
Odoricus q. ser Iosephi de Glemona
Nicolussius q. d. Federici de Villalta
Nicolussius q. d. Odorici de Villalta
Odoricus de Prampergo
Lissa de Sancto Daniele
Nicolussius de Laurenzaga
Hendricus de Carnea } de Utino
Nicolussius Varbiti }
Leonardus Arcoloneanus
Guecillo de Cauriaco
Duringussius de Mels
Nicolaus de Flagonea
Turcus de Faganea
Castellinus de Sancto Vito
Sandrinus notarius de Tumetio
Nicolaus de Pinzano
Iohannes notarius et officialis de Impetio
Biaquinus et
Alexander notarius de plebe Cadubrii et
magister Nicolaus notarius de Venzono.

Primo dictus d. patriarcha proposuit quod hoc generale colloquium convocaverat et congregaverat ut appellationes ad generale colloquium interposite, possent per ipsum colloquium expediri.

Item proposuit qualiter per plurima maleficia, homicidia, spolia et abhorrenda facinora per illos de castro Raymundo perpetrata, fuerant per eius marescalcum sententialiter banniti et ad mortem condempnati et eorum bona confiscata, prout ibidem fecit fidem per tria publica instrumenta sententiarum contra predictos dominos prolatarum ibidem in colloquio perlecta et vulgarizata et quod pro executione dictarum sententiarum expugnari et capi fecerat dictum castrum quod semper fuerat speluncha latronum: propter quod petebat per ipsum colloquium ordinari quod numquam reedificari deberet castrum ipsum. Dicti vero prelati, nobiles et comunitates et totum colloquium supradictum attendentes quod de predicto castro commissa fuerant maleficia supradicta, quod semper dampnosum fuerat toti patrie omnes, nemine discrepante, statuerunt et ordinaverunt quod numquam posset seu deberet reedificari nec esse castrum in dicto loco.

Item proposuit qualiter multas redarguitiones receperat ab eius subditis quia sententias in curia sua latas executioni non mandaverat, asserens quod ipsas iuxta posse intendebat executioni mandare ac petens ab omnibus supra executionibus huiusmodi sententiarum si espedierit auxilium et iuvamen prout eius vassalli omnes proprio iuramento tenentur. Super quo etiam deliberatum extitit per dictum colloquium, quod omnes debeant ipsi d. patriarche auxilium, consilium et iuvamen iuxta totum eorum posse ad executionem sententiarum huiusmodi prout iuraverunt et de iure tenentur et debent (1).

Item proposuit qualiter Rizardus de Varmo una cum Hermachora de la Turre et illis de Castellutto proditorie intraverat noctis tempore castrum de Varmo et Durissam de dicto loco una cum eius filio ac quodam filio Manzochi fratris ipsius Durisse captivaverat et ut turrim dicti loci quam tenebat Fridericus frater ipsius Durisse obtinere posset, ligaverat dictum Durissam supra quodam curru fabricato ad fodendam predictam turrim et posuerat iuxta murum eiusdem turris ut si diutius Federicus vellet defendere, ne predicta turris foderetur, percuteret ipsum Durissam et quod postmodum posito freno in ore dicti Durisse et ligatis eius manibus ipsum pedes ducerat tamquam latronem et malum hominem Castellutum et malis huiusmodi non contentus, postea cucurrerat una cum illis de Castellutto iuxta pontem castri de Varmo et plures homines captivaverat et predam magnam bestiarum et rerum aliarum rapuerat quos et quam duxerat Castellutum.

Item quod dicti de Castellutto duos homines liberos de Sancto Martino subditos et fideles Aquilegensis ecclesie captivaverat et ipsos redimere se fecerant pro LXXXXVIIII marchis, quas extorserant ab eisdem et contratam de Varmo continue offendebant ac etiam derobabant.

Item proposuit qualiter his diebus venerant Civitatem Austrie quidam eius et Aquilegensis ecclesie inimici de Alemannia, qui alias captivaverant quemdam eius servitorem et longo tempore tenuerant suis carceribus mancipatum et tandem fecerant ipsum redimere trecentis florenis auri quos extorsere ab eo, de quorum inimicorum adventu tota patria manebat in dubio et timore.

Super quibus omnibus et singulis dictus d. patriarcha petiit per dictum colloquium provideri prout bono statui et utilitati patrie viderit expedire. Dicti vero prelati, nobiles, communitates et totum colloquium supradictum considerantes quod per consilium predicti d. patriarche posset supra premissis melius et aptius provideri quam per multitudinem dicti colloquii, omnia et singula commiserunt dicto d. patriarchae ac eius consiliariis et illis quos apud ipsos consiliarios ad consilium assumere voluerit, statuentes et volentes quod quicquid ipse d. patriarcha una cum eodem consilio supra predictis omnibus et singulis duxerint ordinandum, plenam habeant roboris firmitatem ac si facta et ordinata forent per totum colloquio generale.

Postea vero eodem die post recessum predicti colloquii, remanente in predicta sala una cum predicto d. patriarcha consilio consiliariorum Foriiulii et

(1) Il brano: Item proposuit .. .. et de iure tenentur et debent, fu pubblicato da Iorpi, c. s.

certis aliis quos ad ipsum consilium assumpserat et fecerat remanere, in quo aderant predicti dd. frater Gibertus abbas Mosacensis, Guielmus decanus Aquilegensis, Guido de Manzano decanus Civitatensis, Hector et Federicus de Savorgnano, Nicolaus de la Frattina, Franciscus de Sbrolavacca, Henricus de Strassoldo, Fridericus de Murucio, Tolbertus de Prata, Vicardus et Franciscus de Colloreto, Nicolaus de Panigalleis et Thomas de Pertistayn, Nicolaus Salumbotius, Nicolussius Arponus, Franciscus Chinde de Civitate, Guido de Picossiis, Odoricus q. Iosephi, Nicolussius q. ser Friderici de Villalta, Odoricus de Prampergo et magister Nicolussius de Venzono.

Dictus d. patriarcha petiit per predictos consiliarios et consilium supra premissis propositis in colloquio consuli ac etiam provideri. Qui omnes habita deliberatione matura consuluerunt quod mitti deberent ambasiatores videlicet dd. Franciscus de Sbrolavacca, Fridericus de Murucio et Nicolussius Arponus de Civitate predicti Civitatem ad sciendum quare predicti theutonici cum armis venerant illuc et ad quid ibi manebant, ad cuius petitionem, ac procurandum quod illi qui fecerant eos venire seu eos retinebant, faciant ipsos recedere. Item quod deberent loqui et tractare cum Hermachora de la Turre quod ablata per eum aut illos de Castellutto predictis de S. Martino ac aliis servitoribus ac subditis Aquilegensis ecclesie restitueret et restitui faceret cum effectu et a lesionibus et offensionibus Aquilegensis ecclesie omnino cessaret. Item quod inter prefatum Rizardum de Varmo et fratrem, consortes eius de Varmo deberent de concordia et pace tractare et sibi dicere quod ablata per eum et servitores suos hominibus de Varmo et contrata illa restitueret cum effectu et si ambasiatores ipsi predicta omnia perficere possent, bene quidem, alioquin dictus d. patriarcha per viam iustitie procedere deberet contra predictos omnes et singulos et illud quod foret per laudum et sententiam sententiatum debeat executioni mandari et omnes subditi Aquilegensis ecclesie deberent iuvare toto posse dictum d. patriarcham ad mandandum executioni sententiam seu sententias huiusmodi que ferrentur. Et ad ordinanda alia de bono statu patrie et providendum supra modo executionis sententiarum huiusmodi et supra facto predictorum theutonicorum forensium qui sunt in Civitate predicta electi fuerunt ibidem dd. decanus Aquilegensis, Fridericus de Savorgnano, Nicolaus de la Frattina, Fridericus de Murucio et Nicolaus Salimbotius de Civitate Austria predicta, quibus data fuit per totum predictum consilium plena potestas statuendi, ordinandi et respondendi supra predictis omnibus et singulis prout eis melius et utilius videbitur expedire, ita quod quicquid ipsi vel maior pars eorum una cum dicto d. patriarcha duxerint ordinandum plenam habeat roboris firmitatem ac si foret factum et ordinatum esset per totum colloquium generale.

CLIII.

Cividale, [1350], 1 Maggio (a). — *Alcuni nobili friulani riuniti dinanzi al conte di Gorizia nominano a consiglieri di questi Gianfrancesco di Castello, Francesco di Villalta, Valterpertoldo di Spilimbergo, Simone di Castellerio e Biaquino di Porcia promettendo di osservare tutte le deliberazioni prese da costoro.*

MSS. A or. di Marco notaro nell'Arch. notarile di Udine. B c. nella racc. Bianchi n. 3612 da A.
EDD. inedito. TESTO da B.

Die sabbati prima maii in Civitate Austria in palatio illustris comitis Meynardi Goritie et Tirolis. Presentibus dd. Ulvino de Canussio, Gallo, discreto

(a) Riporto questo documento, quantunque non appartenga ad una legittima convocazione del parlamento, perchè esso contiene un simulacro di parlamento e di consiglio formati dai nobili riuniti in lega contro il patriarca Bertrando nei primi mesi del 1350. Come è noto, il conflitto finì coll'uccisione del patriarca compiuta il 6 Giugno 1350 alla Richinvelda presso Spilimbergo dopo un breve combattimento dei congiurati contra la scorta del prelato che ritornava da Padova. A capo della lega stavano il conte di Gorizia e il comune di Cividale.

viro magistro Iohanne phisico de Aquilegia Civitate commorante, Nicolusio q. Petri Arponis, Altrusino de Civitate q. d. Girardi de Conoglano, Nicolao q. Vecelli de Civitate testibus et aliis.

Nobiles viri dd. Iohannes Franciscus de Castello pro se, Vualterpertoldus pro se ac d. Henrico suo fratre (a), Franciscus de Vilalta pro se et illis de Vilalta, Simon de Castellerio pro se et nepotibus, Simon de Valvasono pro se et fratribus, Guilelmus de Coloreto pro se, fratribus et d. Bernardo, Asquinus de Coloreto pro se et patre, Nicolusius et Rizardus de Prampergo pro se et fratribus, Iacobus de Savorgnano pro se et nomine patris, Nicolusius de Lorinzagha pro se, Rodulfus q. d. Pantaleonis de Tricano pro se:, qui sub obligatione omnium suorum bonorum promiserunt dictos absentes omnia infrascripta habere firma et rata; omnes insimul congregati pro suo bono ac Aquilegensis ecclesie statu unanimiter et concorditer contenti extiterunt, ac per consiliarios dederunt dd Iohannem Franciscum, Franciscum de Villalta, Vualterpertoldum et Simonem de Castellerio predictos ibidem presentes ac d. Biachinum de Purcileis licet absentem dicto d. comiti in consiliarios, promittentes habere ratum et firmum totum et quidquid per dictum d. comitem et dictos suos consiliarios aut maiorem partem actum et consultum fuerit quomodolibet, usque ad duos menses nunc proximos venturos et immediate sequentes.

CLIV.

Udine, 1350, 25 Agosto. — *Il comune di Gemona chiede al parlamento convocato dal capitano generale, di esser mantenuto del diritto di Niederleg.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Pirona nella biblioteca comunale di Udine dagli atti del notaio Nicolò q. Domenico Messa d'onde c. nella racc. Bianchi 3678. C. c. nella racc. Concina a S. Daniele to. XXXIX f. 1. EDD. ZAHN, *Austro Friulana* cit. n. 62 da C. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCL. indictione IV die XXV mensis augusti. Presentibus venerabili viro d. Guidone dei gratia abbate Mosacensi, nobilibus et prudentibus viris dd. Hermanno milite, et Henrico fratribus de Carnea, Henrico, et Odorico eius filio de Strassoldo, Galvano de Maniaco, Warnerio et Simone de Cucanea, Francischitto filio nobilis militis d. Federici de Savorgnano, Odorico, et Ulvino de Prampergo, Rizzardo, et Thomaxio de Tricano, Guielmo Pichossii, et Bortoluccio de Aquilegia, Duringussio de Mels, Thadeo de Manzano, Detemario de Ragonea, Guecellone de Cauriaco, Nicolao et Durdino de Montefalcone, Henrico Brandilisii de Attems, Gueccilone de Varmo, Isacco et Petro notariis de Cordovato, Iacobo Antonii de Venzono, Zulutto, et Cuzulino de S. Vito, Andriotto de Andriottis, Nicolussio Orbitti, magistro Francisco a scholis, Gabriele de Cremona notario, magistro Pasino, Gubertino q. d. Rasonadi de Novate de Mediolano, Ioachino q. Ropretti, et Francisco Dominici beccarii notariis de Utino testibus, et aliis pluribus.

Odoricus et Petrus fratres q. d. Iosephi, et Artuicus q. ser Petri Mirisoni de Glemona, ambasciatores, quos se esse asserebant hominum et communitatis terre Glemone, ambasciatorio nomine antedicto, et pro dicto communi, comparuerunt in colloquio generali, coram illustri d. Worlico dei gratia comite de Frauenbergh (b) generali capitaneo in certis partibus Foriiulii pro magnifico dd. Alberto dei gratia duce Austrie et Karinthie, et proposuerunt dicentes: quod cum cursus strate, qua progreditur, et qua itur de partibus Venetiarum ad partes terre Theutonicorum, et e converso de partibus terre Theutonicorum

(a) s'intenda: di Spilimbergo.

(b) Così B; C ha: comite de Tramburg che lo Zahn interpreta come: comite de Ortemburg. Sarà probabilmente invece il conte Volrico di Pfannberg (Phanimberch) che in questi tempi si occupava degli interessi austriaci in Friuli (ved. nello stesso ZAHN, *Austrofriulana* n. 74; a. 1353, 3 Settembre).

ad partes Venetiarum, antiquitus fuerit per terram Glemone, et ibi in Glemona antiquitus fuerit niderlech, videlicet discargationes et cargationes mercimoniorum, qui cursus a parvo tempore citra deinde remotus, ductus fuit per terram Cadubrii, nunc reducitur et se habet per partes Foriiulii: ideo supplicabant, et supplicaverant prefato d. comiti capitaneo, quatenus eidem placeret dictam communitatem et homines de Glemona defendere, et manutenere in possessione eorum super dicto cursu, et niderlech, videlicet, discargationibus et cargationibus mercimoniorum fiendis et esse debentibus in Glemona, cum ibidem esse debeant ubi antiquitus fecerunt. Nam secundum formam pactorum habitorum inter prefatos d. ducem, et commune Glemone et alios eius fideles servitores Foriiulii, prefatus dd. dux et capitaneus tenentur quemlibet manutere et defendere in iuribus suis et si quid accideret inter dictum comunem Glemone et alios occasione dicti niderlech, dicta communitas et homines culpabiles esse nolunt, et quod culpam aliquam non habent de remotione cursus, alias remoti, ut dictum est. Protestantes, ut efficacius potuerunt, quod si dictus niderlech alibi fieret, quam in Glemona, ubi antiquitus fuit, et in cuius tenuta fuerunt dicti commune et homines de Glemona, quod ei modo aliquo non consentiunt, neque consentire intendunt, et quod omne eorum ius in predictis sit semper eis salvum, quod ex nunc petunt, cum instantia, qua possunt, instantissime et petere intendunt suis loco et tempore, et hoc cum dampnis pariter et expensis, rogantes se reduci ad tenutam, et possessionem predictorum, et in ea inductos defendi.

Actum Utini, in sala mediocri patriarchalis palatii.

Et ego Nicolaus q. Dominici Messe de Utino publicus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui, et rogatus fideliter scripsi.

CLV.

S. Maria la Longa, 1351, 3 Febbraio. — *Pietro de Luca, vicario del patriarca Nicolò, dichiara agli aderenti al duca d'Austria riuniti a parlamento dal signore di Monpareis, che egli intendeva trattare degli interessi del paese e voleva avere su ciò il loro consiglio. Il signor di Monpareis risponde che egli non era autorizzato a far questo.*

MSS. A or. di Gubertino di Novate nella biblioteca civica di Udine; B c. nella racc. Bianchi n. 3705 da A; C c. nel codice diplomatico Frangipani II, 139 dalla racc. Guerra (parziale). EDD. ZAHN, *Austro Friulana* cit. n. 63 da C. TESTO da A.

MCCCLI indictione quarta, die tertia februarii. Presentibus venerabilibus viris dd. Guilelmo decano, Gambino, Guilelmo Savere canonicis Aquilegensibus, d. Guidone Iohannis de Regio canonico Utinensi, Iohanne de Monticulis testibus et aliis.

D. Petrus de Luca vicarius d. Nicolai patriarche Aquilegensis (a) in presentia d. Henrici de Strassoldo, Galvani de Maniaco, Symonis de Cucanea, Coni de Pertinstayn, Conradele de S. Daniele, Francischutti de Savorgnano, Henrici de Carnea, Nicolussii Varbiti, Gabrielis notarii de Utino et aliorum adherentium duci Austrie et existentium in colloquio ad diem hodiernam congregato, quod habere debebat cum d. de Mompareis, dixit et protestatus fuit quod in huiusmodi colloquio tractare intendebat de bono et pacifico statu patrie et uti consilio eorundem.

Actum in villa S. Marie Longe iuxta ecclesiam dicte ville (1).

Eodem die. Presentibus dd. Iohanne de Carate canonico Aquilegensi,

(1) ZAHN *op. cit.* omette tutto il seguente.

(a) Nicolò di Lussemburgo fratello naturale dell'imperatore Carlo IV fu nominato patriarca nell'ottobre 1350. Il 21 Dicembre successivo l'imperatore ne diede notizia al comune di Udine (racc. Bianchi n. 3688).

Iohanne de Monticulis, Odorico q. d. Ossalchi, Raymundolo de Lissono et Nicolussio de Aquilegia testibus et aliis.

Nicolaus ser Galvani de Maniaco ex parte d. de Mompareis respondit dicto Petro de Luca vicario quod non habebat pro nunc auctoritatem statuendi terminum petitum per dictum d. Petrum super alio colloquio habendo inter eos pro statu patrie et quod idem d. Petrus faceret facta sua. Actum in predicta villa iuxta domum q. Pellee hospitis.

CLVI.

Udine, 1351, 20 Giugno. — *Il consiglio del parlamento determina che non si possano far pignoramenti senza l'intervento d'un messo patriarcale.*

MSS. A manca. B c. nell'Arch. Municipale di Udine d'onde c. nella racc. Bianchi 3744. EDD. in parte IOPPI, *Constitutiones*, doc. XXI dal Bianchi. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCLI indictione quarta, die XX mensis iunii, in camera supradicta (1). Congregato consilio predicto in quo erant d. Nicolaus patriarcha prefatus, d. Guilelmus decanus Aquilegensis fratres Michael Sextensis, Guido Mosacensis, Albertus S. Prosperi de Regio monasteriorum abbates, Gambinus prepositus S. Petri de Carnea, Clunades de Bruna capitaneus Feltri et Belluni, Gerardus de Cucanea, Nicolaus de la Frattina, Hermagoras de Carnea milites, Vualterpertoldus de Spegnimbergo, Odoricus de Prampergo, Guecello de Porcilleis, Galvanus de Maniaco, Ioannes de Monticulis, Franciscus de Savorgnano, Iohannes Franciscus de Castello, Iohannes de Lisono, Cynus de Castellione et Maynardus Savii de Glemona etc.

Per dictum consilium statutum et ordinatum fuit quod nullus audeat tollere aliquid, seu pignorare in dominio d. patriarche et Aquilegensis ecclesie absque nuntio seu precone vel bricco d. patriarche et officialium suorum, et si aliter tollatur vel pignoretur aliquid, illud appellari debeat robaria, seu depredatio, et contra tollentes seu pignorantes tali modo procedi debeat sicut pro robaria et depredatione, et quod per dictum patriarcham scribatur illis de Castillutto qui, ut dicitur, cum eorum nuntio faciunt auctoritate propria pignorari in dominio Aquilegensis ecclesie quod ab huiusmodi novitate desistant; et si desistere noluerint habeat super hoc recursus ad d. comitem Goritie ut hoc faciat retractari

CLVII.

Udine, 1352, 1 Febbraio. — *Il patriarca chiede al parlamento che deliberi intorno alla pacificazione del paese, che sbrighi le appellazioni e che nomini il consiglio a cui sia demandata la facoltà di rivedere le consuetudini vigenti in Friuli. Diffida, poi, che nessuno abbia commercio coi figli di Gio. Francesco di Castello ribelle della chiesa Aquileiese. Il parlamento nomina il consiglio dandogli facoltà di provvedere.*

MSS. A manca. B Liruti, apografi, n. 178 nella Biblioteca comunale di Udine da c. del notaio Merula dagli atti del cancelliere patriarcale Gubertino da Novate. C c. nella racc. Pirona nella Bibl. comunale di Udine derivante da una c. nel codice diplomatico Frangipane che anch'essa deriva dalla c. nel notaio Merula. EDD. LEICHT, *Parlamento*, doc. XI da B. TESTO da B e C.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCLII, indictione quinta, die primo mensis februarii. Convocato et congregato per reverendum

(1) IOPPI dà l'inizio in questa forma: anno nativitatis MCCCLI, ind. IV, die XX mensis iunii. Actum in castro Utini. Egli omette poi i nomi dei presenti ad eccezione del patriarca. Evidentemente la edizione IOPPI deriva da una fonte diversa da quella indicata.

in Christo patrem et dd. Nicolaum dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcham, et in eius presentia constituto Utini in palatio patriarchali, colloquio generali, in quo quidem colloquio interfuerunt reverendus in Christo pater d. frater Petrus episcopus Concordiensis ac venerabiles, nobiles et discreti viri frater Michael Sextensis, Gavhardus Rosacensis, Guido Mosacensis, Odoricus Bellinensis Monasteriorum abbates: Gambinus de Cremona canonicus Aquilegensis et prepositus ecclesia S. Petri de Carnea, Franciscus de Porentionibus canonicus Civitatensis, Vivianus de Pulcinico canonicus Utinensis, Gerardus de Cucanea, Nicolaus de la Fratina, Franciscus de Sbrolavacca milites, Hendricus de Strassoldo, Fridericus et Nicolussius de Morutio, Guillelmus de Prata, Vicardus et Franciscus de Colloreto, Galvanus de Maniaco, Maynardus et Nicolussius de Villalta, Symon et Iohannes de Valvasono, Diethalmus de Pers, Ulvinus et Nicolaus de Prampergo, Gualter Pertoldus de Spegnimbergo, Galeassius de Cavoriaco, Nicolaus Pizolus de Ragonea, Hendricus de Cucanea, Conus de Pertinstayn, Fridericus de Castello, Bellus et Folcherus, Castronus, Franciscutus et Petrus de Savorgnano, Andreas et Benedictus de Attens, Symon de Castillerio, Businus de Budrio, Nicolaus de Flagonea, Mathiussius de Sophimberch, Fridericus de Fontebono, Guilelmus Picossius de Aquilegia, Petrussius de Fa......, magister Iohannes phisicus de Aquilegia, Fridericus de Portis, Galliuttus et Nicolussius Arponus de Civitate Austria, d. Iohannes de Monticulis capitaneus Utini .... Varbitti, Magister Franciscus doctor grammatice de Utino, Fredericus et Petrus de Faganea, Iohannes de Corrops, Iacobus de Latisana (1) Bardanus de Montefalcono, Nicolaus Ronchonus Gastaldio, Ianutus et Chuzolinus de S. Vito, Albertinus sartor et Massius de Marano, Iohannes Vidossi de Portugruario, Magister Franciscus et Galgotus de Sacilo, Guizello de Cauriacho et alii quam plures, tam nobiles quam populares (2).

Prefatus d. patriarcha proposuit qualiter concordiam et pacem iuxta suam possibilitatem posuit, et fecit in partibus et patria Foriiulii, et ubi emergentibus arduis negotiis adimpleri non potuit, tregue sunt indicte nè maiora scandala oriantur.

Secundo quod iuxta illud quod alias dixit in primo colloquio Faganee celebrato iustitiam fecerat et facere intendebat indifferenter omnibus iuxta posse, et quod contra illos qui inventi sunt culpabiles de tractatibus factis contra ipsum d. patriarcham et suos iustitia facta est; et quod alios non culpabiles et qui voluerunt esse fideles et legales sibi et Aquilegensi ecclesie prout tenentur et debent habere, intendit pro fidelibus servitoribus et filiis et eis donare de suo, ipsosque tractare (3) favorabiliter et gratiose, ac eos commendare apud dominum et fratrem (a) d. Charolum Romanorum et Bohemie regem ac ubique, donec in fidelitate permanserint ut tenentur.

Tertio quod consuetudines laudabiles et bonas patrie Foriiulii approbare intendit, et que minus iuste viderentur et essent, corrigere et reformare sicut iam factum est in multis cum consilio consiliariorum sibi deputatorum per colloquium generale.

Quarto cum sola vis regiminis totius patrie dependeat in consiliariis maturis et fidelibus, requirebat ipse d. patriarcha quod per colloquium predictum deputentur consiliarii fideles et discreti statum Aquilegensis ecclesie et patrie affectantes, asserens quod illi qui alias sibi deputati fuerant bene et fideliter se habuerunt.

Quinto quod cum alias interposite fuerint appellationes ad generale colloquium que non fuerunt expedite, hoc colloquium convocaverat ut possent in eodem modo debito expediri.

Sexto se excusavit quod propter multa occurrentia negotia non potuit antea huiusmodi colloquium convocare. Item monuit omnes et singulos eius subditos tam in hoc colloquio quam alibi existentes quod nullus presumat Odoricum et fratres filios q. Iohannis Francisci de Castello tanquam proditores et rebelles

(1) C: de Muzzana. (2) C omette: tam nobilis quam populares. (3) C: tradere.

(a) Il patriarca Nicolò era fratello dell'imperatore Carlo IV allora re dei Romani.

suos, nec eorum litteras aut missos recipere, nec eis prebere, facto aut dicto,
modo aliquo consilium, auxilium vel favorem sub pena feudi et proprii, ac
etiam et personarum eo quod nunc, prout ex tunc, omnes et singulos privavit
et privatos fore pronuntiavit eorum bonis, ac penam et sententiam incur-
risse quam prefatus Iohannes Franciscus propter proditionem suam noscitur
incidisse et nihilominus usque ad tertiam et quartam generationem sint et esse
debeant maledicti (a).

Quibus peractis, omnibus et singulis de colloquio supradicto per ipsum
d. patriarcham proposita laudaverunt et dixerunt bene et iuste facta esse sibi
de eisdem ac de tanta pace et iustitia quam fecit in tam modico tempore in
patria Foriiulii nec non de oblatione per eum facta ipsis grates et gratias
plurimas referentes et quia omnia spectantia ad dictum colloquium, nec etiam
predicte appellationes propter temporis brevitatem possunt bene et perfecte
sicut debent ibidem per colloquium expediri, deliberaverunt quod statim con-
siliarii per ipsum colloquium eligi debeant boni fideles et sufficientes et quod
per ipsos omnia proposita in dicto colloquio et que occurrent de novo, ac
etiam predictas appellationes debeant expedire dantes et concedentes eisdem
consiliariis eligendis plenam et liberam potestatem disponendi et ordinandi
super omnibus et singulis supradictis propositis et proponendis statutum patrie
Foriiulii tangentibus, quam dictis appellationibus sententiandis et expediendis,
ita ut quodquod disposuerint et ordinaverint ac sententiaverint in premissis et
quodlibet premissorum vim et vigorem ac firmitatem et robur plene habeat
dicti colloquii generalis ac si per dictum colloquium factum esset. Subsequenter
vero, predicti de colloquio ad partem se trahentes, deliberatione habita inter
se, elegerunt postmodum nominaverunt prefato d. patriarche consiliarios infras-
criptos videlicet pro prelatis venerabiles viros fratres Michaelem abbatem mo-
nasterii Sextensis vel Guidonem abbatem monasterii Mosacensis, quando dictus
d. abbas Sextensis consilio adesse non posset et pro clero d. decanum Aqui-
legensem vel d. Gambinum de Cremona prepositum ecclesie S. Petri de Carnea.
Item pro liberis d. Biaquinum de Prata et Henricum de Strassoldo. Item pro
ministerialibus d. Franciscum de Sbrolavacha militem, Henricum de Spegnim-
bergo, Rizardum de Tricano, Symonem de Pulcinico, Maynardum de Villalta,
Symonem de Cucanea, Franciscum de Colloreto, Dyetalmum de Pers. Item
pro communitate civitatis Aquilegie Bonossonutum de Aquilegia vel Guillelmum
de Picossis. Item pro communitate Civitatis Austrie Nicolussium Arponis vel
magistrum Iohannem phisicum de Aquilegia. Item pro communitate Utini Ful-
cherum de Savorgnano vel Castronum de eodem loco. Item pro communitate
Glemone de Corrops vel Maynardum q. Savii de Glemona. Qui dd. abbates
Sextensis et Mosacensis ac Gambinus, Henricus de Strassoldo, Maynardus de
Villalta, Franciscus de Sbrolavacha et Franciscus de Colloreto ibidem presentes
iuraverunt ad S. dei evangelia tactis sacrosanctis scripturis vocati ad consilium
semper venire nisi legitimo impedimento detenti ac consulere bona de omnibus
que cognoverint fore bona et utilia Aquilegensi ecclesie et patrie Foriiulii et
tenere secreta que tractabuntur in consilio. Dictus vero d. patriarcha mandavit
dictis consiliariis quod die martis proxime futura esse debeant in Utino ....
ad consulendum et expediendum predicta et omnia alia que occurrerent facienda
ac etiam ad sententiandum super appellationibus supradictis.

(a) Questa condanna contro i signori di Castello dipende dalla parte presa nell'uccisione del patriarca Bertrando; Gian Francesco di Castello, Rizzardo di Varmo, e Simone di Castellerio furon decapitati, Enrico di Soffumbergo impiccato, e Federico de Portis fu squartato.

CLVIII.

1352, 1 Ottobre. — *Il consiglio del parlamento, ascoltati i gravami mossi contro il duca d'Austria dal patriarca, dà a questi il parere che si chieda l'interposizione del signore di Liechtenberg rappresentante di Re Carlo IV e qualora non si possa giungere ad un accordo onorevole, si ordini l'armamento delle milizie. A questo scopo si procede alla revisione della taglia.*

MSS. A manca. B c. nella raccolta Bianchi n. 3790 da una copia autentica del notaio S. da Lovaria tratta dagli atti del cancelliere Gubertino (a). C. c. nella racc. Guerra to. XIII p. 220. EDD. in parte DE RUBEIS, col. 917 da ... TESTO da B confrontato con C.

In Christi nomine amen. Millesimo tricentesimo quinquagesimo secundo, indictione quinta die lune primo octobris, convocato et congregato consilio consiliariorum Foriiulii in presentia reverendissimi in Christo patris et dd. Nicolai patriarche Aquilegiensis, in quo quidem consilio interfuerunt venerabilis in Christo pater d. frater Petrus episcopus Concordiensis, venerabiles, nobiles, et discreti viri dd. frater Guido abbas Mosacensis, Gambinus de Cremona canonicus Aquilegensis, Nicolaus della Frattina, Franciscus de Sbroiavaccha, Conradus Boianus milites, Biaquinus, Henricus de Strasoldo, Henricus de Spilimbergo, Meynardus de Villalta, Rizzardus de Tercano, Simon de Cucanea, Franciscus de Colloreto, Simon de Pulcinicho, Diethalmus de Perso, Castronus de Savorgnano, Nicolussius Arponus, Iacobus de Glemona iurisperitus, Guielmus de Picossiis de Aquilegia, ac etiam d. Cinus Petrus de Lucca et Iohannes de Lisono. Prefatus d. patriarcha proposuit, qualiter novissimis diebus nonnulle gentes attentaverunt intrare terram suam Albone furtivo modo; sed primitus nequiverunt suum propositum adimplere; postea vero quedam gentium quantitas furtive, et proditorie intravit nocturno tempore dictam terram, volentes eam eidem Aquilegiensi ecclesie surripere; sed fideles nostri intrinsechi de Albona viriliter resistentes, gentes ipsas cum personarum damno, et vituperio reiecerunt, captis aliquibus et iustitia de ipsis facta. Subsequenter d. Hemindius de Veisinich (1) capitaneus Portus Naonis pro d. duce Austrie propria auctoritate, et indebite spoliavit fideles ipsius d. patriarche de Prata (2) eorum possessione cuiusdam ville, et ipsam magna armentorum quantitate derobavit, multaque alia inferre minatus in damnum et preiudicium Aquilegensis ecclesie, et eius fidelium subditorum, que tantummodo credit idem d. patriarcha procedere de voluntate domini ducis predicti. Pro quibus quidem violentiis et offensis, nihil contra ipsorum auctores novi attentare hucusque voluit propter mandatum sibi factum ex parte d. nostri Romanorum regis continens quod ipse d. patriarcha sibi quantum poterat precaveret, ne aliquid innovaret (3), propter quod guerra, seu commotio posset in hac patria suscitari; petiit idem d. patriarcha sibi per dictos consiliarios consuli quid agendum foret in premissis pro conservatione honoris sui, ac boni status patrie et fidelium suorum. Dicti vero consiliarii premissis omnibus et singulis auditis, et super ipsis deliberatione habita diligenti consuluerunt eidem d. patriarche, quod guerram et discordiam debeat quantum poterit evitare, et ut melius fieri possit, requirat d. de Lethembergh missum per predictum d. regem ad partes ipsas, ut qui eiusdem d. Regis personam representat, quod ipse se interponat de tractatu concordie super premissis, et si concordia fieri possit cum honore dicti d. patriarche bene quidem, sin autem ordinet dictus d. patriarcha quod omnes sui subditi statim parati sint cum equis, et armis ad defendendum, et resistendum ne Aquilegensis ecclesia, et ipsius fideles sic indebite opprimantur, et ad hec prosequenda

(1) C: Veisneter. (2) Così C; B: de pretto. (3) Così C; B: ignoraret.

(a) Nella racc. Bianchi al n. 4051, sotto la falsa data: 1357, 1 Ottobre si trova un'altra copia, non integra, di questo stesso documento tratto da una stampa.

obtulerunt totaliter posse suum. Et quia postea facta fuit antiqua impositio talee
militie Foriiulii, complures ex fidelibus Aquilegiensis ecclesie depauperati erant
propter quod non poterant servire cum dicta talea, et aliqui ditati erant, quibus
tamen non extiterat data impositio maior militie talee consuete consuluerunt,
quod examinetur impositio ipsa et quod addatur ditioribus, et minuatur depau-
peratis, prout equitas suadebit, et sic statim elegerunt ed examinationem et
ordinationem, ac reformationem dicte talee augende et diminuende, quibus
videbitur minuendum, dd. abatem Mosacensem, Nicolaum della Frattina, Hen-
ricum de Strassoldo, Rizzardum de Tercano, Franciscum de Colloreto, Bene-
venutum de Flagonea civem Aquilegie, Castronum de Savorgnano, Nicolussius
Arponum de Civitate, et magistrum Iacobum de Glemona predictos, quibus
potestatem tradiderunt addendi, et diminuendi omnibus et singulis fidelibus
Aquilegiensis ecclesie de dicta talea militum et reformandi prout eis melius et
convenientus videbitur expedire. Post meridiem vero die predicta, predicti
novem electi una cum Iohanne de Lisono ad hec deputato, et misso per pre-
dictum dominum patriarcham convenientes in unum in domo fratrum predica-
torum de Utino, habita deliberatione diligenti et respectu habito ad facultates
omnium, et singulorum, qui servire debent cum talea militie reformaverunt
dictam taleam in hunc modum, videlicet: Imprimis d. patriarcha predictus
habeat suam taleam predictam militie, videlicet elmos XL et balistas X,
d. episcopus Concordiensis, qui antea serviebat cum octo elmis et duabus
balistis, de cetero serviat ecclesie Aquilegensi cum elmis X et balistis II. Item
capitulum Aquilegense cum elmis X et balistis II iuxta impositionem antiquam.
Item abbas Belliniensis cum elmis duobus iuxta impositionem antiquam. Item
prepositus sancti Stephani Aquilegie elmos tres et balistam I iuxta impositionem
antiquam. Item prepositus sancti Felicis Aquilegensis balistam I iuxta imposi-
tionem antiquam. Item monasterium maius Aquilegiense cum elmis II, balistis
II iuxta impositionem antiquam. Item abbas Rosacensis, qui antea serviebat
cum tribus elmis et balista una de cetero serviat cum elmis tribus et balistis
II. Item abbas monasterii Mosacensis, qui antea serviebat cum elmis III cum
dimidio et balista I de cetero serviat cum elmis III balistis II. Item abbas
Sextensis qui antea serviebat cum elmis IV et balista I de cetero serviat cum
elmis IV balistis II. Item capitulum Civitatense cum elmis X balistis II iuxta
impositionem antiquam. Monasterium maius Civitatense cum elmo I balista I
iuxta impositionem antiquam. Item prepositus Sancti Odorici supra Tulmentum
cum elmis III iuxta impositionem antiquam. Item prepositus Carnee cum elmo
I iuxta impositionem antiquam. Item dd. de Prata cum elmis XVI balistis V
iuxta impositionem antiquam. Item dd. de Purciliis cum elmis XVI et balistis
quinque iuxta impositionem antiquam. Item dd. de Pulcinico cum elmis VIII
balistis IV iuxta impositionem antiquam. Item habitatores de Aviano cum elmis
II balista I iuxta impositionem antiquam. Item illi de Monteregali cum elmo I
balista I quia eis fuit diminutus elmus unus propter statum eorum deterioratum.
Item illi de Maniaco cum elmis III balistis III quia eis sunt addite due baliste
propter eorum statum augmentatum, et melioratum in bonis suis. Item illi de
Pinzano, seu qui tenent castrum ipsum cum elmis duobus iuxta impositionem
antiquam. Item illi de Toppo cum elmo I balista I iuxta impositionem antiquam.
Item illi de Spilimbergo et Zuccula cum elmis XIV balistis IV quia sunt eis
additi elmi II et balista II propter eorum statum in divitiis, et potentia augmen-
tatum. Item habitatores Sancti Viti cum elmis II et balista I iuxta impositionem
antiquam. Item illi de Sbroiavacca cum elmis III balista I iuxta impositionem
antiquam. Item illi de Salvarolo cum elmo I balista I iuxta impositionem anti-
quam. Item illi de Laurenzaga cum elmis III iuxta impositionem antiquam.
Item habitatores Medune cum elmis II quia est eis diminutus unus elmus
propter statum ipsius terre deterioratum. Item illi de Azzano cum balista I
quia de elmo uno sunt reducti ad balistam unam propter eorum statum dete-
rioratum. Item illi de Gruario cum elmo uno iuxta impositionem antiquam.
Item illi della Frattina cum elmo I. Item d. Nicolaus della Frattina cum elmo
I et balista I quia status eius est melioratus, et augmentatur in bonis. Item

illi de Flagonea, seu illi, qui tenent castrum ipsum cum elmo I iuxta imposi-
tionem antiquam. Item illi de Villalta et Cavoriaco cum elmis X et balistis II
quia eis sunt diminuti duo elmi, et due baliste propter eorum statum deterio-
ratum. Item habitatores de Faganea cum elmis IV balista una. Item ultra eos
Meynardus de Faganea cum elmo I et Vidulus de Buia habitator Faganee cum
balista una. Item illi de Tercano et Morutio cum elmis XII balistis IV iuxta
impositionem antiquam. Item illi de Castillerio cum elmo I balista I quia sunt
eis diminuti unus elmus et una balista propter eorum statum deterioratum.
Item illi de Brazzaco superiori et inferiori cum elmo I balista I iuxta imposi-
tionem antiquam. Item illi de Fontebono cum elmo I balista I quia sunt eis
diminuti duo elmi propter eorum statum deterioratum. Item illi de Colloreto
cum elmis XII balistis IV. Item illi de Mels cum elmis II balistis II. Item illi
de Pers cum elmis II balistis II. Item illi de Susano cum elmo I. Item habita-
tores de Sancto Daniele cum elmis IV balistis II. Item Corradela de dicto loco
cum elmo I. Item filii quondam d. Bartolomei de dicto loco cum elmis II quia
eorum status est melioratus, et ditatus. Item illi de Ragonea cum elmis II
balistis II iuxta impositionem antiquam. Item illi de Prampergo cum elmis VI
balistis III quia sunt eis diminuti tres elmi propter eorum statum deterioratum.
Item illi de Cassaco, qui tenent bona et loca eorum cum elmo I iuxta impo-
sitionem antiquam. Item habitatores de Artenea cum balista I iuxta imposi-
tionem antiquam. Item Osoppium cum elmo uno et balista una. Item illi de
Carvaco cum elmo uno et ballista I: quia de uno elmo reducti sunt ad balistam
unam propter eorum statum deterioratum. Item illi de Vendoio cum elmo I
balista I iuxta impositionem antiquam, Item habitatores de Buia cum elmo I
balista I iuxta impositionem antiquam. Item habitatores de Attemps cum elmis
II balista I iuxta impositionem antiquam. Item habitatores de Tricesimo cum
elmo I. Item illi de Cucanea, Partistagno et Valvasono cum elmis XVI balistis
IV iuxta impositionem antiquam. Item illi de Sophumbergo .... Item illi de
Strasoldo cum elmis X balistis II iuxta impositionem antiquam. Item illi de
Manzano cum elmis IV balista I iuxta impositionem antiquam. Item Iacobus
dictus Marochus de Lucca pro castro de Invilino cum elmis II. Item illi de
Butrio cum elmo I iuxta impositionem antiquam. Item illi de Varmo cum elmis
II balista I quia diminutus est eis unus elmus propter eorum statum deterio-
ratum. Item Dethalmus de Varmo inferiori cum elmo I iuxta impositionem
antiquam. Item illi de Zegliaco cum balista I iuxta impositionem antiquam.
Item illi de Cergneo cum elmo I balista I iuxta impositionem antiquam. Item
commune Civitatis Aquilegie cum elmis IV balistis IV quia sunt sibi diminuti
quatuor elmi propter statum ipsius civitatis deterioratum. Item commune civitatis
Austrie cum elmis XVIII et balistis VI quia eis diminuti sunt elmi VIII et
baliste IV videlicet intrinsecus et extrinsecus propter statum ipsius terre dete-
rioratum. Item commune Glemone cum elmis XII balistis IV iuxta impositionem
antiquam. Item commune Utini, et illi de Savorgnano cum elmis XLV balistis
XXV quia sunt eis additi quinque elmi, et quindecim baliste, propter eorum
statum augmentatum et melioratum. Item habitatores de Montefalcono cum elmis
IV iuxta impositionem antiquam. Item habitatores de Tulmetio cum elmis II
balista I quia est addita eis una balista, eorum statum agmentatum. Item com-
mune Sacili cum elmis IV quia sunt ei additi duo elmi. Item habitatores de
Canipa cum elmis II iuxta impositionem antiquam. Item illi de Soclevo, Guarto,
Luincis cum elmis II iuxta impositionem antiquam. Item illi de Los cum elmis
II iuxta impositionem antiquam. Item habitatores de Mossa cum elmo I iuxta
impositionem antiquam. Item habitatores de Vipaco cum elmis tres iuxta impo-
sitionem antiquam. Item dd. de Petra Pilosa cum elmis III balista I iuxta
impositionem antiquam. Item dd. de Pola cum elmis VI balista I iuxta im-
positionem antiquam [a].

(a) Segue l'autentica del notaio Simone da Lovaria.

CLIX.

......: 1353, 28 Gennaio. — *Il patriarca dichiara d'aver convocato il parlamento perchè ciascuno potesse esporre i suoi eventuali gravami contro i suoi ufficiali; chiede poi provvedimenti contro i Triestini e per altri oggetti. Il parlamento prende alcune deliberazioni in merito.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Bianchi n. 3794 da una stampa. EDD. nella *Stampa* cit. dal Bianchi; LEICHT, *Parlamento*, doc. XII da B. TESTO da B.

Congregato generali colloquio Foriiulii, in presentia d. Nicolai patriarche, in quo quidem interfuerunt:

Episcopus Concordiensis
Gerardus de Cucanea
Henricus de la Frattina
Guilielmus de Aquilegia
Nicolaus Varbiti de Utino
Federicus de Utino etc. etc.

Ibi dictus d. patriarcha proposuit primo qualiter hoc colloquium convocaverat, ut si quis conqueri voluerit de suis officialibus posset querelam suam deponere; seque excusavit quod colloquium antea non convocaverat.

Item exposuit qualiter cives Tergestini marchionem suum Istrie captivaverant in mari una cum aliquibus fidelibus ecclesie Aquilegensis et postmodum castrum Mugle combusserunt, vites et oliva inciderunt. Super quo petiit per dictum colloquium deliberari, quid sibi faciendum.

Item super facto consiliariorum sibi alias datorum per generale colloquium provideri petiit etc.

Super quibus omnibus, omnes, seu maior pars primo regratiati fuerunt d. patriarche de eo quod offerebat iustitiam exhiberi de suis officialibus.

Super facto captivorum ac dampnorum per Tergestinos illatorum dixerunt quod si potest haberi concordia cum honore d. patriarche, et ecclesie, potius habeatur. Quando autem hoc fieri non posset, tunc omnes debeant cum ipso d. patriarcha exponere totale posse suum etc.

CLX.

Udine, 1353, 18 Giugno. — *Il consiglio di Udine nomina i suoi rappresentanti nel parlamento.*

MSS. A annali di Udine II, 2. EDD. inedito. TESTO da A.

Electi fuerunt ad coloquium generale per comune Utini

Nicolussius de Orbitis
Leonardus Archolonianus

CLXI.

Udine, 1353, 20 Giugno. — *Il patriarca annunzia al parlamento la sua partenza per la corte imperiale; vieta l'esportazione della biade dal Friuli, chiede la nomina di nuovi consiglieri che vengono nominati ad assistere i governatori designati dal patriarca per la sua assenza.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Pirona nella biblioteca com. di Udine da cui c. nella raccolta Bianchi n. 3803. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCLIII, indictione sexta, die XX mensis iunii, in palatio patriarchali Utini. Convocato et congregato colloquio generali prelatorum, nobilium et communitatum Foriiulii coram

reverendissimo in Christo patre dd. Nicolao dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha in quo quidem colloquio interfuere reverendus in Christo pater d. frater Petrus dei gratia episcopus Concordiensis, venerabiles viri dd. frater Albertus S. Prosperi de Reggio, Michael Sextensis, Galardus Rosacensis, et Guido Mosacensis monasteriorum abbates, Gambinus prepositus ecclesie S. Petri de Carnea, Matheus de Padua, Guilelmus Savero canonicus Aquilegensis, Nicolaus de Reggio et Matheus de Murutio canonici Civitatenses, nobiles viri dd. Gerardus de Cucanea, Nicolaus de la Frattina milites, Guielmus et Guezelluttus de Prata et Nicolaus de Purcileis, Conus de Castellerio, Iustinianus de Tridento legum doctor, Gualter Pertoldus de Spegnembergo, Henricus et Federicus de Morutio, Vicardus de Colloreto, Gerardus et Symon de Pulcinico, Symon de Cucanea, Rizzardus de Tricano, Castronus, Franciscuttus, Petrus, Paganus et Fulcherius de Savorgnano, Volvinus et Nicolaus de Prampergo, Brizalia de Sbrolavacca, Bertoldus et Thadeus de Manzano, Nicolussius et Maynardus de Villalta, Desemanus de Pers, Symon et Iohannutus de S. Daniele, Andreas de Attems, Guielmus Picossius potestas Aquilegie, Henricus de Cremona gastaldio Civitatis, Stephanus q. Virgilii, Pauluttus et Hernestus de Civitate Austrie, magister Franciscus de Utino doctor grammatice, Nicolussius Warbitti, Leonardus Arcolonianus, Nicolaus de Panigaleis, Pantaleonus de Portugruario, Leo de la Turre habitator Montisfalconis, Martius de Luca gastaldio S. Viti, Benevenutus de Sacilo, Businus de Budrio, Federicus de Faganea, Duringus de Mels, Guezellus de Cavoriaco, Petrus de Carnea, Iohannes de ...., Iacobus de Glemona, Pellegrinus et Stephanus de Marano, Volfradinus de Maniaco, et quamplures alii nobiles et populares terre Foriiulii.

Memoratus d. patriarcha proposuit qualiter quidem transmiserat pro negotiis Aquilegensis ecclesie ad serenissimum principem d.d. fratrem suum Carolum dei gratie Romanorum et Bohemie regem ambaxatores suos, et quod per ipsos idem d. rex sibi mandavit nuper quod ad ipsum ad colloquium quod die dominica proxima ad octo dies habiturus est in Patavio cum d. rege Ungarie, duce Austrie, marchione Brandeburgensi, et cum pluribus aliis principibus et baronibus personaliter adire debeat, et quod volens eius mandatis obedire, intendebat ad eumdem d. Romanorum regem et secum ducere aliquos de prelatis, nobilibus et fidelibus suis Foriiulii addens quod si quid posset apud dictum d. regem facere pro aliquo ex predictis eius fidelibus, deberent ei dicere quia libenter pro eis faceret quidquid posset. Et cum in hac patria ad eius gubernationem et regimen dimitteret nobiles et prudentes viros d. Gerardum de Cucanea, Nicolussium Bartolomeum et Iacobum Malapresa de Guera Histrie marchionem in temporalibus et venerabilem virum fratrem Albertum abbatem Monasterii S. Prosperi de Reggio eius vicarium in spiritualibus usque ad eius reditum a colloquio predicto, mandavit omnibus eius subditis tam in dicto colloquio quam alibi constitutis quatenus eisdem dd. Gerardo, Nicolussio et Iacobo in temporalibus, et dicto d. Alberto abbati S. Prosperi in spiritualibus in omnibus et per omnia tanquam sibi deberent fideliter obedire. Quod ipsorum castra et loca diligenter interim custodire curent et taliter se habere quod cum redierit ipsos de fideli obedientia et bene actis suis possit merito commendare. Et uti dicti rectores, gubernatores melius et salubrius se habere valeant in agendis, petiit per colloquium dictum suos consiliarios eligendos, vel alios qui hucusque fuerint consiliarii, si remanebunt consiliarii, eligi sex consiliarios providos et discretos qui assistant cum expedierit rectoribus et gubernatoribus in regimine antedicto in omnibus peragendis statum predicte patrie tangentibus, quibus potestas totius colloquii, sive consilii tribuatur, ita quod eidem gubernatores una cum ipsis sex fecerint vim habeat totius colloquii generalis.

Item mandavit et districte precepit quod bladum de Foroiulio nullatenus extrahatur sub pena alias super hoc ordinata et omni alia pena quam exigerent seu imponere vellent, alioquin si scire poterit quod faciant contrarium eos acriter punire non omittet.

Item quia aliqui forsitan admirantur de tam gravi iustitia que facta fuit de hiis qui manum iniecerunt in personam et necem egregie memorie d. patriarche

Bertrandi predecessoris sui, dixit quod non debent admirari quia et ipsi magnam iniustitiam, crudelitatem et proditionem commiserunt, dominum suum naturalem et proprium taliter occidendo, propter quod aliqui receperunt mercedem suam. Dixit etiam quod de hoc nullus timere vel dubitare debeat quia de predictis commissis recordare nolebat, dummodo sibi in futuris [ab] excessibus committendis et offensionibus precaverent.

Quibus peractis, omnes de colloquio supradicto regratiati fuerunt quantum potuerunt dicto d. patriarche de premissis per eum propositis et oblatis asserentes quod omnia et singula supradicta eis placebant et volebant prout et in quantum ad eos spectabat fideliter adimplere et observare, et postmodum trahentes se ad partem more solito elegerunt consiliarios infrascriptos videlicet pro prelatis venerabiles viros dd. fratres Galardum abbatem monasterii Rosacensis et Guidonem abbatem monasterii Mosacensis, et Guilelmum Savere canonicum Aquilegensem. Item pro liberis d. Henricum de Strassoldo et Nicolussium de Villalta. Item pro ministerialibus Nicolussium de la Frattina militem, Galvanum de Maniaco, Vicardum de Colloreto, Bertoldum de Spegnimbergo, Iohannem de Tercano Gualter Bertoldum de Pers, Volvinum de Prampergo et Conum de Pertinstayn. Item pro communitate Utini Castronum de Savorgnano. Item pro communitate Civitatis Austrie Federicum Ramponum. Item pro communitate Glemone magistrum Iacobum de Glemona iurisperitum. Committentes eis omnibus predicti colloquii potestatem; ita quod quidquid consulerint, fecerint et ordinaverint vim et vigorem habeat totius colloquii generalis et postmodum iuxta petitionem d. patriarche antedicti elegerunt sex consiliarios infrascriptos videlicet d. abbatem Rosacensem, Henricum de Strassoldo, Federicum de Morutio, Vicardum de Colloreto, Castronum de Savorgnano, Nicolussium Arponum de Civitate Austrie predictos quos deputaverunt gubernatoribus predictis ut eis consulant et assistant in consulendo super agendis in regimine antedicto quibus tradidere plenariam potestatem colloquii antedicti ita quod quidquid decreverint et ordinaverint cum ipsis rectoribus vim et vigorem habeat totius colloquii generalis.

CLXII.

Udine, 1353, 3 Settembre. — *Incarico dato dal consiglio di Udine a coloro che furon deputati al consiglio del parlamento per l'imposizione.*

MSS. A Annali di Udine II, 23. EDD. inedito. TESTO da A.

Deliberatum fuit quod dicti tres (a) qui electi sunt ad consilium domini nostri Patriarche cum dictis quinque electis et deputatis ad eligendam cavaleriam novam dicant d. nostro patriarche suplicando sibi ut cavaleriam Utini permittat facere ut antiquitus, videlicet cum quinquaginta armatos seu equites et non pluries scientes quod comune et homines Utini nullatenus possunt facere.

CLXIII.

Maniago, 1355, 20 Marzo. — *Galvano di Maniago si scusa di non poter intervenire ad un'adunanza indetta a Cividale per la correzione di alcune costituzioni della patria.*

MSS. A or. del notaio Martino di Maniago nell'Archivio notarile di Udine. EDD. Joppi, *Constitutiones*, doc. XXIV, da A. TESTO da A.

Anno domini MCCCLV, indictione VIII, die XX martii, in stupa infrascripti d. Galvani, presentibus d. Iohanne de Osopio, Francisco filio Iohannis de

(a) I tre cioè ser Bilussius ser Andriotta, Brunacius Dominicus Zirbini et Candidus Speciarius avevano poc'anzi protestato dinanzi al consiglio di non poter far l'imposizione perchè tutti si rifiutavano di aumentare la taglia.

Dobra, Pellegrino q. Valputi de Maniaco testibus et aliis. D. Galvanus de Maniaco recepit litteras dd. Antonii dei gratia episcopi Tergestini ac Petri de Luca vicariorum d. nostri d. patriarche Aquilegensis quarum tenor talis est: « Antonius episcopus Tergestinus et Petrus de Luca vicarii d. nostri d. patriarche Aquilegensis etc. dilecto nobili viro Galvano de Maniaco. Carissime: cupientes certas constitutiones (a) pro tollendis hominum cavillationibus augmentoque et bono statu totius patrie et districtus nuperrime reformatas et editas debitum suum sortiri effectum, vobis qui dudum cum certis aliis ad ipsas examinandum et corrigendum fuistis ellectus et deputatus, districte mandamus quatenus die martis proximi ad nos in Civitate Austria ob dictam causam omnino personaliter venire curetis sub pena centum librarum parvorum, que a nobis sine remissione aliqua auferetur vestra inobedientia exigente. Data Civitatis Austrie, die XVIII marcii, indictione VIII ».

Qui d. Galvanus ibidem coram dictis testibus et me notario, dixit quod libentissime obediret dixit mandatis sed non poterat cum iam essent tres menses elapsi quibus ipse se de suo lecto movere non potuit sine alieno auxilio nec ad presens facere poterat propter nimiam infirmitatem quam passus fuit et patitur.

CLXIV.

Sacile, 1356, 4 Aprile. — *Il patriarca proroga il parlamento, ed i termini scadenti in quella data al giorno prossimo.*

MSS. A protocollo or. del cancelliere patriarcale Gubertino da Novate nella biblioteca civica di Udine. B c. nella racc. Bianchi n. 3935, da A. EDD. inedito. TESTO da A.

Die quarto mensis aprilis. Presentibus nobilibus viris dd. Francisco de Savorgnano milite, Artico et Nicolao de Purcileis, Guezelletto de Prata, Nicolussio de Coloreto, Nichelo de Maniaco et Sandrutto de Tumetio gastaldione Carnee testibus et aliis.

Prefatus d. patriarcha generale colloquium per ipsum ad hodiernam diem in Sacilo convocatum, ac omnes terminos per eum statutos ad ipsam diem hodiernam in dicto loco prorogavit ad diem crastinam in Sacilo in eodem statu.

Actum Sacili in castro patriarchali.

CLXV.

Sacile, 1356, 5 Aprile. — *Il procuratore del vescovo di Concordia depone in parlamento una querimonia contro i signori di Prampero che usurparono il castello di Cusano; il patriarca rimette la causa al suo vicario.*

MSS. A perg. or. nel vol. 262 dell'Arch. vescovile di Concordia. EDD. DEGANI, *Monografie* cit. doc. XIX p. 159. TESTO da A.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem MCCCLVI indictione IX, die V mensis aprilis, actum Sacili in sala inferiori infra fortilicia castri de Sacilo, presentibus venerabilibus et sapientibus viris dd. [Iacobo] episcopo Feltrensi, [Manzolo] decano Aquilegensi, Ribisino canonico Civitatensi, nobilibus viris dd. Nicolao milite de la Fratina, d. Henrico de Ansio milite d. patriarche subscripti, Francisco milite de Savorgnano, Rurer de Praga familiare et nuncio d. imperatoris, Nicolao de Porcileis, Wecegleto de Prata, Simone de Pulcinicho, Nicolussio de Colloreto, Prehogna de Sbroglavacha, Wargendo olim d. Nicolai Piliza de Sacilo, Nichilo olim d. Galvagni de Maniaco, Alexandro notario de Brugnis de Tolmetio, Zanino iuris perito de Prata, Nicolussio Arponis de Civitate Austria, Henrico de Ribisinis de dicta Civitate, Mathiussio olim d. Hermani de Carnea, Nicolussio de Percoto, Bertoldo de Castro Canipe, Ni-

(a) Intorno a questa riforma ved. la nota al documento seguente all'anno 1361.

colussio olim d. Sciroti de Sacilo, Gubertino et Paulino scribis d. patriarche testibus et aliis pluribus vocatis et rogatis.

Comparuit in pleno colloquio generali coram reverendissimo in Christo patre et dd. Nicolao dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha dignissimo Ysaach notarius de Cordivato tanquam procurator et procuratorio nomine reverendi in Christo patris et dd. Petri dei gratia episcopi Concordiensis ut de ipso procuratorio contineri dicebat quodam publico instrumento scripto manu Ubertini notarii q. d. Bernardini de burgo S. Thomasii de Tarvisio sub dictis millesimo et indictione, die XXIX decembris, et produxit procuratorio nomine procuratorium predictum in formam publicam et quandam cetulam bambacineam, supplicans eidem d. patriarche quatenus sibi et colloquio suo placeret legi facere debere dictam cetulam, cuius cetule tenor talis est:

Reverendissime paternitati vestre cum querela exponit reverendus in Christo pater frater Petrus dei gratia Concordiensis episcopus quod de anno proximo preterito scilicet de MCCCLV, de mense iulii, Rizzardus, Nicolaus, Wicardus, Franciscus filii q. d. Fanfini et Ulvinus ac Simon fratres filii q. d. Henrici de Prampergo et consortes sui ipsum d. episcopum et ecclesiam eius Concordiensem, contra deum et iusticiam violenter indebite et de facto, manu armata, spoliaverunt de castro et burgo Cusani cum omnibus iuribus honoribus et iurisdictionibus fructibus, affictibus, proventibus, redditibus ad ipsum castrum et ad ipsum d. episcopum et ecclesiam suam Concordiensem pro dicto castro Cusani spectantibus et rebus ac bonis omnibus in dictis castro et burgo existentibus; quod quidem castrum Cusani cum eius omnibus iuribus adiacenciis et pertinenciis suis, idem frater Petrus episcopus Concordiensis pro se et ecclesia sua Concordiensi, tam ratione ad ipsum d. episcopum et ecclesiam suam Concordiensem ab antiquo spectante, quam eciam ratione sententie unius arbitrarie per vos d. patriarcham lecte, pronunciate et arbitrate inter ipsum d. episcopum Concordiensem ex una parte et dictos de Prampergo ex altera, per annum et annos possiderat pacifice et quiete, et pro quo castro, licet non teneretur nec deberet de iure, ipse d. episcopus ex sententia eciam per vos d. patriarcham lata et arbitrata inter dictas partes, solvit et numeravit dictis consortibus de Prampergo libras mille parvorum. Quare dominationi vestre supplicat humiliter et devote dictus d. frater Petrus Concordiensis episcopus pro se et dicta Concordiensi ecclesia quatenus secundum iuris ordinem et antiquam consuetudinem patrie Foriiulii dictos dominos et consortes de Prampergo subiectos vestros compellere vos dignemini ad restituendum ipsi d. episcopo et ecclesie sue Concordiensi castrum ipsum Cusani cum burgo et omnibus ac singulis iuribus honoribus et iurisdictionibus, fructibus, affictibus, proventibus et redditibus ad dictum castrum spectantibus et ad reficiendum et resarciendum ipsi d. episcopo et ecclesie sue Concordiensi dampna omnia et singula tempore spoliationis antedicte sibi et ecclesie sue per dictos consortes et eorum complices et sequaces illatarum et expense hucusque per ipsum d. episcopum suo et dicte ecclesie nomine occasione dicte facte spoliationis et interesse, quod quale et quantum pro dicta facta expoliatione, et abinde citra, ipse d. episcopus pro se et ecclesia sua Concordiensi substinuit et incurrit et hec omnia ad altressum, secundum usitatam et approbatam consuetudinem patrie Foriiulii, et ab eis exigatur pena in compromisso contenta quia contra vestrum sententiam venerunt. De quibus omnibus et singulis dampnis et expensis et interesse ipse d. episcopus per Ysaach de Cordivato procuratorem suum coram vobis et vestro generali colloquio protestatur suo nomine et ecclesie sue Concordiensis contra predictos omnes de Prampergo; protestatur eciam de futuris dampnis et interesse, ac de fiendis expensis usque ad restitutionem castri predicti cum omnibus et singulis antedictis et protestatur in hiis scriptis per dictum procuratorem suum coram vobis ac omnibus et singulis in eodem generali colloquio existentibus quod usurpatio vel violenta possessio ymo detentio dicti castri de Cusano cum burgo et iuribus suis, quam de facto et contra omne iuris debitum habent dicti consortes de Prampergo ipsi d. Petro episcopo et ecclesie sue Concordiensi, nunc et in futurum, ei nec successoribus suis cedant ad preiudicium nec iuribus suis nec dicte sue Concordiensi ecclesie.

Qua presentatione in dicto generali colloquio sic facta, prefatus d. patriarcha non valens nunc predictis personaliter interesse neque audire, predicta omnia comisit sapienti viro d. Bernardo de Castro Aretino de Tussia, tamquam eius vicesgerenti diffinienda et cum consilio hominum Foriiulii fine debito terminanda et omnia et singula per ipsum deffinienda nomine ipsius d. patriarche executioni mandanda.

Quibus omnibus sic peractis, prefatus Ysaach procurator nomine antedicto protestatus fuit ulterius quod eidem d. episcopo vel eius ecclesie nullum tempus prescriptionis anni et diei sibi currat neque preiudicet, cum pervenerit ante dictum tempus unius anni et diei et per eum non stet procedere in iuditio, colloquio et ubicumque locorum secundum iura et consuetudines patrie Foriiulii.

Et ego Petrus olim Parisini notarii de Utino imperiali auctoritate notarius predictis hiis omnibus interfui et rogatus scribere, scripsi signumque meum consuetum apposui.

CLXVI.

Sacile, 1356, 5 Aprile. — *Il patriarca Nicolò di Lussemburgo nomina Bernardo di Castiglion Aretino suo vicedomino coll' assenso del parlamento.*

MSS. A protocollo or. del cancelliere patriarcale Gubertino da Novate nella biblioteca comunale di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

Nicolaus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha, Dilecto nobis provido et discreto viro Bernardo de Castillione Aretino, salutem et dilectionem sinceram.

Suscepti regiminis nos cura oportuna solicitat, ut ubi presentiam nostram actualiter exhibere non possumus, per alium nostra representetur auctoritas, qui sit fide probatus, consilio providus, atque discretione polleat in agendis. Cum itaque personam tuam per experientiam que rerum censetur magistra efficax didicerimus talibus et aliis virtutibus circumspectam, te disposuimus congruis honoribus extollendum. Et ideo de tua fidelitate et prudentia gerentes fiduciam in domino specialem, ac sperantes quod ea que tue commendanda industrie deputamus fideliter et solicite debeas exercere, te in patriarchatu nostro Aquilegensi ac universis et singulis civitatibus, terris, villis, castris et locis dicto patriarchatui subiectis nostrum vicarium, locumtenentem, vicedominum ac generalem et specialem procuratorem, alios tamen nostros vicarios et procuratores non revocando sed potius confirmando, tenore presentium de consensu et beneplacito nostri generalis colloquii in nostra presentia congregati constituimus, facimus et solemniter ordinamus, tibi plenariam auctoritatem ac potestatem omnimodam tribuentes ordinandi, creandi, ponendi et instituendi potestates, capitaneos, gastaldiones, iustitiarios, iudices, notarios, servientes, custodes, mutarios et alios officiales quoscumque in eodem patriarchatu nostro, et institutos, creatos et positos ammovendi et destituendi pro tue libito voluntatis, ac omnem pecunie quantitatem, omnesque reditus et proventus nobis debitos et debendos et generaliter omne, totum et quidquid nobis debetur et in futurum debebitur a quibuscumque personis, officialibus, mutariis, massariis, colonis, nec non communitatibus, universitatibus et singularibus personis in toto eodem patriarchatu aut in civitatibus, villis, terris, castris et locis eiusdem occasionibus, iuribus aut modis quibuscumque petendi, levandi, exigendi, recipiendi et tibi persolvi et integraliter consignari nostro nomine faciendi, bona, possessionis, mutas, potestarias, capitaneatus, gastaldias et iura nostra infra dictum patriarchatum existentia levandi et capiendi eaque locandi et arrendandi, pretia quoque recipiendi et confidendi, et de receptis fines, quietationes ac pacta de ulterius non petendo faciendi, exceptioni non numerate pecunie et solutionis tibi nostro nomine, non facte, et omni alio iuri cui renuntiare volueris renuntiandi, cum omnibus et singulis debitoribus nostris tam presentibus quam futuris componendi, transigendi, et paciscendi, discordes conciliandi, guerras, inimicitias, discordias, causas territorii et rixas inter quoscumque nostros subditos ortas aut de cetero oriendas sedandi, pacificandi, audiendi, cognoscendi

et terminandi, ac in eisdem causis et questionibus sententias interlocutorias et diffinitivas promulgandi et coram te per laudum et sententiam secundum patrie consuetudinem proferri faciendi, penas quaslibet, et precepta quibuscumque nostris subditis iniungendi et faciendi, delinquentes puniendi et condempnandi, ipsasque condempnationes et penas levandi, et exigendi, ac in hiis in quibus necesse fuerit et tu volueris laudandi, investiendi et si opportunum fuerit cum quibuscumque personis et universitatibus agendi, causandi, et defendendi, et generaliter omnia et singula que earum merita tam in agendo quam in defendendo postulant et requirunt coram quibuscumque dominis, iudicibus, delegatis et officialibus faciendi unum et plures quos volueris in predictis et quolibet predictorum loco tui substituendi et subrogandi nec non in, pro, de et super predictis et quolibet predictorum faciendi et fieri faciendi unum et plures, et quotquot contractus, litteras et instrumenta volueris bene vallatuos, vallatas et vallata omnibus confessionibus, promissionibus, stipulationibus, recognitionibus, submissionibus iurium, beneficiorum et exceptionum renuntiationibus, penarumque adiectionibus, bonorum et rerum obligationibus iuramentis et aliis cautelis opportunis et que in predictis et circa predicta et quodlibet predictorum necessaria sunt et erunt, et que nosmet possemus facere si presentes essemus, etiam si qua essent que mandatum exigerent speciale mandantes expresse omnibus nostris vassallis, feudatariis, subditis et subiectis quatenus in predictis omnibus et singulis tibi pareant, obediant et respondeant plenarie ac fideliter tanquam nobis ac promittentes tibi Gubertino notario nostro publico infrascripto tanquam publice persone stipulanti et recipienti pro omnibus et singulis quorum interest, aut poterit interesse, nos perpetuo firmum, ratum et gratum habituros et observaturos totum et quidquid per te Bernardum vicarium, locumtenentem vicedominum, et procuratorem nostrum predictum et substituendum, seu substituendos a te tam in nostri presentia quam absentia factum et procuratum fuerit in predictis et quolibet predictorum et de iudicio sistere et iudicatum solvere cum omnibus suis clausulis opportunis sub ypotheca et obligatione nostri, nostrorumque successoribus et bonorum omnium presentium et futurorum. Quam quidem auctoritatem et potestatem predictam valere et tenere volumus dumtaxat ad nostre beneplacitum voluntatis. In quorum omnium testimonium et cautelam presens publicum instrumentum scribi et publicari mandavimus per te Gubertinum notarium nostrum infrascriptum et nostri sigilli appensione muniri.

Datum et actum in castro nostro Sacili, die quinto mensis Aprilis, anno dominice nativitatis MCCCLVI indictione nona, presentibus reverendo in Christo patre d. Iacobo dei gratia Feltrensi et Bellunensi episcopo, venerabili viro d. Manzolo de Regio decano Aquilegensi, nobilibus viris dd. Nicolao de la Fratina et Francisco de Savorgnano militibus, Nicolao et Artico de Purcileis, Guezelletto de Prata, Symone et Andrea de Pulcinico, Francisco de Villalta, Nicolussio de Colloreto testibus et aliis multis tam nobilibus quam popularibus in prefato generali colloquio constitutis.

CLXVII.

Sedegliano, 1356, 15 Giugno. — *Il procuratore del vescovo di Concordia depone in parlamento una querimonia contro i signori di Prampergo che lo spossessarono violentemente del castello di Cusano.*

MSS. A protocollo or. del cancelliere patriarcale Gubertino da Novate nella biblioteca comunale di Udine. EDD. DEGANI, *Monografie Friulane*, S. Vito 1888, p. 163 doc. XX da A. TESTO da A.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCLVI indictione nona, quinto decimo mensis iunii. Presentibus venerabilibus, nobilibus et discretis viris dd. Gratiano de Arona preposito ecclesie S. Petri de Carnea, Francisco milite de Savorgnano, Guezellone de Purciliis, Nicolussio de Villalta,

Rizzardo de Tercano, Pellio de Murutio, Symone de Pulcinico, Manfredo de Castello, Preogna de Sbrolavacha, Marsuto et Squarra de la Fratina, [ser Hectore] capitaneo Utini, Nicolussio Varbiti, Bellono de Bellonis et Nicolussio de Percoto, Iohachino de Utino, Nicolussio Arponi, et Antonio notario de Civitate Austria, magistro Ugolino de Parma, Tristano de Aquilegia testibus et aliis pluribus.

Convocato et congregato generali colloquio prelatorum nobilium et communitatum Foriiulii in platea ville de Sedeglano sub bovollariis eiusdem ville coram sapiente viro d. Iohanne de Monticulis vicario in temporalibus generali reverendissimi in Christo patris et dd. Nicolai dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarche, religiosus vir frater Iohannes ordinis fratrum predicatorum vicarius generalis venerabilis in Christo patris d. fratris Petri dei gratia episcopi Concordiensis ex parte dicti d. episcopi, produxit ibidem, in dicto colloquio cedulam infrascriptam et substantialiter viva voce latino sermone protulit contenta in eadem cedula cuius tenor talis est. Reverende domine vicarie d. patriarche cum querela exponit reverendus in Christo pater frater Petrus dei gratia Concordiensis episcopus, quod de anno proxime preterito scilicet de MCCCLV de mense iulii, Rizardus, Nicolaus, Wicardus, Franciscus filii q. d. Fanfini, et Ulvinus ac Symon fratres filii q. d. Henrici de Prampergo et consortes, qui ipsum d. episcopum et ecclesiam eius Concordiensem contra deum et iustitiam, violenter, indebite et de facto manu armata spoliaverunt de castro et burgo Cusani cum omnibus iuribus, honoribus et iurisdictionibus, fructibus, proventibus et redditibus ad ipsum castrum et ad ipsum d. episcopum et ecclesiam suam Concordiensem pro dicto castro Cusani spectantibus et rebus ac bonis omnibus in dictis castro et burgo existentibus. Quod quidem castrum Cusani cum omnibus eius iuribus adiacentiis et pertinentiis suis idem d. frater Petrus episcopus Concordiensis pro se et ecclesia sua Concordiensi tam ratione ad ipsum d. episcopum et ecclesiam suam Concordiensem ab antiquo spectante, quam etiam ratione sententie unius arbitrarie per d. patriarcham late, pronunciate et arbitrate inter ipsum d. episcopum Concordiensem ex una parte et dictos de Prampergo ex altera, per annum et annos possederat pacifice et quiete, et pro quo castro, licet non teneretur nec deberet de iure, ipse d. episcopus ex sententia etiam per d. patriarcham lata ed arbitrata inter dictas partes solvit et numeravit dictis consortibus de Prampergo libras mille parvorum. Quare dominationi vestre supplicat humiliter et devote dictus d. frater Petrus Concordiensis episcopus pro se et dicta Concordiensi ecclesia quatenus secundum iuris ordinem et antiquam consuetudinem patrie Foriiulii dictos dd. .... et consortes de Prampergo subiectos vestros compellere dignemini ad restituendum ipsi d. episcopo et ecclesie sue Concordiensi castrum ipsum Cusani cum burgo ac omnibus et singulis iuribus honoribus et iurisdictionibus, fructibus, affictibus, proventibus et redditibus ad dictum castrum spectantibus et refficiendum et resarciendum ipsi d. episcopo et ecclesie sue Concordiensi dampna omnia et singula a tempore expoliationis antedicte sibi et ecclesie sue per dictos consortes et eorum complices illata et expensas hucusque per dictum d. episcopus suo et dicte ecclesie sue nomine occasione dicte facte expoliationis et interesse quod, quale, et quantum pro dicta facta expoliatione et ab inde citra ipse d. episcopus pro se et ecclesia sua Concordiensi substinuit et incurrit et hec omnia altressum secundum usitatam et approbatam consuetudinem patrie Foriiulii et ab eis exigatur pena in compromisso contenta quia contra vestram sententiam venerunt. De quibus omnibus et singulis dampnis, expensis et interesse ipse d. episcopus per fratrem Iohannem vicarium suum generalem et sotium coram vobis et vestro generali colloquio protestatur suo nomine et ecclesie sue Concordiensis contra predictos omnes de Prampergo, protestatur etiam de futuris damnis et interesse ac fiendis expensis usque ad obtentam restitutionem castri predicti cum omnibus et singulis antedictis, et protestatur in hiis scriptis per d. vicarium suum coram vobis ac omnibus et singulis in eodem generali colloquio existentibus quod usurpatio aut violenta possessio imo detentio dicti castri de Cusano cum burgo et iuribus suis quam de facto et contra omne iuris debitum habent dicti consortes de Prampergo ipsi d. Petro

episcopo et ecclesie sue Concordiensi nunc et in futurum ei nec successoribus suis cedant ad preiudicium nec iuribus suis nec dicte sue Concordiensi ecclesie. Prefatus vero d. Iohannes de Monticulis vicarius respondit quod si quid illatum erat minus iuste d. episcopo supradicto seu eius ecclesie, illud displicebat predicto d. patriarche ac bonis hominibus qui erant in colloquio supradicto et quod per ipsum d. patriarcham seu eius officiales eidem d. episcopo super premissis fieret iustitie complementum quandocumque dictum d. patriarcham et eius officiales duceret requirendum. Actum in platea ville de Sedeglani sub bovolariis, in colloquio supradicto.

CLXVIII.

Udine, [1356], 4 Luglio. — *Il cameraro del comune di Udine dà venti denari al messo diretto dal comune al Patriarca per conferme con lui intorno al consiglio da tenersi a Sacile.*

MSS. A Registro dei camerari nella Biblioteca comunale di Udine. EDD. inedito. TESTO da B.

Die quarto iulii expendidit, quos dedit Iacobo Marcha qui directus fuit cum duabus litteris Sacilum ad d. patriarcham et d. Franciscum de Savorgnano super facto consilii generalis colloquii quod ibidem celebrari debebat denarios viginti.

CLXIX.

Udine, [1356], 8 Settembre e 10 Novembre. — *Il cameraro di Udine spende alcune somme per sostener le spese dei rappresentanti di Udine ai due parlamenti riuniti a S. Vito.*

MSS. A Registro dei camerari nella Bibl. comun. di Udine. EDD. inedito. TESTO da B.

Die octava septembris. Expendidit dictus camerarius de mandato dicti d. capitanei et consilii et dedit d. Francisco de Savorgnano et ser Nicolussio Orbitti atque pluribus aliis bonis viris de terra, qui pro commune directi fuerunt ad colloquium d. patriarche celebratum in S. Vito et fuerunt equi in dicta societate XXXIV, pro quatuor pastis ibi factis marcas denariorum septem et denarios XXVI.

. . . .

Die X novembris expendidit, quos dedit dd. Castrono de Savorgnano et Nicolussio Orbiti qui iverunt in servitio communis ad colloquium d. patriarche in S. Vito, pro eorum expensis, marchas denariorum III et denarios XXV.

CLXX.

Sacile, [1356], ... Novembre. — *Richiesta fatta da Fantussio di Polcenigo a Giovanni Longo in parlamento.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Guerra, to. XXXV p. 155 dai ms. di Antonio Nicoletti. EDD. inedito. TESTO da B.

De mense novembris fit parlamentum in castro Sacili ob ardua .... ecclesie Aquileiensis; intersunt d. Petrus episcopus Concordiensis, Guido abbas Mosacensis, Guido de Bononia prepositus S. Felicis de Aquileia, nobilis d. Guecillus de Porcillis, Nicolaus de Porciliis .... Preogna de Sbroglavacha, Bartolomeus de Maniaco, Stephanus Virgilii de Civitate, et Nicolussius Varbiti. In parlamento requisivit d. Fantussius de Pulcinico ut resignet .... Iohanni Longo de Civitate per matrimonio Resnote de Pulcinico .... quod Fantussius respondit se futurum quicquid ipse tenetur.

CLXXI.

S. Vito, 1356, 6 Dicembre. — *Il vescovo di Concordia presenta al patriarca, in parlamento, una nuova querimonia contro i signori di Prampergo per la violenta occupazione di Cusano.*

MSS. A protocollo or. del cancelliere patriarcale Gubertino da Novate nella biblioteca comunale di Udine. EDD. DEGANI, *Monografie Friulane* cit., p. 167 doc. n. XXI da A. TESTO da A.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCLVI, indictione nona; die sexto mensis decembris. Presentibus venerabilibus ac nobilibus viris dd. fratribus Guidone Mosacensis et Thòma Somaquensis monasteriorium abbatibus Iohanne Rumpoldo canonico Aquileiense, Rebasino canonico Civitatensi, Biaquino de Prata et Nicolao de la Fratina militibus, Nicolao de Purcileis, Hendrico de Strassoldo, Nicolussio Varbiti de Utino, aliis multis in generali colloquio ibidem congregatis.

Coram reverendissimo in Christo patre et dd. Nicolao dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha In generali colloquio Foriiulii constituto comparens venerabilis in Christo pater d. frater Petrus dei gratia episcopus Concordiensis ore proprio proposuit contenta in cedula infrascripta per eum ibidem producta cuius tenor talis est.

Reverendissime paternitati veste exponit voce querula suffraganeus vester devotus frater Petrus Concordiensis episcopus ad memoriam vestre paternitatis reducendo quod filii et heredes dominorum Fafini et Henrici militis de Prampergo ecclesie sue Concordiensi ac predecessoribus suis et sibi castrum Cusani cum eius iuribus et pertinentiis contra deum et iustitiam indebite detinuere occupatum in maximum dampnum et preiudicium ecclesie Concordiensis, predecessorum suorum et ipsius episcopi; demum paternitas vestra volens omnibus postulationibus iustitiam tribuere, et equitatem cum iustitia pro eis dulcore misericordie temperari, mandavit per vestram arbitrariam potestatem, facta remissione pro utraque parte de omnibus sibi vicissim per unam alteri, quod dictus episcopus eis daret libras mille parvorum et quod ipsi dimitterent tenutam et possessionem dicti castri cum suis pertinentiis ipsi episcopo, et sic adimpleta fuerunt omnia per utramque partem et facta fuit finis per predictos de Prampergo ipsi episcopo habita solutione ab ipso duarum millium librarum: et ipse episcopus habuit, tenuit et possedit dictum castrum cum suis iuribus et pertinentiis per annum et diem pacifice et quiete, et ultra annum. Illi autem predicti de Prampergo vobis iustitiam non postulantes nec ipsum episcopum citantes aut ad aliquod iudicium requirentes, imo ausu temerario et propria auctoritate violenter tenutam et possessionem dicti castri subripuerunt et ecclesiam suam Concordiensem et ipsum de ipso castro et eius iuribus spoliaverunt, et de omnibus bonis subditorum suorum. Quare cum sibi tanquam suffraganeo vestro teneamini, et debeatis suffragium vestre paternitatis impendere et ecclesiam Concordiensem protegere et defendere, supplicat idem episcopus pie paternitati vestre que iustitiam maioribus et minoribus reddere consuevit, quatenus eundem tamquam expoliatum in tenutam dicti castri cum secundum iura et consuetudinem patrie expoliatus ante omnia debet restitui cum ablatis et dampnis et expensis, et parte pene contente in compromisso scripto manu publici notarii, ut similia et maiora cessent et ne alii presumant similia facere. Et quia Nicolaus filius q. predicti d. Fanfini de Prampergo, unus videlicet ex illis qui subripuerunt et detinent predictum castrum Cusani erat ibi presens in colloquio antedicto, petiit prefatus d. episcopus a predicto d. predicto d. patriarca ut ipsum Nicolaum caperet et detineret donec castrum cum omnibus ablatis restitueret eidem d. episcopo spoliato. Alioquin si hoc non faceret conquereretur de ipso d. patriarcha super hoc d. nostro pape. Dictus vero d. patriarcha dixit et protestatus fuit quod paratus erat ipsum d. episcopum adiuvare ad ipsius castri recuperationem iuxta posse suum, iustitia mediante.

Ceterum dictus d. episcopus audiens ut dicebat quod predicti de Prampergo volunt vendere castrum de Cusano predictum, protestatus fuit quod nulla venditio que fieret seu facta esset per eos de castro ipso, sibi seu ecclesie sue Concordiensi preiudicium generaret.

Insuper ne dictum castrum Cusani posset alienari in dampnum et preiudicium dicti d. episcopi Concordiensis, mandante predicto d. patriarcha, Nicolaus de Prampergo predictus promisit in manibus dicti d. patriarche quod partem spectantem ad eum in ipso castro seu eius pertinentiis nulli vendet nec tradet seu quovis modo alienabit absque dicti d. patriarche licentia speciali, ad hoc obligans se et omnia sua bona mobilia et inmobilia presentia et futura ipsi d. patriarche. Predictus vero d. episcopus protestatus fuit quod promissio seu cautio huiusmodi nullum sibi aut ecclesie sue Concordiensi deberet preiudicium generare.

Actum in castro in palatio patriarchali S. Viti.

CLXXII.

Udine, 1357, 10 Luglio. — *Spese sostenute dal cameraro del comune di Udine per il rappresentante del comune al consiglio del parlamento.*

MSS. A Registro dei camerari nella Biblioteca comunale di Udine. EDD. inedito. TESTO da B.

Item die X iulii dedit et solvit ex deliberatione consilii nobili militi d. Francisco de Savorgnano qui ivit Civitatem ad consilium colloquii generalis, marcas tres denariorum.

CLXXIII.

Udine, 1357, 3 Novembre. — *Spese sostenute dal cameraro di Udine per i deputati mandati dal comune al parlamento di Gemona.*

MSS. A Registro dei camerari nella Biblioteca comunale di Udine. EDD. inedito. TESTO da B.

Die tertio novembris. Solvit et expendedit pro expensis factis et pro naulis equorum pro deputatis et missis ad colloquium generale celebratum Glemone ex deliberatione consilii causa unionis retinende denarios IX et denarios LVIII.

CLXXIV.

Udine, 1358, 9 Aprile. — *Il vescovo di Concordia protesta dinanzi al parlamento ed al consiglio che la violenta detenzione del castello di Cusano da parte dei signori di Prampero non debba recar pregiudizio alla sua chiesa.*

MSS. A prot. or. di Gubertino da Novate cancelliere patriarcale nell'Arch. capitolare di Udine. B altro or. dello stesso cancelliere nel cod. diplom. Frangipane a Castel Porpeto. C c. nella racc. Bianchi n. 4110 da B. EDD. DEGANI, *Monografie* cit. doc. n. XXII; p. 170 da A. TESTO da A confrontato con B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCLVIII (1), indictione XI, die nono, mensis aprilis. Presentibus venerabili in Christo patre d. fratre Iohanne dei gratia episcopo Emonensi, prudenti viro d. Viviano de Pulcinico canonico Utinensi, nobili milite d. Francisco de Savorgnano et Paulino notario et cancellario d. patriarche infrascripti testibus et aliis.

Constitutus in generali colloquio Foriiulii reverendus in Christo pater d. frater Petrus dei gratia episcopus Concordiensis coram sapiente viro d. Iohanne de Monticulis vicario in temporalibus reverendissimi in Christo patris et dd. Nicolai dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarche ac eius locumtenente in dicto col-

(1) in A: Anno domini MCCCLVIII.

loquio suo et sue Concordiensis ecclesie nomine protestatus fuit quod cum Nicolaus, Rizzardus et alii de Prampergo iniuste et indebite occupent et detineant castrum de Cusano ipsius d. episcopi et dicte Concordiensis ecclesie non possit nec debeat sibi et dicte ecclesie huiusmodi detentio et occupatio preiudicium generare.

Actum Utini in sala superiori patriarchalis palatii.

Eodem die (1) presentibus nobilibus viris dd. Francisco de Savorgnano et Nicolao de la Frattina militibus, Nicolaus de Purciliis, Symone de Pulcinico, Fulcherio de Savorgnano et Nicolussio Varbiti de Utino testibus et aliis.

Coram prefato d. Iohanne vicario in consilio predicti colloquii constitutus prefatus d. episcopus Concordiensis requisivit et rogavit dictum consilium ut rogaret dictum d. patriarcham quod dignaretur talem ordinem ponere cum iustitia vel amore quod castrum suum de Cusano detentum et occupatum per nobiles de Prampergo sibi et Concordiensi ecclesie restituatur protestans quod dicta detentio et occupatio non debeat ei et dicte sue ecclesie preiudicium aliquod generare.

Actum Utini in sala magna inferiori patriarchalis palatii.

CLXXV.

Codroipo, 1358, 9-13 Settembre. — *Il conte di Gorizia* (a), *quale avvocato della chiesa, richiede ai membri del parlamento generale di prestargli il giuramento di fedeltà.*

MSS. A scrittura cartacea contemporanea senza autentica notarile nella Busta Parlamenti nella biblioteca civica di Udine. B c. nella racc. Bianchi n. 4162 dall'or. già esistente nell'Archivio demaniale di Udine. EDD. Ioppi, *Documenti Goriziani*, n. 252, da B. TESTO da A e B.

Anno d. MCCCLVIII indictione undecima die dominico die nono mensis Septembris in cortina Quadruvii in ecclesie Sancte Marie dicti loci. Congregato coloquio in dicto loco per d. comitem Mainhardum Goricie tanquam advocatum ecclesie et ibidem existentibus venerabili viro d. R. abate Beliniense, d. Tristano de Savorgnano cum aliis pro comunitate Utini, d. Henrico de Strasoldo, d. Brunone de Valvesono, d. Simone de Chuchanea d. Nicolao de Porcillis, d. Rizardo de Trichano, d. Andrea de Polcinigo, pro se ac patre suo, ac d. Gerardo eius fratre, d. Galaçio de Chavoryaco (2) d. Cono et Fatina fratribus hiis de Pertistayno, d. Nicolao de Strasoldo, dd. Francisco et Meynhardo, hiis de Vilalta, d. Noldo et Tadeo de Manzano, d. Biachino de Soffumbergo, d. Asquino de Varmo, d. Nicolussio de Prampergo, d. Peglo de Murucio, d. Guigelmo de S. Daniele, d. Henrico et Bernarduccio de Coloredo, Artuisino cum Raynaldo pro comunitate Civitatis Austrie, d. presbitero Iohanne cum Armanucio pro comunitate S. Viti, Iohanne Guigelmo pro Comunitate Aquilegie .... ambasiatores, de Glemona ambasiatores, d. Nicolussio de Mels, nuncii dominorum de Spegnimbergo, nuncius pro d. Nicolao de la Fratina.

Prefatus d. comes proponi fecit sic dicens quod ipse tanquam advocatus Aquilegensis ecclesie requirebat prefatos tam prelatos, quam francos ac et dinesmannos et comunitates patrie Foriiulii, qualiter eidem propter mortem bone memorie d. N. Aquilegensis patriarche, vacante patriarcha, velint et debeant iuvare et obedire tanquam advocato Aquilegensis ecclesie et capitaneo dicte ecclesie cum omnibus que sunt honoris et status dicte ecclesie Aquilegensis et totius patrie Foriiulii.

Super quibus prefati existentes in dicto coloquio habito consilio inter se respondiderunt et iuraverunt secundum requisitionem factam per prefatum

(1) A: anno et die predictis. (2) In margine: Nuncius d. episcopi Concordiensis.

(a) Il patriarca Nicolò di Lussemburgo morì il 29 Luglio 1358 a Belluno, città della quale era stato costituito vicario imperiale dal fratello Carlo IV.

dominum comitem antedictum videlicet infrascripti: d. Raymundus abbas Rosacensis, d. Henricus de Strasoldo, d. Nicolaus de Porçillis, d. Franciscus de Villalta, d. Andreas f. d. Fantussii de Pulçinigo pro se ac pro d. Gerardo fratre suo, d. Asquino de Varmo, d. Dietalmo de Varmo inferiori. Reliqui se super hiis consilium et deliberationem habere velle cum hiis qui ipsos miserant et habito consilio respondere; quidam videlicet dicentes quod informati non erant de iis qui miserant ipsos, quidam habebant consortes et sine eorum velle et consilio respondere non possent, quidam vero qui unionem quandam vivente dicto d. Patriarcha fecerant et ad invicem iuraverant, et sine scitu et consilio predictorum unionis, nec non quare certi iuraverant isti vicedomino qui factus erat similiter iurare non possent. Quibus responsionibus factis eis per prefatum d. comitem assegnatus fuit terminus respondendi hinc ad diem Iovis nunc proxime futurum in dicto loco Quadrivii (1).

Die autem Iovis predicto videlicet die XIII mensis Septembris dum prefati subditi Aquilegensis ecclesie, quibus assignatus fuerat terminus respondendi congregati fuissent in burgo cortine Quadruvii in sala et in curtivo .... de dicto loco eidem d. Comiti talem responsionem fecerunt dicentes, quod d. vicedominus Aquilegensis ecclesie et eius consilium et nobiles de Foroiulii ac comunitates omnes cum omni reverentia se recomandabant dicentes quod non necesse erat quod eidem iurarent, cum dicto domino vicedomino iuraverant in honorem et statum Aquilegensis ecclesie et suplicabant eidem d. comiti ut dictam Aquilegensem ecclesiam recomandatam habere dignaretur ac omnes alios nobiles et patriam Foriiulii. Idem d. comes eosdem iterato requisivit ut eidem iurare et obedire deberent tanquam advocato Aquilegensis ecclesie cum illis iuribus secundum quod laudati predecessores vestri predecessoribus nostris facere consueverunt (2). Et super hiis predicti habito consilio unanimiter fide manuali prestita nomine sacramenti promiserunt obedire eidem domino comiti tamquam advocato Aquilegensis ecclesie ipsamque conservare in omnibus iuribus [secundum] quod predecessoribus eiusdem d. comitis facere consueverunt usque ad adventum d. Patriarche futuri, salvis tamen omnibus iuribus aliis et advocatie predicte. Et de converso d. comes predictus promisit manutenere et adiuvare in omnibus eorum iuribus [secundum] quod predecessores sui predictis facere consueverunt (3).

CLXXVI.

.... 1358, 5 Dicembre. — *Enrico Ribis è mandato dal consiglio del parlamento ambasciatore al conte* [*di Gorizia*].

MSS. A Memoriale expensarum factarum per d. Federicum Boyanum Aquilegensis ecclesie vicedominum, ms. cart. nel R. Museo di Cividale. EDD. inedito. TESTO da A.

Item die mercurii V mensis decembris dedi Henrico q. ser Leonardi Ribis de Civitate qui yvit pro ambasiatore ad d. comitem de velle consiliariorum coloquii et yvit cum ambasiatoribus de Utino ad dictum d. comitem habuit marchas denariorum 1/2 et stetit pro II dies cum II equis.

(1) Spazio bianco. (2) B: secundum quod cum predecessoribus suis facere consueverunt.
(3) Nel rovescio di A trovansi annotati della stessa mano questi nomi, forse degli intervenuti nel giovedì: d. Tristanus pro comune Utini, d. Walterpertholdus de Spegnimbergo, d. Simon de Chuchanea, d. Peglus de Murucio, d. Pertholdus et Tadeus de Manzano, d. Galazius de Chavoryacho, d. Nicolaus de Strasoldo, d. Biachinus de Soffinbergo, d. presbiter .... de S. Daniele, d. Meinhardus de Villalta, d. Bernarducius de Coloreto, Antonius et Raynaldus pro comune Civitatis Austrie, d. presbiter Iohannes pro comune S. Viti, Leonardus notarius pro comune Glemone, Iohannes Guigelmus pro comune Aquilegie, Nicolaus de Mels, Federicus pro comune Faganee.

CLXXVII.

.... 1359, 9 gennaio e .... Febbraio. — *Ambasciatori mandati dal parlamento e dal consiglio al duca d'Austria e al conte di Gorizia.*

MSS. A Memoriale expensarum factarum per d. Federicum Boyanum già cit. nel R. Museo di Cividale. EDD. inedito. TESTO da A.

MCCCLIX die nono ianuari dedi Ianzilo de Arispergo qui yvit de consilio parlamenti ad d. ducem Austrie pro facto guerre et yvit cum ...... equis marchas XXVIII denariorum.

Item die .... [a] dedi d. Simoni de Valvasono, Meynardo de Vilalta, d. Artusino de Civitate qui yverunt Goriciam de voluntate coloquii generalis cum XVIIII equis pro tractando et confirmando treguas inter nos et d. comitem et steterunt III diebus expendiderunt marchas XII.

CLXXVIII.

Aquileia, 1359, 26 Aprile. — *Il vicedomino del patriarcato Odorico di Strassoldo invita il comune di Cividale al parlamento per discutere intorno al rinnovamento delle tregue col duca d'Austria e col conte di Gorizia e ad altri negozii.*

MSS. A or. col sigillo nelle perg. comunali busta II nel R. Museo di Cividale. EDD. inedito. TESTO da A.

Odoricus q. d. Osalchi de Strasold [b] Aquilegensis ecclesie sede vacante vicedominus.

Carissimi. Quia treuge inter dd. ducem Austrie et comites Goritie ac ipsorum servitores et sequaces ex una parte et dictam ecclesiam eiusque fideles ex altera, sunt in proximo spirature et etiam multa incumbunt statum ipsius ecclesie et totius patriē tangentia, ut supra hiis provideatur ordinamus in festo S. Crucis die tercia proximi mensis maii in Utino generale colloquium cellebrari. Quo circa vos sub fidelitatis debito quo dicte ecclesie astricti estis requirimus et monemus quatenus provisuri supra predictis omni excusatione et causa remotis eidem colloquio interesse curetis. Datum Aquilegie die XXVI mensis aprilis, indictione XII.

a tergo: capitaneo et comuni Civitatis Austrie.

(a) La data sta fra il 22 Gennaio ed il 23 Febbraio che sono le due date immediatamente vicine.

(b) Il 21 Marzo 1359 era stato eletto dal capitolo d'Aquileia a vicedomino del patriarcato, Odorico di Strassoldo in luogo del defunto Federico Boiani. Il 10 maggio successivo fu nominato patriarca Ludovico della Torre.

CLXXIX.

Udine, 1359, 3 Maggio. — *Il parlamento ordina che siano inviati gli ambasciatori altra volta eletti al duca d'Austria ed al conte di Gorizia per la rinnovazione delle tregue e che il maresciallo invigili per la sicurezza delle strade, ed elegge i consiglieri che assistano il vicedomino; questi poi riuniti prendono varie misure per l'esecuzione delle deliberazioni suindicate.*

MSS. A protocollo originale di Gubertino da Novate cancelliere patriarcale nell'Archivio capitolare di Udine assai guasto. B c. nella racc. Bianchi 4204 da A. C Bini, colloquia generalia, p. 117. EDD. in piccola parte da ZAHN, *Austro friulana* n. 87 da C. TESTO da A.

Anno domini MCCCLIX die tertia maii. Congregato generali colloquio prelatorum, nobilium et communitatum Foriiulii in sala patriarchalis palatii Utini coram nobili viro d. Odorico q. d. Ossalci [de Strasoldo] .... Aquilegensis ecclesie vacante vicedomino, in quo quidem colloquio interfuerunt .... dd. Mateus de Mocio, prepositus Concordiensis, Raymundus vicedecanus, et Guido Iohannes de Regio canonicus Utinensis, Otto de Castillirio vicario d. vicedomini predicti, Helias de Utino doctor legum, d. Franciscus de Savorgnano, d. Nicolaus de Cucanea milites, Nicolussius et Meynardus de Villatta, Conus de Pertinstayn, Peleus de Murutio, Pertoldus de Pers, Nicolussius de Laurenzaga Asquinus et Glizoius de Colloreto, Mathiussius de Mels, Nichelus de Maniaco, Fridericus de Fontebono, Pertoldus de Tercano, Franciscus de Strassoldo, Petrus de Cerneu, Andreas de Atens, Guarnerus de Manzano, Nicolussius Warbiti, Leonardus Arcolonianus, Andreotus, Hector de Buia, Franciscus de W...... capitaneus Glemone, Petrussius de .... Castellinus de S. Vito, Pantaleon de Portugruario, Nicolussius Arponus, Raynaldus de Civitate Austrie, Henrico de S. Daniele, Franciscomus .... Montisfalconi, ac etiam presbiter Ambrosius capellanus et nuncius dd. de Spegnimbergo .... ex parte ipsorum quod haberentur pro excusatis, quod propter aliqua sua negotia non potuerunt dicto colloquio .... offerebant se ad omnia que cederent ad honorem ....

Dictus d. vicedominus proposuit qualiter hoc colloquium convocaverat ut in eo provideretur status patrie, pro eo quod tregue facte cum d. duce Austrie et comite Goricie spirabant in brevi et ambaxatores missi ad ipsos dominos pro huiusmodi treguis prorogandis noviter redivissent ex parte treguarum, prorogatione facta usque ad festum Pentecostes proxime futurum: petiit provideri super mittendis bona hora ambaxatoribus ad predictos dominos pro pace et concordia si fieri poterit, vel treguis longioribus saltem habendis (1).

Item proposuit quomodo consiliarii male veniunt ad consilium quando vocantur, proindeque asserens quod per se solum non poterat, nec sufficiens erat regere patriam Foriiulii nisi homines ipsius patrie consulerent et manerent.

Item proposuit qualiter iuxta ordinationem consilii, electi per generale colloquium mittant suos nuncios ad omnes gastaldiones et officiales Aquilegensis ecclesie qui tenent de bonis ipsius ecclesie, ut sibi deberent de iuribus eiusdem ecclesie respondere prout tenentur et debent, et quod aliqui sunt ex ipsis qui nolunt nec curant sibi de illis iuribus respondere.

Item proposuit qualiter strate Foriiulii vadunt male secure et quod plures derobationes facte sunt hiis diebus in dictis stratis, petens quod super predictis .... iuxta statum et honorem Aquilegensis ecclesie et patrie provideretur per colloquium ....

Predicti vero domini de colloquio commendantes dictum d. vicedominum de ipsius colloquii convocatione consuluerunt quod usque ad XV dies proximos provideri debeat de mittendis ambaxiatoribus alias electis ad dd. ducem et comitem supradictos de causa premissa (2). Dixerunt etiam quod male faciebant consiliarii electi qui non veniebant ad consilia, et quod male venirent ad bellum

(1) Il passo: dictus d. Vicedominus ...... saltem habendis è pubblicato da ZAHN che omette tutta la parte precedente. (2) Il passo: domini de colloquio ...... de causa premissa è pubblicato da ZAHN che omette il resto.

quando nolunt venire ad consulendum; et deliberaverunt quod dictus d. vicedominus debeat compellere omnes tenentes de bonis Aquilegensis ecclesie ad respondendum sibi de illis et quod si hoc non posset per se facere et adimplere omnes de ipso colloquio et alii fideles Aquilegensis ecclesie sibi astare deberent totis viribus auxilio et favore.

Consuluerunt etiam dicto d. vicedomino quod sepe debeat suum marescalcum facere equitare per stratas, ut si aliquos predones huiusmodi reperiret hos personaliter caperet et puniret, et si eos habere non posset, saltem sequeretur eos, ut sciret ad quem locum declinarent.

Et quia super hiis omnibus non bene posset provideri ad plenum in colloquio predicto, deberet ipse d. vicedominus secum habere in consilio consiliarios, et de aliis bonis hominibus Foriiulii, et super eis deliberare et providere, ita quod quidquid providerint, habere debeat vim colloquii generalis.

Postea vero immediate predicto colloquio celebrato convenientibus coram d. vicedomino predicto in camera cubicularia d. vicedomini castri et palatii Utinensis in consilio infrascriptis nobilibus super predictis propositis: in quo quidem consilio interfuerunt dd. Franciscus de Savorgnano, Nicolaus de Cucanea, Nicolussius et Meynardus de Villalta, Pertoldus de Pers, Asquinus et Glizoy de Colloreto, Conus de Pertinstayn, Peleus de Murutio, Petrus de Cerneu, Nicolaus de Maniaco .... de S. Daniele, Nicolussius Varbitti, Nicolussius Arponus, Tristanus .... de Civitate, Margaritus et Guarnerius de Manzano, Pertoldus de Tercano et Fridericus de Fontebono.

Predicti dd. Meynardus de Villalta et Conus de Pertinstayn gastaldiones S. Viti proposuerunt coram dictis dd. vicedomino et consiliariis qualiter in Prodolono de novo edificatur quoddam fortilicium, quod de iure fieri non debet propter quod protestati fuerunt quod huiusmodi edificatio et fortilicium non debeat Aquilegensi ecclesie preiudicium aliquod generare.

Subsequentur dictus d. vicedominus premissa et per eum proposita in colloquio replicavit in consilio antedicto petens super eis modo debito provideri pro statu et honore predicte Aquilegensis ecclesie et totius patrie.

Quibus sic propositis et narratis dicti consiliarii consuluerunt quod omnino mittantur bona hora ad dd. ducem et comitem predictos, ambaxiatores alias electi cum bona et plena informatione, ut si fieri poterit habeatur bona pax et concordia, vel saltem tregua longior prorogetur, et quod usque ad XV dies proximos deliberetur de ipsorum ambaxiatorum itinere arripiendo pro predictis (1). Quodque consiliarii melius veniant ad consilia ad audiendum et faciendum facta sua, quam hactenus venerunt, cum melius sit eis quod ipsi peragant eorum negotia, quam si fierent per alios.

Item super facto gastaldionum et officialium nolentium dicto d. vicedomino .... deliberaverunt quod ipse debeat eos compellere toto posse ad sibi respondendum de bonis et iuribus omnibus spectantibus ad ecclesiam Aquilegensem quia si . . . . . vicedominus non habebit redditus et proventus dicte ecclesie non poterit suum regimen exercere nec facere illa que hodie incumbunt pro conservatione status dicte ecclesie, ac patrie, et ubi non posset per se hoc facere, quod omnes Aquilegensis ecclesie fideles debeant esse cum eo ad compellendum omnes habentes de dictis bonis ac iuribus ut respondeant de illis eidem d. vicedomino.

Item super facto derobationum que fiunt in stratis consuluerunt quod idem d. vicedominus debeat diligenter inquirere qui sint illi qui faciunt depredationes huiusmodi, et ipsos punire, et ut melius hoc fieri possit sepius equitare faciat eius marescalcum et familiam per stratas ita quod si aliquos poterit invenire predones, eos capiat et puniat iuxta demerita sua, vel si eos capere non posset, saltem faciat eos persequi, ita quod scire possit ad que loca se reducant et, hoc scito, melius postea super eo valeat provideri.

(1) Il passo: subsequenter dictus d. vicedominus .... itinere pro predictis è pubblicato da ZAHN che omette tutto il rimanente.

CLXXX.

Udine, 1359, 13 Maggio. — *Il consiglio del Parlamento prende varie deliberazioni relative alle tregue da rinnovarsi col duca d'Austria, ed al rimborso delle spese sostenute dal capitano di Soffumbergo per la custodia del detto castello.*

MSS. A protocollo or. del cancelliere patriarcale Gubertino da Novate nell'archivio capitolare di Udine. B c. nella racc. Bianchi unita al n. 4204. EDD. Fu in parte pubblicato da IOPPI, *Le sacre reliquie della chiesa d'Aquileia, nell'Archivio storico per Trieste, l'Istria ed il Trentino*, Roma 1886, p. 218, doc. n. V, da A; in parte da ZAHN, *Austro-Friulana* cit. n. 87 da B. TESTO da A.

Die XIII maii convocato ut supra (1) consilio electo per generale colloquium in castro et palatio patriarchali in camera cubicularia predicti d. vicedomini quo quidem consilio interfuerunt dictus d. vicedominus, et d. Ambrosius de la Turre canonicus Aquilegensis, Franciscus et Paganus de Savorgnano, Simon de Valvasono milites, Pellius de Morutio, Pertoldus de Pers, Nicolussius de Colloreto, Petrus de Cerneu, Fridericus de Cauriaco, Iohannes Guilelmus notarius de Aquilegia, Nicolussius Arponus de Civitate Austria, Iohannes de Caraps, Nicolussius Varbiti de Utino et Nicolussius de Laurenzaga.

Predictus d. vicedominus proposuit qualiter treuge prorogate cum dd. duce Austrie et comite Goricie non durabant nisi adhuc XXVII diebus et cum terminus huiusmodi foret satis brevis petiit per dictum consilium super habenda concordia et pace, vel treguis prorogandis antequam spiret tempus huiusmodi treguarum (2).

Item proposuit quomodo capitaneus castri de Sorphimberch multiplicatis vicibus petierat quod sibi concederentur redditus gastaldie de Tricesimo pro expensis castri predicti usque ad adventum patriarche futuri aut eius vicarii; pro quibus offerebat se daturum ipsi d. vicedomino corpora et reliquias SS. Hermachore et Fortunati sita in dicto castri, ac etiam illa privilegia quibus indigent pro defensione civium Aquilegensium, et quod Paulinus, vel ego Gubertinus notarius eligendus dimittamus sibi scriptam manu alterius notarii scriptam de ipsis privilegiis que reciperemus asserendo et comminando quod non defficeret sibi et sociis .... alterum infrascriptorum faceret videlicet quod aut corpora SS. Hermachore et Fortunati sita in castro ipso pro pignore obligaret; vel privilegia .... ibidem sita (a), aut se daret cum ipso castro alicui domino qui sibi .... provideret aut derobaret et acciperet ubi melius posset quia lapides castri non poterat comedere. Propter quod idem d. vicedominus petiit etiam super hoc dictum consilium consuli quid faciendum ad huiusmodi pericula evitanda (3).

Dicti vero consiliarii deliberatione habita consuluerunt super primo capitulo, quod unus bonus nuncius et discretus statim mittantur ad d. comitem Cilie et ad d. de Monpareis ad indagandum de adventu d. ducis ad partes Karinthie ita quod si reperiret quod ad partes ipsas esset venturus in brevi statim deberet

(1) Queste parole si riferiscono al documento precedente unito a questo. (2) IOPPI omette: predictus d. vicedominus .... huiusmodi treugarum. Tali periodi sono invece pubblicati da ZAHN, che omette l'inizio colla menzione degli intervenuti. (3) ZAHN omette: item proposuit quomodo .... pericula evitanda.

(a) Il castello di Soffumbergo era residenza dei patriarchi durante molti mesi dell'anno: non fa meraviglia pertanto che, alla morte del patriarca Nicolò, vi fossero custodite alcune fra le reliquie più importanti, ed i più preziosi documenti del patriarcato. Le reliquie dei Santi Ermacora e Fortunato erano state nel 1340 sottratte alla chiesa di Grado e le furono restituite dal patriarca Lodovico nell'anno successivo.

hoc prefato d. vicedomino intimare ut ambaxiatores alias electi subito mitterentur ad ipsum ducem. Si vero non reperiret quod non esset tam cito venturus, tunc idem nuncius cum consilio dictorum d. comitis Cilie et d. de Monpareis accedere deberet ad d. ducem et procurare dictarum treguarum prorogationem vel pacem et concordiam prout melius posset et sciret. Qui quidem nuncius statim fuit ibidem electus per dictum consilium, videlicet Michael de Maniaco tanquam providus et discretus, et de negotio huiusmodi informatus (1).

Super facto autem castri de Sorphimberch consultatione facta, consiliarii predicti habita deliberatione matura consuluerunt quod dictus vicedominus procurare deberet habere si posset in suis manibus dictum castrum dando si expediret aliquid propter hoc, vel promittendo capitaneo et si hoc assequi et obtinere non posset dicto capitaneo pro supportandis expensis castri predicti deberet concedere redditus et proventus gastaldie predicte de Tricesimo usque ad adventum futuri patriarche vel eius vicarii ut vitentur dampna et pericula que de dicto castro possent verisimiliter evenire, et quod in concessione ipsorum reddituum faciat sibi dari corpora et reliquia sanctorum predictorum et aliorum si sint in castro, ac etiam privilegia Aquilegensis ecclesie si ea poterit extrahere de manibus suis vel eorum partem prout melius poterit et viderit expedire ut eo minus remaneat apud capitaneum antedictum.

CLXXXI.

[Udine, 1359, poco dopo il 13 Maggio] (a). — *Il vicedomino del patriarcato scrive al signore di Monpareis (?)* (b) *pregandolo di munire d'un suo salvacondotto gli ambasciatori Friulani eletti dal Parlamento che si debbono recare dinanzi al duca d'Austria.*

MSS. A copia contemporanea nell'Archivio capitolare di Udine to. XXIX armadio XIV. B c. nella racc. Bianchi n. 4188 con data 1359 e 4844 con data 1381 da A. EDD. ZAHN *Austro-Friulana* n. 89 con data 1360 Febbraio-Marzo. TESTO da A.

Magnifice domine, cum honesta et reverenti recommendatione. Fama in hiis partibus publice divulgatur quod excellentissimus d. dux Austrie sit in proximis affuturis diebus ad partes Charintie accessurus. Cuius rei causa postquam ad vicedominatus S. Aquilegensis ecclesie officium assumptus sum, per me una cum prelatis, nobilibus et communitatibus dicte ecclesie deliberatum est, et etiam ante ordinatum fuerat, ambaxiatores ad eiusdem d. ducis conspectum eiusque consilii destinare; et quoniam experientia docet vestram magnificentiam status dicte ecclesie pacifici relatorem, eandem vestram magnificentiam deprecor ut divine maiestatis intuitu et ob reverentiam Virginis gloriose cuius res agitur, in favorem dicte ecclesie apud ducalem excellentiam dignemini interponere preces vestras: ut prefati ambaxiatores ad conspectum d. ducis absque dubii alicuius scrupolo possint accedere, placeat circumspectioni vestre rogare eundem ut dictis ambaxiatoribus de securo galayto et conductu faciat providere.

(1) IOPPI omette: dicti vero .... huiusmodi informatus.

(a) La data mi par sicura, giacchè nel precedente documento del 1359, 13 Maggio, il consiglio del parlamento dà al vicedomino il parere che si debba mandare un nuncio presso il conte di Cilli ed il signore di Monpareis ad indagandum de adventu d. ducis ad partes Karinthie com'è qui accennato. ZAHN lo attribuisce alla fine di Febbraio.

(b) La formula introduttiva accenna a persona non fornita del titolo comitale: escluso, perciò, il conte di Cilli, parrebbe trattarsi del signore di Monpareis (ossia Montpreis nella Stiria).

CLXXXII.

Udine, 1359, 9 Giugno. — *Il consiglio del comune prende determinazioni intorno ai contingenti da mandarsi all'esercito, e delibera d'inviare i suoi deputati al consiglio del parlamento.*

MSS. A Annali di Udine, II, 323. EDD: inedito. TESTO da A.

Die nono iunii; deliberatum fuit quod serviatur domino cum talia militie iuxta posse et de peditibus petitis nullatenus serviatur quia non potest propter presentem epidemiam, et fiat iuxta operam aliorum fidelium Aquilegensis ecclesie et quod omnimodo mittantur electi ad consilium colloquii generalis per d. patriarcham requisiti videlicet d. Federicus de Savorgnano et Missius de Remanzacho.

CLXXXIII.

Udine, 1359, 26 Giugno. — *Nomina dei rappresentanti di Udine nel consiglio del parlamento e spese relative.*

MSS. A Annali di Udine, II, 238. EDD. inedito. TESTO da A.

Diffinitum fuit per omnes de consilio quod mittantur duo ambaxiatores ad consilium colloquii Civitatem ad d. patriarcham et quod eisdem dentur denarii LI pro expensis.

Electi Missius de Remanzacho et Bellonus de Bellonis.

CLXXXIV.

Cividale, [1359], 25 Settembre. — *Il patriarca proroga le appellazioni presentate al parlamento: Nicolò di Porcia chiede a questo l'insinuazione di alcuni antichi privilegi.*

MSS. A manca. B c. nell'Otium Foroiuliense del Guerra, to. XXXV p. 157-158 dal liber Variarum rerum I di Antonio Nicoletti. EDD. inedito. TESTO da B.

XXV septembris, in sala maiori Civitatis Austrie .... d. patriarcha Ludovicus fieri fecit colloquium, et d. patriarcha al[legans] ardua prorogavit appellationes.

D. Nicolaus q. d. Manfredi de Purciliis petiit insinuationem privilegiorum emptionis per illum facte a q. d. comite Goritie bone memorie de advocatia et dominio ville S. Focati.

CLXXXV.

Aquileia, 1360, 8 Gennaio. — *Il patriarca Ludovico, udito il parere del parlamento, restituisce all'ambasciatore Veneziane certe reliquie che erano state sottratte alla chiesa di Grado.*

MSS. A manca. B c. nel vol. IV fol. 79 dei commemoriali nell'Archivio di Stato di Venezia. EDD. Ioppi, *Le sacre reliquie della chiesa d'Aquileia*, nell'*Archivio storico per Trieste, l'Istria ed il Trentino* vol. III, fasc. 3-4, Roma 1886 p. 220 doc. n. VI, da B. TESTO dallo Ioppi.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCLX indictione XIII, die VIII ianuarii. Cum dudum illustris excellentia ducalis Veneciarum informata fuerit et ad ipsius noticiam deductum quod reliquie sanctorum Hermacore et Fortunati seu alie per certas personas fuerant ablate clandestine et vivente bone memorie d. Nicolao olim patriarcha Aquilegensis ad civitatem Aquilegie

deportate, cumque ipsa ducalis excellentia multis vicibus per suos ambaxatores solemnes requisiverit, et dictum d. Nicolaus patriarcham dum adhuc in humanis ageret et, dicta sede vacante, illos qui tunc regimen dicte ecclesie presidebant supra restitutione reliquiarum huiusmodi, novissime illustris et excelsus dd. Ioannes Delphino dei gracia dux Veneciarum etc. destinaverat nobilem et prudentem virum d. Iacobum Marango civem Veneciarum ambaxiatorem suum ad presentiam reverendissimi in Christo patris dd. Ludovici eadem gratia S. sedis Aquilegensis patriarche ad rogandum et requirendum eundem d. patriarcham nec non omnes prelatos, nobiles et comunitates Foriiulii ut reliquias huiusmodi restituere deberet ablatas de Grado, ut prefertur, prout d. Iacobus coram dicto d. patriarcha prudenter et discrete proposuit in predictorum prelatorum, nobilium et communitatum Foriiulii colloquio generali; prefatus d. patriarcha intendens semper iuxta posse excellentie ducalis Veneciarum sibi et sue ecclesie amorem et benivolentiam conservare, de suorum consilio fidelium, quia novus erat in talibus et noviter venerat ad patriarchatum suum voluit inquirere de predictis et informationem habere plenariam ut si, modo aliquo, reperiri posset quod dicte reliquie fuissent de Grado subtracte, restituerentur, ut iustum est et consonum rationi. Cum itaque per diligentem inquisitionem factam per prefatum d. patriarcham, ipse d. patriarcha veridice reperiret, quod per aliquas personas reliquie de Grado subtracte et accepte fuerant et per ipsos deportate et locate in Aquilegia, vocato dicto d. Iacobo ambaxatore predicto, et demonstrato sibi loco in quo erant, ipsoque asserente et affirmante illas (1) esse reliquias que de Grado subtracte fuerant, dictus d. patriarcha illas easdem reliquias prefato d. Iacobo syndico, procuratori ac nuncio supradicti d. ducis et ducalis dominii Veneciarum habenti ad requirendum, petendum, recipiendum, exigendum et reportandum reliquias huiusmodi nec non ad confitendum recepisse et ad faciendum finem et quietationem et ad aliud speciale et generale mandatum prout de syndicatu et procuratorio huiusmodi constat publico instrumento scripto manu mei Nicolai de Phariziis filii d. Gilioli de Parma publici imperiali auctoritate notarii et ducatus Veneciarum scribe sub predictis anno et indictione, die penultimo mensis decembris, illas reliquias nomine prefati dominii recipit, dedit, tradidit et assignavit quas idem d. Iacobus syndicus, syndicario nomine quo supra, confessus est se habuisse et recepisse et habens speciale mandatum ad hoc, quo supra nomine, fecit finem, quietationem, remissionem, absolutionem, liberationem et pactum de ulterius non petendo aliquid pro predictis vel predictorum aliquo seu occasione ipsorum a predicto d. patriarcha, capitulo Aquilegense seu persona aliqua patriarchatus Aquilegensis. Insuper ipse d. Iacobus iuxta mandatum speciale quod habet ut prefertur, revocavit, abstulit, removit et annullavit ac irritavit omnem novitatem factam per predictum d. ducem et comune Veneciarum occasione predictorum in preiudicium dicti d. patriarche et ecclesie Aquilegensis ac capituli ipsius ecclesie Aquilegensis vigore mandati sibi facti. Remisit quoque per pactum expressum, quo supra nomine, omnem iniuriam et actionem que insurrexisset vel exorta esset inter ducale dominium et comune Veneciarum ex parte una et predictum d. patriarcham et capitulum dicte ecclesie ex parte altera occasione aliquorum privilegiorum seu pactorum alias initorum inter partes predictas, promittens nomine antedicto, quod deinceps et in posterum nulla fiet novitas occasione predictorum vel causa seu occasione ipsorum. Ad que observanda et firmiter attendenda, ipse d. Iacobus quo supra nomine bona omnia ducalis dominii Veneciarum presentia et futura specialiter et cum solemnitate debita obligavit. Actum Aquilegie, in patriarchali palatio, presentibus venerabilibus et nobilibus viris d. Ambrosio de Parma decretorum doctore predicti d. patriarche in spiritualibus vicario, Ambrosio et Pagano de la Turre ac Hermacora de Murucio canonicis ecclesie Aquilegensis, d. Pertoldo milite de Spinimbergo, Fedrighino, Panzera et Loysio de la Turre, Guecello de Porcilleis et aliis pluribus testibus vocatis et rogatis; ego Nicolaus de Phariziis publicus imperiali auctoritate notarius et ducatus Veneciarum scriba interfui et rogatus scripsi.

(1) B interpola: non, che è repugnante al contesto.

CLXXXVI.

Udine, 1360, 22 Novembre. — *Il consiglio del comune delibera di chiedere al consiglio del parlamento che si opponga alla costruzione delle fortificazioni alla Chiusa per opera del capitano del duca d'Austria.*

MSS. A or. negli annales Utini nell'Archivio comunale presso la biblioteca civica di Udine. EDD. ZAHN, *Austro-Friulana*, n. 91 da A. TESTO da A.

Die XXII novembris. Super propositis per d. Nicolussium de Mels vicecapitaneum ex parte d. patriarche de facto Scluse que laboratur et costruitur per Paurlinum capitaneum d. ducis: diffinitum fuit quod consilium terre Utini vadat cras ad consilium colloquii generalis et ibidem supplicet quod ponatur talis modus, offerendo auxilium, consilium et favorem quod sit honor et status Aquilegensis ecclesie et totius patrie Foriiulii. Electi d. Tristanus de Savorgnano et d. Nicolussius Orbitti.

CLXXXVII.

1360. — *Imposizione delle milizie sotto il Patriarca d'Aquileia Lodovico.*

MSS. A or. negli atti del cancelliere patriarcale Gandiolo di S. Vito nell'Archivio capitolare di Udine. B c. nella racc. Bianchi n. 4232 da A. EDD. inedito. TESTO da A.

Impositio militie facta in millesimo trecentesimo sexagesimo, indictione XIII, tempore reverendissimi in Christo patris et dd. Ludovici dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarche.

primo dictus d. patriarca faciat	elmos	XXXIII	balistas	VIII
d. episcopus Concordiensis	"	VIII	"	II
Capitulum Aquilegense	"	X	"	II
Abbas Beliniensis	"	II	"	—
Prepositus et capitulum S. Stephani Aquilegiam	"	III	"	I
Prepositus et capitulum S. Felicis in Aquilegia	"	—	"	I
Monasterium maius Aquilegense	"	II	"	II
Abbas Rosacensis	"	V	"	II
Abbas Mosacensis	"	III	"	I
Abbas Sextensis	"	IIII	"	I
Capitulum Civitatense	"	X	"	II
Capitulum Utinense pro prepositura S. Odorici	"	III	"	—
Prepositus Carnee	"	I	"	—
Pratta	"	XII	"	IV
Purcilleis	"	X	"	IV
Pulcinichum	"	VI	"	III
Avianum	"	II	"	I
Monsregalis	"	I	"	I
Maniachum	"	III	"	I
Pinzanum	"	I	"	I
Toppum	"	I	"	—
Spegnemberch	"	XII	"	II
Sanctus Vitus	"	II	"	I
Sbrolavacha	"	II	"	I
Laurenzaga	"	I	"	I
Salvarolum	"	I	"	I
La Meduna	"	II	"	I
Azanum	"	I	"	—
Gruarium	"	II	"	—
Lafratina	"	II	"	II
Flagonea	"	I	"	—

	elmos III	balistas —
Vilalta	» I	» I
Cavoriachum	» II	» I
Uruspergum	» IIII	» I
Faganea	» VIII cum uno destrario coperto pro banderia	» I
Murucium, Tercanum, Brazachum superius, Brazachum inferius	elmos I	balistas I
Fontanabona	» I	» I
Coloretum	» VIII	» II
Mels	» IIII	» II
Sanctus Daniel	» IIII	» II
Pers, Susanum	» II	» —
Ragonea	» I	» I
Prampergum	» IIII	» II
Cassachum	» I	» —
Artenea	» —	» I
Vendoyum	» I	» —
Buya	» I	» I
Attems	» II	» I
Cucanea, Pertinstayn	» XVI	» IIII
Valvesonum	» VI	» II
Strasoldum	» III	» I
Manzanum	» I	» I
Budrium	» IIII	» II
Castellum, Tarcentum inferius	» III	» I
Varmum	» I	» —
Dyethalmus de Varmo inferiori	» —	» I
Zeglachum	» I	» I
Cergnea	» —	» I
Tarcentum superius	» III	» III
Aquilegia	» XXXII	» IIII
Utinum, Savorgnanum	» XII	» IIII
Civitas Austrie	» VIII	» IIII
Glemona	» III	» —
Monsfalco	» II	» —
Tumecium	» II	» II
Sacilum	» I	» —
Canipa		
Soclevum, Guarth, Luincis	» II	» —

CLXXXVIII.

.... 1361 posteriore al 24 Marzo. — *Ricordo d'una deliberazione del parlamento per la restituzione del castello di Varmo occupato violentemente dagli abitanti di S. Daniele, a Detalmo di Udine.* TESTO dal RUBEIS.

EDD. RUBEIS, *app.* p. 14 nel *Chronicum tertium patriarcharum aquileiensium.*

Item anno MCCCLXI die X martii. Illi de S. Daniele furati fuerunt castrum inferioris Varmi d. Dethalmo de Utino affini dd. de Spilimbergo; propter quod d. patriarcha voluit procedere ad restitutionem faciendam sicut in generali colloquio fuit declaratum.

CLXXXIX.

Udine, 1361, 30 Agosto. — *Il patriarca invita il comune di Cividale a mandargli due o tre suoi cittadini che stiano a consiglio continuamente presso di lui.*

MSS. A or. cartaceo nelle pergam. comunali nel R. Museo di Cividale, busta III n. 7. EDD. ZAHN, *Austrofriulana* n. 111 da A. TESTO da A.

Ludovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha.

Fideles carissimi. Ut de occurrentibus in incoata guerra cuncta seriosius vobis constent, nostrisque inde consiliis et favoribus sitis participes, fidelitatem vestram requimus mandantes quatenus ad nos duos vel tres vestrum magis prudentes qui in consiliis apud nos sint continue visis presentibus transmittatis.

Datum in castro nostro Utini die penultimo augusti indictione XIV.

A tergo

Dilectis fidelibus nostris castaldioni provisoribus et consilio nostro Civitatis Austrie.

CLXXXX.

[Cividale, 1361 (?)] (a). — *Il consiglio del parlamento, per autorità avutane dal parlamento, approva alcune costituzioni dirette a regolare i giudizi.*

MSS. A or. del notaio Marco di Cividale, nell'archivio notarile di Udine. B c. nella racc. Bianchi n. 3759 da A. EDD. IOPPI, *Constitutiones*, doc. XXIII. TESTO da A.

Infrascripte sunt ordinationes facte per consiliarios d. patriarche deputati per colloquium generale super iudicio in iudicantibus.

[I]. Primo quod omnes nobiles Foroiulii in etate existentes ultra vigesimum quintum annum, exceptis servitoribus familiaribus manupastis et legitime suspectis aut sensu defectivis possint coram d. patriarcha et eius vicariis aut delegatis castaldionibus, capitaneis, potestatibus et eorum vicariis aut vicegerentibus stare in iuditio et sententiare in omnibus causis civilibus iuxta morem et consuetudinem antiquam terrarum in omni loco et patria Foroiulii.

[II]. Item quod de territorio debeant assignari tres termini iuxta morem antiquum et quartus de gratia et quilibet ultra quindecim dies et quod in ultimo termino possit peti copia instrumenti non ad copiandum sed ad respondendum super principali et originalitate de qua esset lis et contentio; et quod super feudis non possit aliquis sententiare nisi habeat manum feudi, nec appellari possit nisi due tertie partes sententiantium sint concordes in sententia, si fuerint ultra duodecim sententiantes et quod protectio nulla possit admitti.

[III]. Item quod per consilium Civitatense et terrarum Foroiulii eligantur homines ydonei et sufficientes ad sententiandum coram predicto d. patriarcha et eius vicario delegati, et officialibus in causis civilibus, secundum ritum et

(a) Marco di Cividale comincia a rogare nel 1346 e finisce nel 1381, come risulta dai suoi atti esistenti all'archivio notarile. Lo IOPPI che pubblicò, per primo, queste costituzioni le attribuì al 1355 riferendosi alle riforme delle quali si parla nel doc. del 20 Marzo dello stesso anno (vedi sopra); il Bianchi invece (raccolta n. 3759) le pose all'anno 1352 ritenendo, evidentemente, che a questa riforma si riferisca la proposta fatta il 1 Febbraio di quell'anno, dal patriarca Nicolò al parlamento, di rivedere le consuetudini vigenti in Friuli. Io ritengo però che le costituzioni stesse si devono attribuire al reggimento del patriarca Ludovico, del quale sappiamo che nel 1361 ordinò, a Cividale, la sostituzione degli astanti con giurati nominati dal consiglio del Comune, una riforma che è riprodotta nella r. III del testo qui sopra riprodotto. È probabile dunque che nell'anno medesimo o poco dopo il patriarca abbia cercato d'estendere a tutto il suo stato la suddetta riforma, introducendo altre modificazioni alla procedura ed all'ordinamento giudiziario.

consuetudinem antiquam terrarum Foroiulii et iurent ad sancta dei evangelia iuste et recte sententiare secundum consuetudinem terrarum et nemo alius non electus et non vocatus valeat sententiare.

[IV]. Item quod nullus advocatus aut procurator aut notarius valeat sententiare et dicti advocati iurent ad sancta dei evangelia iuste et recte advocare et lites non prorogare fraudulenter et malitiose, sed fideliter eorum officium exercere.

[V]. Item quod d. patriarcha comittat consiliariis terrarum taxationem fiendam de pretio recipiendo per notarios de instrumentis per eos confectis.

[VI]. Item quod quilibet preco habeat de mandato quod facit alicui de terra, unum denarium Aquilegensem, et de extra terram pro quolibet milliario decem parvulos. Si quis autem preco recusaverit ire ad faciendum mandata sibi commissa pro dicto pretio, incurrat qualibet vice penam viginti soldorum applicandam capitaneo seu potestati aut castaldioni terre de qua fuerit.

[VII]. Item quod quilibet notarius pro scriptura citationis habeat septem parvulos et pro scriptura processus, si non poterunt concordari tunc partes debeant taxari per iudicem et quatuor de astantibus sententiantibus.

[VIII]. Item quod quilibet notarius habere debeat de instrumento emptionis et venditionis unum frixachensem pro qualibet moneta et non ultra nisi sit de voluntate ementis.

[IX]. Item quod quilibet advocatus habeat qualibet vice qua advocaverit frixachenses quatuor et non ultra, salvo quod in diffinitiva sententia habeat secundum meritum et taxationem iudicii et quatuor aut quinque sententiantium astantium.

[X]. Item quod revocetur statutum et consuetudo seu observantia que servatur in civitate Aquilegie ac terris Civitatis Austrie, Utini et Glemone quod contra Utinum, vicinus pro extraneo prolocutor esse non possit et statuta contrarium loquentia debeantur et deleta sint omnino, et hec omnia supradicta valeant et perdurare debeant per unum annum proximum futurum.

CLXXXXI.

Udine, 1362, 24 Gennaio. — *Il vicedomino invita i consiglieri del Parlamento rappresentanti del comune di Cividale ad intervenire ad una seduta del consiglio.*

MSS. A or. cartaceo col sigillo nella busta III delle pergamene comunali nel R. Museo di Cividale. EDD. inedito. TESTO da A.

Carlavarius de la Turre domini nostri domini patriarche Aquilegensis vicedominus generalis.

Carissimi. Volentes de bonis novis que a domino nostro nuper suscepimus vos et alios de patria reddere certiores ac super hiis et aliis arduis patrie statum ipsiusque conservationem tangentibus [a] die iovis tertio mensis februarii proxime nunc venturi in Utino generalis colloquii consilium celebrare, fidelitatem vestram requirimus mandantes districte quatenus sicut statum et conservationem diligitis etc. ad nos alter vestrum studeat ipsi consilio, omni causa postposita, interesse.

Datum Utini die XXIIII ianuarii indictione XV.

A tergo

Dilectis nobis Andriolo Quirini et Mestrono de Civitate Austria consiliariis a generali colloquio deputatis.

(a) Nell'agosto dell'anno precedente erano cominciate le ostilità fra il Patriarcato ed il duca Rodolfo d'Austria a causa del possesso della Chiusa tenuto da quest'ultimo ed a lui ritolto dai gemonesi. Quanto alle buone nuove cui si accenna in principio, è probabile si riferissero alle trattative coll'imperatore per ottenere protezione.

CLXXXXII.

Udine, 1362, 21 Aprile. — *Il vicedomino invita il comune di Cividale ad inviare il suo contingente all'esercito, in conformità alle deliberazioni del consiglio del parlamento.*

MSS. A or. cartaceo nelle pergamene comunali nel R. Museo di Cividale busta II n. 9.
EDD. ZAHN, *Austrofriulana* n. 136 da A. TESTO da A.

Carlevarius de la Ture d. nostri d. patriarche Aquilegensis vicedominus generalis.

Carissimi, intendentes iuxta deliberacionem consilii a generale colloquio deputati cum vexillis imperialibus et S. Aquilegensis ecclesie in dei nomine et gloriose virginis Marie equitare in potenti exercitu contra hostes, eisque resistere viriliter ac potenter, fidelitatem et dilectionem vestram requirimus, vobis districte precipiendo mandantes, quatenus sub fidelitatis debite per vos prestito iuramento et pena in generali colloquio ordinata, cum armis et talia milicie vobis imposite et ultra taliam cum omni milicia quam facere potestis, octava crastina esse in Utino penitus procuretis, vexilla imperialia et dicte ecclesie quo decreverimus, secuturi. Datum Utini die XXI aprilis, indictione XV.

CLXXXXIII.

Udine, 1362, 3 Giugno. — *Salvacondotto dato per otto giorni dal comune di Udine a Walterpertoldo di Spilimbergo affinchè possa intervenire al parlamento.*

MSS. A manca. B c. antica nella Biblioteca civica di Udine d'onde c. nella raccolta Ioppi.
EDD. Inedito. TESTO da B.

Noverint universi presentes literas inspecturi quod nos Nicolaus magistri Gregorii de Utino capitaneus, consilium et comune terre Utini nobilem militem d. Valterpertoldum de Spegninbergo cum tota eius comitiva ad colloquium generale Utini venientem per octo dies proxime sequentes a die cepti gressus plenius computandos tenore presentium duximus affidandum et plene securandum, exceptis dumtaxat bannitis a terra Utini, veniendo, stando et redeundo in personis pariterque bonis. Harum sub nostri sigilli testimonio litterarum. Datum Utini die tercio mensis iunii millesimo tricentesimo LXII indictione XV.

A tergo
affidationes dd. de Spenimbergo.

CLXXXXIV.

Udine, [1362], 11 Luglio. — *Il consiglio del comune di Udine nomina gli ambasciatori per il parlamento.*

MSS. A Annali di Udine III, 176. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XI iulii de mittendis ambaxiatoribus ad colloquium fiendum in S. Vito die iovis proxime futuro. Electi fuerunt d. Azolinus, d. Tristanus de Savorgnano, d. Nicolussius Orbitti.

CLXXXXV.

Cividale, 1362, 3 Settembre. — *Il patriarca in cospetto del consiglio del parlamento intima ai Prampero di desistere, sotto pena della scomunica, dall'occupazione del castello di Cusano.*

MSS. A manca. B c. contemporanea nel vol. 262 dell'archivio del vescovo di Concordia.
EDD. DEGANI, *Monografie friulane*, S. Vito 1888, p. 179 da B. TESTO dal DEGANI.

Ludovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha dilectis filiis nobilibus viris Nicolao, Vicardo et Franceschino fratribus de Pramperch nostre Aquilegensis diocesis salutem in domino.

In nostra et consilii nobis deputati per generale colloquium assistens presentia venerabilis frater noster Guido episcopus Concordiensis quod vos in contemptum dei, ecclesie sue preiudicium et vestrarum detrimentum animarum bone memorie fratrem Petrum episcopum Concordiensem eius predecessorem castro Cusani sue Concordiensis diocesis ad mensam suam spectante, cum omni iurisdictione, dominio et honore per violentiam spoliastis ipsamque castri iurisdictionem et iura iam diu occupastis indebite et occupata tenetis, lamentabiliter conquestus est et coram omnibus publice proclamavit, asserens fore predicti et aliorum suorum predecessorum temporibus sicut continetur documentis legitimis super eisdem castro et iuribus plura pacta compositiones et compromissa habita inter eosdem predecessores et vos sententia promulgatas. Qua propter nos primo tamquam maiorem et utriusque partis in hac parte iudicem ordinarium et demum omnes nobis astantes consiliarios cum omni precum instantia requisivit tam super reali et effectuali restitutione dictorum castri et iurium quam indemnitati ecclesie sue Concordiensis de opportuno remedio provideri. Cum itaque non possimus sicut nec debemus alicui iusticiam denegare et volentes eam, deliberante dicto consilio, etiam iuris observato ordine, in predictis ministrare, vos et vestrum quemlibet tenore presentium requirimus et monemus vobis sub excomunicationis et temporalibus aliis nostro arbitrio infligendis penis districte precipiendo mandantes quatenus ab occupatione et detentione eorumdem castri et iurium desistentes, illa cum omnibus fortiliciis infra decem dierum spatium a presentatione presentium vobis facta computandorum, quorum tres pro primo, tres pro secundo, et reliquos quatuor pro tertio et perentorio vobis termino et monitione canonica assignamus dicto episcopo seu eius factori pro eo dare dare, assignare et absque difficultate qualibet restituere studeatis. Quod si forsan in predictis castro et iurisdictione ac dominio ius aliquod vos habere pretenditis, ne de huiusmodi nostris requisitione monitis et mandato gravari possitis indebite, vos et vestrum quemlibet presentium tenore citamus peremptorie et monemus sub penis predictis ut decima die ab ipsarum presentatione, ut est predictum, quam vobis et vestrum singulis pro duobus edictis et uno peremptorio ac predicta monitione canonica assignamus coram nobis in nostra patriarchali Civitate Austria cum omnibus iuribus que vobis competere creditis illa ostensuri et producturi eidem episcopo seu eius procuratori et alia facturi quid iuris ordo dictaverit, compareatis legitime coram nobis. Alioquin cum constet si predicta vera sunt, vos et vestrum quemlibet provincialium constitucionum editarum contra occupatores et detentores bonorum et iurium ecclesiasticarum excommunicationis ipso facto sententias incurrisse, vos et vestrum quemlibet nisi ab occupatione et detentione dictorum castri et iurium desistentes illa infra dictum terminum cum effectu ut predicitur restitueritis, faciemus per totam diocesim excommunicatos tamquam invasores et occupatores bonorum et iurium ecclesiasticorum publice nuntiari, et ad alia contra vos et vestrum quemlibet graviora spirituali et temporali districtione procedemus prout vestris exigentibus contumatia et contemptu, suadente iustitia, viderimus expedire, vos et vestrum quemlibet scire volentes quod iura vestra si qua in predictis castro et eius pertinentiis ostendere poteritis vos habere

illa vobis intendimus similiter conservare. Has autem literas ad cautelam fecimus registrari de quarum presentatione latoris earum relationi nostri iurati nuntii in hac parte sine probatione alia dabimus plenam fidem.

Data in nostra Civitate Austria in patriarchali palatio die tertio mensis septembris anno domini MCCCLXII indictione XV.

CLXXXXVI.

Udine, 1363, 3 Luglio. — *Frammento del verbale d'un parlamento.*

MSS. A manca. B c. non autentica senza indicazione di fonte nella racc. Ioppi. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo sexagesimo tertio indictione I die III iulii. Convocato et congregato Utini generali colloquio per reverendissimum in Christo patrem et dd. Ludovicum dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcham dignissimum in quo quidem colloquio interfuerunt infrascripti videlicet reverendus pater, et dd. Guido episcopus Concordiensis venerabilis frater Guido abbas Mosacensis, et d. abbas de Hornestain .... abbas Sumaque, Guielmus decanus Aquileiensis, Ambrosius della Turre canonicus Aquileien. Presenellus de Cast. prepositus S. Stephani prope Aquileiam, prepositus S. Petri de Carnea; prepositus Concordiensis, Vivianus de Pulcinico canonicus Utinenensis, nobiles viri dd. Nicolaus de Porcileis, Franciscus et Paganus de Savorgnano milites, Simon de Valvasono miles, Simon et Sandricus de Cucanea, Doymus de Castello, Nicolaus de Prampergo, Vualterpertoldus de Pers, Iacobus della Porta iurisperitus de Glemona, Margaritus et Sithinus de Aquilegia, Nicolussius de Orbiti, Azzolinus iurisperitus, et Missius de Remanzaco de Utino, Hendricus gastaldio et Ottacus de Civitate Austrie, Pertholdus de Attemps, Nihil de Maniaco, Viscardus de Colloreto, Pellius et Bertoldus de Morutio, Federicus de Caporiaco.

Ceteris omissis.

CLXXXXVII.

Udine, 1363, 8 Settembre. — *Il patriarca Ludovico della Torre ed il parlamento friulano chiedono aiuto all'imperatore Carlo IV contro il duca Rodolfo IV d'Austria, narrando le sopraffazioni da lui compiute.*

MSS. A apografo contemporaneo nel formulario del cancelliere Gandiolo nell'archivio capitolare di Udine, molto danneggiato dall'umidità. EDD. ZAHN, *Austrofriulana* n. 163 da A. TESTO da A.

Gloriosissimo et invictissimo principi et [domino nostro] singulari refugio d. Karolo divina favente clementia Romanorum imperatori semper augusto et Boemie regi excellentissimo, Ludovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha imperii sacri princeps una cum prelatis, nobilibus, et communitatibus patrie Foriiulii dicti imperii et Aquilegensis ecclesie fidelibus et devotis, se ipsos cum reverentia debita ad pedes maiestatis Cesaree inclinatos. In amaritudine animarum et cordium anxietate, meroris depromentes lamenta Cesareo vestro culmini demonstramus quod Aquilegensis ecclesia sponsa et mater nostra toti orbi famosa et inclita, et inter sacrosancti Romani imperii ecclesias principatum obtinens, gloriaque libertatis usque ad hec tempora pollens, iugo proh dolor! servitutis submittitur tyrannice una cum predictis fidelibus (a), et irreme-

(a) ZAHN: presbiteris et fidelibus.

diabili desolationi imminent nisi celsitudo vestra, sub cuius protectionis alis velut dicti imperii membrum non infirmum nec asperuendum consistit, adhibeatur in instanti et de subito remedium oportunum. Nam d. dux Austrie indignationem suam et odia contra dictam ecclesiam et nos refricans iam elapsa, gentes armigeras, nulla diffidatione premissa, non obstantibus treugis indictis et firmatis per serenitatem vestram cum eodem duce in quibus sicut imperiales sonant littere sumus inclusi, ad invadendum ecclesiam et nos, atque totius patrie desolationem in non modica quantitate direxit, per suos milites et nuncios me patriarcham requirens ad observantiam omnium et singulorum promissorum per me metu mortis etiam in constantem virum cadentem dum me teneret in suis carceribus alligatum. Que tamen omnia in conspectu serenissimi d. regis Ungarie fratris vestri ipso presente duce revocata fuerunt, alioquin in manu potenti et hostiliter terras, oppida, munitiones et castra dicte ecclesie Matris nostre et nostra suo comminatur dominio subdere, aut ea tradere incendio et rapine, et iam sunt misteria inchoata. Cum igitur constantes simus ad defensionem ecclesie et libertatis nostre totis viribus atque posse: sed ad resistendum potentie dicti ducis simus imbecilles et penitus impotentes, dignetur imperialis sublimitas opponere, quoniam expedit et quelibet dilatio nociva est, remedium celere et iuvamen (1), et ne dicta ecclesia et nos qui speramus et speravimus in vestri culminis dextera protegi et salvari et in treguis inclusi predictis sub securitate vigere, tamquam oves errantes et vendite a proprie nationis laribus abducamus per alienigenas providere. Nam si, quod absit, tam famosum et spectabile membrum predicti imperii sacri ab eius corpore per eiusdem gubernatoris negligentiam aut incuriam absinderetur, non ne ad eiusdem imperii detrimentum cedet, et eius regentis gubernacula improperium sempiternum. Et usque in evum a Karolo quarto Cesare augusto regeque Bohemie eiusque successoribus et heredibus talis et tam ignominiosa infamia non poterit aboleri. Exurgat igitur Princeps mirificus, exurgat in eius virtute regis regum vicarius ut in potentatus sui viribus dissipentur inimici et fugiant. Et qui sacrum odeunt (2) et oderunt imperium sub volatu grandis aquile tremeant et a facie presidentis velut stipula conterrantur. Quod si forsan, quod absit, subsidii et remedii adhibendi protrahatur provisio cum tanto principi et hosti non possimus resistere omni carentes subsidio, nec regem et adiutorem habeamus nisi Cesarem, idem dux omnia occupabit et destruet et amissa heu! libertatis ecclesie et nostre corona, compellemus invitis cervicibus amarissimo subdere colla iugo; et quoniam dux predictus in invasione huiusmodi factus est treguarum indictarum temerarius violator contra ipsum dicti imperii hostem et rebellem notorium in illis partibus potenter insurgat augustus eximius, et ad eius conterendam superbiam exerceat vires suas atque magnificos et potentes dd. ducem Venetiarum, Tervisii, Franciscum de Carrara Padue, Canem de la Scala Veronensis et Vicentine et Nicolaum Marchionem Estensem Mutinensis civitatum atque earum districtuum et alios in Lombardie et Tuscie partibus pro sacra maiestate cesarea vicarios generales per speciales requirat nuntios et litteras eisque iniungat ut in huiusmodi occurrentibus honorem et statum totius sacri concernentibus imperii adversus eundem ducem et ad eius repellendum furorem et refricandum ac impetum, prefate ecclesie et nobis dicti imperii principi et fidelibus potenter adhereant et succurrant. Scripta Utini in castro patriarchali ubi convocatum et congregatum fuit iuxta morem solitum prelatorum, nobilium et communitatum predictorum colloquium generale sub sigillo mei Ludovici patriarche et capitulorum Aquilegensis, Civitatensis atque Utinensis ecclesiarum nec non communitatum earundem atque Glemone de communi omnium voluntate die octavo septembris anno ut supra.

(1) Zahn: dignetur imperialis sublimitas, quoniam expedit, et quelibet dilacio nociva esset, adhibere remedium celere et iuvamen. (2) odiunt.

CLXXXXVIII.

Udine, 1363, 8 Settembre. — *Il patriarca, per deliberazione presa coi sei eletti dal parlamento, ordina al comune di Cividale d'inviare venti pedoni alla badia di Moggio per la difesa di Chiusaforte e del Canal del ferro.*

MSS. A or. cart. nella racc. Concina to. XX f. 20 a S. Daniele. EDD. ZAHN, *Austrofriulana* n. 162, da A. TESTO dal ZAHN.

Ludovicus dei gracia S. sedis Aquilegensis patriarcha. Carissimi fideles, cum dilectus in Christo filius .... abbas Mosacensis nos ac certos fideles nostros requisiverit ut pro defensione sui monasterii ac canalis nostri de Clusa sibi providere deberemus de centum peditibus, quibus habitis non dubitabit quin ipsum monasterium et canalem manutenebit in honorem nostrum et Aquilegensis ecclesie, habita vero diligenti deliberatione, una cum sex ellectis ad hec et alia oportuna per nostros fideles et subditos deputatis, ordinatum est quod omnino subveniri debeat eidem abbati de peditibus antedictis et facta diligenti compensacione, vos tangunt viginti pedites et sic per totam patriam positi sunt secundum possibilitates hominum, fidelitatem vestram requirimus mandantes districte quatenus, sicuti patrie statum et conservacionem diligitis, dictos pedites, visis presentibus, transmittatis, ad hoc ut ipsi una cum aliis, subito, Mocium accedere valeant. Datum in castro nostro Utini, die VIII septembris, indictione prima.

A tergo: Dilectis filiis nostris .... gastaldioni, provisoribus, consilio et comuni nostre Civitatis Austrie.

CIC.

Udine, 1363, 16 Ottobre. — *Francesco di Savorgnan, per ordine del patriarca, scrive al comune di Cividale che nel prossimo giovedì debba intervenire a Udine per deliberare su urgenti provvedimenti.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Bianchi n. 4422 da c. nella racc. Guerra. EDD. inedito. TESTO da B.

Prudentibus et discretis viris gastaldioni, provisoribus, consilio et communi Civitatis Austrie.

Franciscus de Savorgnano cum sinceritate salutem ex mandato mihi per reverendissimum in Christo patrem et d. nostrum patriarcham iniuncto, carissimi, vobis ex dicti mandati auctoritate precipio atque fraterno amore ortor, quatenus die iovis proxime futura in Utino interesse debeatis et placeat ad providendum super arduis eventibus necessarii ipsum dominum nostrum et patriam totam, nos et bona nostra universaliter tangentibus. Datum Utini die lune XVI octobris, indictione I.

CC.

Udine, [1363], 20 Ottobre (a). — *Francesco Savorgnan ordina al comune di Cividale d'inviare a Udine la sua taglia della milizia, come fu deliberato dal parlamento tenuto il giorno precedente.*

MSS. A or. cartaceo molto guasto per l'umidità ed in gran parte illeggibile nel nel R. Museo di Cividale, doc. comunali, busta V^a n. 53. EDD. inedito. TESTO da A.

Franciscus de Savorgnano prudentibus viris gastaldioni provisoribus conscilio et comuni Civitatensi salutem et sincere dilectionis affectum. Prudentie

(a) Attribuisco senza esitare a questo documento l'anno 1363, che corrisponde alla prima indizione, giacchè nel mese d'ottobre di questo anno Francesco Savorgnan, come si può vedere dal documento precedente rappresentava il patriarca ed in suo nome scriveva al parlamento.

ac amicitie vestre constare non dubito quomodo (1) per dd. prelatos, nobiles, habitatores et patrie comunitates reverendissimi domini nostri d. patriarche Aquilegensis eiusque S. ecclesie fideles et subditos die externa et hodie ad requisitionem mei in hac parte dicti domini nostri commissione ac mandato specialiter obtinentes, insimul congregatos inter cetera pro salubri statu ac conservatione patrie dicteque Aquilegensis ecclesie subditorum et fidelium terminatum extitit et provisum quod militie et militiarum talie deberent in patria per augmentatum statum et possibilitatem cuiuslibet augmentari. Cum igitur de militia augmentata huiusmodi elmi viginti et ba(liste) duodecim vos contingat, prudentiam et amicitiam vestram ex parte dd. prelatorum et aliorum .... rogo .... et commissione prefati domini nostri quibus fungor, ut prefertur .... sub pena .... in generali colloquio stabilita pro quolibet .... diebus successivis quibus dicti armigeri defecerint studeatis Utinum accedere .... insignia Aquilegensis ecclesie quo tunc extiterit ordinatum. Si vero dicta die .... iusto aliquo totaliter non habeatis paratos tunc .... veniatis cum omni militia quam potestis colligere consig(nantes?) omnino residuum quod defecerit die dominica tunc sequenti ubi tunc exercitus dicti domini nostri et Aquilegensis ecclesie fuerit sub pena superius declarata. Datum Utini die vigesimo octobris indictione prima.

(*A tergo*: Civitas Austrie).

CCI.

Gemona, 1363, 16 Dicembre. — *Il patriarca invita il comune di Cividale ad inviare al consiglio del parlamento i suoi consiglieri.*

MSS. A or. cartaceo nelle pergamene comunali nel R. Museo di Cividale busta III n. 14. EDD. Zahn, *Austrofriulana*, n. 176 da A. TESTO da A.

Ludovicus dei gracia S. sedis Aquilegensis patriarcha.

Fideles carissimi, volentes super treugis que tractantur seu tractare procurantur per unum ambaxiatorem ad nos per ducale dominium Venetiarum specialiter transmissum, et nonnullis aliis patrie statum tangentibus generalis colloquii consilium celebrare, die mercurii proxima in terra nostra Glemone, fidelitatem vestram requirimus, mandantes districte quatenus sicut patrie statum et conservationem diligitis, consiliarii vestri alias in generali colloquio deputati, debeant consilio huiusmodi, remota causa qualibet, interesse. Datum in dicta terra nostra Glemone, die XVI decembris, indictione prima.

A tergo

Dilectis fidelibus nostris .... gastaldioni, provisoribus et consilio nostre Civitatis Austrie.

CCII.

Cividale, 1364, 16 Febbraio. — *Pre' Leonardo d'Artegna mansionario di Cividale chiede al parlamento di esser risarcito dei danni provenienti da ingiusta cattura.*

MSS. A manca. B c. dagli atti di Guglielmo notaio nel cod. diplomatico Frangipane a Castel Porpeto d'onde c. in racc. Bianchi n. 4439. EDD. inedito. TESTO da B.

Die XVI mensis februarii in Civitate Austria, in patriarchali palatio. Presentibus nobilibus viris dd. Francisco milite de Savorgnano, Simone milite de Valvasono, Odorico milite et Simone de Chucanea, Nicholao de Prampergo,

(1) A como.

Nicolao q. Trufulini de Attens iurisperito etc. Venerabilis vir d. presbiter Leonardus de Artinea mansionarius Civitatensis ibidem coram d. nostro d. Ludovico dei gratia patriarcha Aquilegensi et prelatis aliis et multis nobilibus ad generale colloquium congregatis personaliter constitutus dixit et conquerendo exposuit quod dum ipse veniret de Utino in Civitate Austria apud la Turrim per Utunellum q. Ugonis de Civitate predicta et certos eius socios captus fuit et in Ragonea in fundo turris castri de Ragonea captivatus utique et carceratus ipse plurima dampna sustinuerit et expensas; quare prefatum d. Ludovicum patriarcham precabatur ut modum talem reperire debeat quod de damnis et expensis .... protestans prefatus d. Leonardus .... non ut aliqua eidem Utunellum aut sociis eius pena sanguinis seu criminalis imponeretur, sed tantum de dampnis et expensis ....

CCIII.

Udine, 1364, 24 Febbraio. — *Il patriarca invita il comune di Cividale a mandare il suo rappresentante al consiglio del parlamento.*

MSS. A or. nelle perg. comunali, nel R. Museo di Cividale, busta III n. 18. EDD. ZAHN, *Austrofriulana*, n. 180 da A. TESTO da A.

Ludovicus dei gracia S. sedis Aquilegensis patriarcha.

Carissimi, volentes super mittendis ambaxiatoribus ad d. imperatorem et regem Ungarie cum deliberatione consilii deputati per generale colloquium providere, fidelitatem vestram requirimus, vobisque mandamus quatenus die iovis proxima Utini in castro nostro, una cum aliis consiliariis, unus vestrum accedat et dicto consilio intersit, omni excusacione remota. Datum Utini, die XXIII februarii, indictione II.

A tergo

Dilectis fidelibus nostris .... gastaldioni, provisoribus et comuni nostro Civitatis Austrie.

CCIV.

Udine, [1364, 25 Giugno]. — *Il consiglio del comune di Udine dichiara di esser pronto a prestare la taglia contro Rosazzo, purchè però ciò sia deliberato dal parlamento; ritiene che, per ora, convenga cercar di ottenere la concordia.*

MSS. A or. nell'arch. municipale presso la biblioteca civica di Udine. B c. nella racc. Bianchi n. 4447. EDD. inedito. TESTO da B.

Super facto de Rosaciis, et propositis ex parte d. patriarche contra d. Nicolaum de Strassoldo per d. Prizavalum vicarium in spiritualibus generalem, et d. capitaneum terre Utini petentem taliam sibi prestari et ultra taliam: deliberatum fuit quod quandocumque per generale colloquium provisum et deliberatum fuerit contra dictum locum de Rosaciis per nos bene et legaliter talia nostra prestetur et fiat sicut per alios de Foroiulii demonstrabitur in bonum.

Sed interim cum domino nostro predicto inquiratur de concordia, et si potest tractetur ne ad peius deveniatur.

CCV.

Udine, 1364, 7 Luglio. — *Il parlamento giudica ingiusta la cattura fatta da Tristano* [*de Portis*] *di due abitanti di Gagliano, durante le tregue.*

MSS. A manca. B c. nell'archivio dei conti Puppi a Villanova d'onde c. nella racc. Ioppi. EDD. inedito. TESTO da B.

Anno a nativitate domini MCCCLXIV (a), ind. II, die VII iulii in Utino in sala inferiori patriarchalis palatii, congregato colloquio generali patrie Foriiulii in quo interfuerunt dd. episcopus Caprulensis locumtenens Ludovici patriarche qui tunc ut dicebatur infirmabatur, Guido abbas Mosacensis loco d. episcopi Concordiensis, Ambrosius de la Turre, Mattheus de Motio canonici Aquilegenses, Biaquinus de Porcileis, Franciscus miles, Paganus miles de Savorgnano, Nicolussius Warbitti de Utino, Rodulphus, Stephanus Virgilii, Altresinus de Civitate et quamplures comunitatum, nobilium et francorum terre Foriiulii.

Constitutus Zenonus et Martinus Futerli de Gallano proposuerunt quod Tristanus q. d. Philippi de Civitate contra deum et iustitiam super strata publica eundo de Utino Civitatem eos cepit, pace ac treugis existentibus et fecit sibi facere securitatem de CCCC marchis denariorum vel de redeundo ad carceres: unde instant suppliciter ut providere debeant de oportuno iuris remedio. Super quo petito, deffinitum et signatum fuit per omnes quod dicti Zenon et Martinus non debeant redire ad carceres nec aliquid solvere, imo debeant esse perpetuo absentes a carceribus huiusmodi et securitates per eos prestite in nichilum teneantur ipso Tristano.

Cum omni meliori modo etc.

CCVII.

Padova, 1364, 13 Agosto. — *Il patriarca d'Aquileia insieme al consiglio del parlamento stringe alleanza con Francesco da Carrara signore di Padova.*

MSS. A or. nella racc. Ioppi. EDD. ZAHN, *Austrofriulana* n. 184 da A. TESTO da A.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCLXIV, indictione secunda, die XIII augusti. Cum duces Austrie et non nulli alii moti cupidine dominandi Aquilegensem ecclesiam et patriam Foroiulii, et invadendi ac ledendi statum infrascriptorum dominorum hostiliter contra ipsos eorumque servitores et fideles conarentur insurgere, et predictum eorundem statum subiicere scandalis et pressuris, ecce quod necessitate vigente et evidenti suadente utilitate, auctore deo et beata virgine gloriosa, cuius in hac parte res agitur, ut idem status predictorum inscriptorum dominorum feliciter peragatur, nulliusque diminutionis iniuriam subeat, aut cuiusvis derogationis sustineat detrimentum venerabilis vir d. Percivallus de Alleriis de Ast prepositus S. Stephani prope Aquilegiam, reverendissimi in Christo patris et dd. Ludovici dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarche dignissimi in spiritualibus vicarius generalis, et circumspectus vir Nicolaus olim filius Manini de Florentia civis Utinensis, sindici et procuratores eiusdem d. patriarche et consiliariorum ipsius electorum et assumptorum in generali colloquio prelatorum, nobilium, communitatum et universitatum totius patrie Foroiulii, ut de electione et assumptione et potestate eis concessa constat per publicum instrumentum scriptum manu Gandioli notarii filii Iohannis de Sancto Vito officialis et scribe dicti d. patriarche sub instantibus millesimo et indictione die septimo mensis iulii proxime elapsi, de man-

(a) nella raccolta Ioppi esiste una seconda copia di questo stesso documento tratta dalle schede del Padre B. M. de Rubeis nella R. biblioteca Marciana di Venezia; essa porta la data 1360, 6 Luglio che però non corrisponde alla seconda indizione.

dato vero constat per publicum instrumentum, scriptum manu Odorici q. Andree
de Utino Aquilegensis diocesis imperiali auctoritate notarii presentibus millesimo
et indictione die quarti mensis augusti presentis, et procuratorio et sindacario
nomine supradicti d. patriarche et consiliariorum predictorum videlicet venera-
bilis patris d. fratris Guidonis dei gratia abbatis monasterii Mosacensis, nec
non nobilis d. Biachini honorabilis comitis de Porcileis, ac nobilium Francisci
de Savorgnano et Symonis de Valvesono amborum militum, eximie sapientie
viri d. Iacobi de la Porta de Glemona in iure civili licentiati, atque providorum
virorum Altrusini de Civitate Austria et Margariti de Clugia civis Aquilegensis
et successorum et heredum ipsorum, nec non vice et nomine colloquii generalis
prelatorum, nobilium et communitatum patrie Foroiulii ex parte una, nec non
profunde sapientie vir d. Bartholomeus de Placentinis de Parma legum doctor
q. d. Rolandi de Placentinis de Parma generalis vicarius et nobilis vir Fran-
ciscus dictus Checus q. d. Petri de Leone civis Paduanus ambo honorabiles
consiliarii magnifici dd. Francisci de Carraria Civitatis Padue et tunc pro sacra
imperiali maiestate vicarii generales procuratores et sindici ac procuratorio et
sindacario nomine ipsius, prout de procuratorio et sindacatu ipsorum patet
publico instrumento scripto manu Nicoletti de Alexio de Capiteystrie notarii
in predictis anno et indictione die undecimo mensis augusti predicti a nobis
infrascriptis notariis visis et lectis parte ex altera, volentes quibus supra nomi-
nibus contra duces predictos, nec non contra alios quoscumque qui ex adverso
consurgerent contra statum contrahentium et costituentium predictorum se co-
niungere et unire ut communibus eorum viribus et actionibus cumulatis status
sui integritati possint feliciter providere, ad honorem et laudem dei omnipo-
tentis et beate Marie virginis matris eius, sancteque matris ecclesie, d. nostri
pape, et ad honorem et gloriam sacri romani imperii et d. Karoli romanorum
imperatoris et cetera nec non serenissimi principis d. Ludovici Ungarie regis
incliti, cuius voluntati, protectioni et beneplacito in infrascriptis et aliis dicte
partes expresse et specialiter se submittunt, ex certa scientia et expresse fece-
runt, inierunt et contraxerunt ad invicem unionem, confederationem et ligam
per modum qui sequitur.

Primo enim fecerunt et compleverunt unionem, confederationem et ligam
contra dictos duces, et ipsorum servitores, auxiliatores, fautores et cohopera-
tores pacto et conventione appositis hinc inde solemni stipulatione vallatis,
quod tam in dictorum dominorum territoriis et districtibus quam extra et ubique
locorum contra predictos omnes et singulos se invicem adiuvabunt et sibi invicem
adiuvabunt et sibi invicem participabunt auxilium, consilium, et favorem tam in
offendendo quam in defendendo ut requirit cuiuscumque expeditionis negotium.

Item contra aliam quamcumque personam et personas, commune, collegium
et universitatem facientem et insurgentem contra statum partium predictarum
similiter per modum predictum favoris, auxilii atque consilii assistentiam sibi
invicem accomodabunt, in suis territoriis dumtaxat et districtibus et non extra,
et intelligatur fieri contra statum contrahentium, seu eorum quorum nomine
contrahitur, si fiat incursus gentium armigerarum per modum derobandi palam,
et per viam guerre, de centum numero excedentium; secus si gens predicta
irrueret ut irruunt robatores viarum principaliter causa lucri.

Item quod idem magnificus d. Franciscus de Carraria contra eosdem duces
et ipsorum servitores, auxiliatores, fautores et cohoperatores ut supra, et tam
ad defendendum ubique locorum et contra alium quemcumque facientem contra
statum dicti d. patriarche seu Aquilegensis ecclesie et patrie Foroiulii in terri-
torio d. patriarche tantum et eius subditorum dare et tenere tenetur et debet
irrevocabiliter et hoc actualiter guerra vigente propriis ipsius d. Francisci de
Carraria sumtibus et expensis armigeros equestres ducentos; d. vero patriarcha
et sui fideles et subditi contra dictos duces et ipsorum servitores, auxiliatores,
fauctores et cohoperatores ut supra, ubique locorum et tam ad offensam quam
ad defensam et contra alium quemcumque facientem contra statum ipsius d. de
Carraria in territorio ipsius dumtaxat, ut supra est expressum, dare et tenere
tenentur et debent suis sumtibus et expensis quinquaginta armigeros equestres,

et nihilominus expensis ipsius d. de Carraria armigeros equestres centum, qui pro eo tempore quo obsequentur et stabunt in servitio dicti d de Carraria, habeant et habere debeant stipendium consuetum, sub quo stipendio teneantur obedire, obsequi et servire ubique, more aliorum stipendiariorum dicti d. de Carraria.

Item contrahentes predicti quibus supra nominibus per expressum pactum et ex certa scientia se obligando sibi invicem, promiserunt quod in casu necessitatis et cum evidens utilitas suadebit, sibi invicem servient de maiori summa gentium suo posse ut expeditionis requiret instantia, intelligendo bona fide, sine fraude, dolo et cavillatione quacumque, et fiant, ac fieri debeant predictarum gentium contributiones, quia sic convenit inter partes ut superius est expressum, nisi pars que contribuere deberet, haberet evidenter sic potentem guerram in territorio suo, quod verisimiliter sine periculo subversionis status contribuere debentis, non posset fieri contributio prelibata. Preterea tenentur et debent partes predicte toto posse eorum impedire, defendere et prohibere per omnem modum et viam sicut melius fieri poterit, transitum et adventum quarumcumque gentium contra partes predictas insurgentium ex adverso, et transire volentium ad offensam et dampnum amborum partium vel alterius earumdem, ubicumque expediens fuerit et opportunum.

Ceterum si per gentes d. patriarche prefati acquireretur aliquod, non existentibus in patria Foroiulii gentibus eiusdem magnifici d. de Carraria, tunc illud, acquisitum quodcumque sit, illud sit et esse debeat Aquilegensis ecclesie. Alioquin si in acquisitione predicta adesset in subsidium gens d. de Carraria tunc si illud acquisitum esset ecclesie Aquilegensis, libere ipsi ecclesie relaxetur, hoc tamen adiecto, quod ubi illud quod acquireretur acciperetur violenter per gentes predictas, taliter quod ex hoc habere deberent pagam duplam et mensem completum et emendas equorum, tunc d. patriarcha et sui teneantur ad solutionem et satisfactionem omnium predictorum. Si vero illud acquisitum non esset Aquilegensis ecclesie, nec in patria Foriiulii, sed ducum Austrie vel aliorum, si dictum acquisitum est positum in locis et partibus Foroiulii et in partibus eis contiguis et vicinis, tunc illud acquisitum sit et esse debeat d. patriarche et sue Aquilegensis ecclesie prelibate libere et expedite, salvo eo quod de paghis duplis, et mense completo et emendis equorum superius est scriptum que et hic similiter appositum intelligantur. Et versa vice per omnia intelligatur idem de omni eo quod acquireretur in locis et partibus contiguis et vicinis civitatibus Padue, Feltri et Belluni, et ipsarum districtibus et locis, quod sit et esse debeat libere ipsius magnifici d. de Carraria, et etiam idem intelligatur quoad pagas duplas et mensem completum et equorum emendas gentibus d. patriarche prefati Aquilegensis ecclesie et patrie Foroiulii et subditorum ipsius fiendas, que interessent acquisitioni predicte in casibus consimilibus iis qui superius continentur. Nihilominus ubi contingerit partes predictas inire certamen, sive committere prelium campestre cuius occasione paghe duple solvi deberent, mensis completus et equorum emenda, tunc gentibus suis utraque pars solvere et satisfacere teneatur, et captivi habiti in prelio, seu occasione et pretextu prelii utriusque partis pro rata gentium que ibi fuerint, sint et debeant esse communes.

Quam quidem unionem, ligam et confederationem fecerunt et compleverunt qui supra nominibus idem constituti firmiter et inviolabiliter duraturam ex nunc usque ad festum S. Martini anni domini millesimi trecentesimi sexagesimi septimi indictionis quinte, et non antea finiendam. Quo termino pendente et unione durante, neutra partium, nec aliquis subditus dictarum partium cum dictis ducibus, eorum servitoribus, auxiliatoribus, fauctoribus et cohoperatoribus ut supra, universaliter, vel particulariter habere, facere et tractare possit pacem, treugam, inducias, sustinimentum, vel aliquod pactum guerre contrarium sine expresso consensu et voluntate partis alterius. Insuper neutra dictarum partium, nec aliquis subditus dictarum partium possit facere, aut tractare pacem, treugam, substinimentum vel aliquod pactum guerre contrarium cum aliqua alia persona et personis, communi, collegio et universitate faciente seu facientibus, insur-

gente seu insurgentibus ex adverso contra statum suum, nisi in pace, tregua, sustinimento et pacto expresse et effectualiter non includatur pars altera sub illis pactis, clausulis, et clausularum continentia, conventionibus et favoribus pacis et concordii, sub quibus includeretur pars contrahens et faciens predicta.

Quam quidem unionem, ligam et confederationem et unionis, lighe et confederationis contractum fecerunt et compleverunt dicti contrahentes et constituti nominibus quibus supra. Promittentes sibi vicissim et ad invicem solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus ipsum contractum et omnia in ipso comprehensa attendere et observare ac perficere et complere et in nullo contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa de iure vel de facto per se vel alios, directe vel indirecte, publice vel occulte sub pena decem millium ducatorum boni auri et iusti ponderis atque lige in singulis capitulis et clausulis istius contractus solemni stipulatione interveniente premissa, et nihilominus refectionis dampnorum et expensarum, ac interesse. Que quidem applicari debeat parti attendenti; que etiam toties committatur et exigi possit, quotiens fuerit in singulis capitulis huius contractus contraventum vel factum; et pena soluta vel non, seu gratiose remissa, presens contractus nihilominus et omnia in eo posita et inserta in sua permaneant firmitate: et nihilominus pena et sors, seu dampna, expense et interesse possint peti coram sanctissimo d. nostro d. papa, sacraque imperiali maiestate, illustrissimo principe d. Ludovico digno dei gratia Ungarie rege et in omni loco et foro, quia sic per expressum pactum convenit inter partes. Renunciantes dicte partes nominibus quibus supra fori, privilegio, exceptione, doli, mali et .... (1) actioni, condictioni sine causa, vel ex iusta causa, et exceptioni non sic factarum obligationis, promissionis, pacti atque contractus, et omni alie exceptioni, defensioni ac legum et iuris tam canonici quam civilis auxilio quibus idem contractus in toto vel in aliqua parte sui possit minui vel infringi, vel ei in aliquo derogare.

Pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis, complendis et perficiendis obligaverunt dicte partes nominibus quibus supra, omnia eorundem, quorum nominibus contrahitur, constituentium, successorum et heredum suorum, prelatorum, nobilium, communitatum, universitatum et singularum personarum bona mobilia et immobilia presentia et futura, que quidem nomine partis lese et non contravenientis in premissis obligationibus, promissionibus et pactis precario nomine se constituunt possidere, donec pars predicta non contrafaciens et non deficiens ut premittitur ipsorum bonorum possessionem accipiet corporalem, quam accipiendi propria auctoritate et retinendi, et sine licentia alicuius iudicis vel magistratus, et illa vendendi, distrahendi et alienandi et se indempnem servandi, tam de pena quam de expensis, interesse, damnis et aliis sibi licentiam omnimodam quibus supra nominibus dederunt et concesserunt; et nihilominus ut presens contractus et eius effectus facilius et firmius suos felices exitus producere valeat, iuraverunt ad sancta dei evangelia dicte partes quibus supra nominibus corporaliter tactis scripturis observare et perficere omnia et singula hoc instrumento comprehensa, et in nullo contrafacere vel venire.

In cuius rei testimonium et futuram memoriam premissorum facient et procurabunt, ac facere et procurare promiserunt iidem procuratores et sindici constituti quod dicti d. patriarcha ac eius capitulum Aquilegense, et magnificus d. Franciscus predictus constituentes et consiliarii dicti d. patriarche supra nominati et alii ipsius d. patriarche prelati subditi nobiles et communitates suo apponent huic instrumento sigilla in signum approbationis, ratificationis et prestiti expresse consensus ad ista. De quibus omnibus suprascriptis ego Petrus notarius infrascriptus rogatus feci una cum Nicolao de Alexio notario infrascripto ad ipsarum partium requisitionem conficere unum et plura et quot quot necessaria fuerint publica documenta. Acta fuerunt hec in civitate Padue in cancellaria magnifici d. de Carraria subscripti millesimo, indictione et die suprascripto. Presentibus nobilibus viris d. Loysio q. d. Martii de Forrate de Contrata S. Nicolai, d. Zanini q. d. Philippi de Paragha de Contrata S. Lucie

(1) ZAHN legge: infectus.

militibus, et sapiente viro d. Iacobo q. d. Bortholomei de Sancta Cruce legum doctore de contrata porte Tadorum civibus Paduanis testibus et aliis vocatis ad hec specialiter et rogatis.

Ego Petrus q. d. Franceschini de Fosdenova Lunensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius ac patriarchalis curie Aquilegensis officialis et scriba omnibus et singulis suprascriptis dum per partes suprascriptas, seu ipsarum partium sindicos et procuratores agerentur et fierent, una cum dictis testibus et Nicoletto notario infrascripto presens fui, eaque scripsi, et in hanc publicam formam redegi, meque huic instrumento publico inde subscripsi, et signum meum consuetum apposui requisitus.

Ego Nicolettus filius Petri de Alexio Capitehystrie, qui habito Padue in quarterio et centenario Domi, ac contrata S. Petri, publicus imperiali auctoritate notarius et suprascripti magnifici d. de Carraria scriba, omnibus et singulis suprascriptis, dum per partes suprascriptas, seu ipsarum partium sindicos et procuratores agerentur et fierent una cum dictis testibus et ser Petro notario suprascriptus presens fui, meque huic instrumento publico inde confecto subscripsi, et signum meum consuetum apposui requisitus.

CCVII.

Cividale, [1364], 31 Agosto. — *Il patriarca Ludovico con l'autorizzazione del parlamento commette ad Artusino da Cividale di arruolare fino a duecento cavalli armati.*

MSS. A apografo contemporaneo nel formulario del cancelliere Gandiolo nella raccolta Bini to. XLVII f. 50 nell'archivio capitolare di Udine. EDD. ZAHN, *Austrofriulana* n. 156 da A. TESTO da A.

Nos Ludovicus dei gratia S. sedis Aquileiensis patriarcha notum fore volumus universis quod cum oporteat nos necessarie pro defensione ecclesie nostre et patrie Foriiulii invenire et habere gentes armigeras ad nostra stipendia et hoc ex consilio et deliberatione nostris et consiliariorum nobis deputatorum per colloquium generale; nos confidentes de fidelitate et industria dilecti fidelis nostri Artusini de nostra Civitate Austria, sibi presentium tenore committimus et damus sibi in mandatis expresse ut ipse usque ad numerum ducentorum equitum armatorum ad nostra et dicte nostre ecclesie stipendia inveniat undecumque et ubicumque illos poterit invenire. Nos enim eidem Artusino inveniendi huiusmodi armigeros pactandi et conveniendi cum ipsis de stipendio debito et ad tempus nec non promittendi nostro et ecclesie predicte nomine de solvendo et satisfaciendo eisdem stipendiariis de ipsorum stipendio et ad hec obligandi bona nostra et dicte ecclesie cum obligationibus et solemnitatibus debitis et oportunis, plenam et omnimodam concedimus potestatem. Promittentes nostro et predicte ecclesie nomine omnia premissa conventa et ordinata per ipsum Artusinum in premissis et circa premissa habere firma rata et grata et ea effectualiter adimplere, ad hec omnia bona nostra et prefate ecclesie solemniter obligantes. Harum sub nostri etc.

Data in nostra patriarchali Civitate Austrie die ultimo augusti anno ut supra.

CCVIII.

Udine, [1364, 16 Ottobre] (a). — *Il consiglio del parlamento dà al patriarca il parere che venga mandata ad esecuzione la condanna pronunziata dal maresciallo patriarcale contro i signori di Spilimbergo rei di ribellione e d'altri delitti.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Pirona nella biblioteca civica di Udine. EDD. ZAHN, *Austrofriulana* n. 198 da B. TESTO da B.

Die predicto. Actum Utini Aquilegensis diocesis. In camera superioris turris patriarchalis palatii consilium generale celebratum fuit per reverendissimum in Christo patrem et d. Ludovicum patriarcham Aquilegensem predictum in quo interfuerunt venerabiles viri dd. abbas Mosacensis, Guido Concordiensis prepositus, Prizavallus de Oleriis de Asto S. Stephani prope Aquilegiam prepositus, nobiles viri dd. Franciscus miles de Savorgnano, Panzera, Cappo, et Ludovicus de la Turre, Nicolussius de Villalta, Nicolaus de Strassoldo, Ulvinus de Prampergo, Bregogna de Sbrogliavacha, Iohannes de Pulcinico et Tatarus de la Frattina, sapiens vir d. Iacobus de la Porta de Glemona in iure civili licentiatus, discreti viri ser Nicolussius Orbiti de Utino, Iohannes q. d. Gubertini Utini habitantis et Gandiolus de S. Vito ambo notarii dicti d. patriarche in dicto consilio per dictum d. nostrum d. patriarcham et de ipsius mandato congregato ut moris est, supradicti omnes processus et sententie lecti, lecteque et ad intelligentiam declarati, declarateque per omnes supradictos consiliarios, nemine penitus discrepante, consideratis nefandis et scellerosis machinationibus per prefatos dominos de Spegnimbergo continue perpetratis, et in quibus perseverare non cessant, fuerunt affirmati et approbati: ac ibidem consultum et determinatum fuit per omnes supradictos consiliarios nemine discrepante, quod supradictus d. commissarius et ipsius d. nostri d. patriarche marescalchus cum potentia sua et dicti d. patriarche, ut iustitia suum sortiatur effectum, dictos omnes processus et sententias exequi, et executioni, iuxta eorum continentiam, tanquam rationabiles et iuste secundum consuetudines et ritum patrie Foriiulii formatas mandare debebat, in quibus omnibus supra rogatus fui ego Nicolaus notarius filius ser Manini de Florentia Utini habitans publicum et publica conficere instrumenta.

CCIX.

Udine, [1365, 1 Aprile]. — *Spese sostenute dal cameraro di Udine in occasione che il conte di Gorizia celebrò, in pieno parlamento, la pace ed alleanza col patriarca.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Bianchi n. 4473 dal registro originale già esistente nella raccolta Ciconi a S. Daniele. EDD. inedito. TESTO da B.

Dicta die dedi .... pro sexdecim curribus lignorum donatis d. comiti Goricie tempore quo facta fuit in pleno colloquio pax et unio perpetua inter d. patriarcham Ludovicum et ipsum d. comitem, pro cochina sua; item pro quatuor cereis et candelis de cera ponderis XXII librarum et unciarum duarum etc; item pro XII libris confectionum; item pro LX stariis anone; item pro VI curribus feni donatis d. comiti.

(a) La data risulta dagli atti che precedono nei quali è contenuto il processo e la condanna dei signori di Spilimbergo condannati al bando perpetuo dagli stati Aquileiesi per sentenza del maresciallo patriarcale. I signori di Spilimbergo erano rei d'aver capitanata la fazione austriaca in Friuli contro il patriarca; Walterpertoldo di Spilimbergo comandava l'esercito del duca Rodolfo IV, quando questo fu sconfitto a Fagagna dai patriarcali comandati da Francesco di Savorgnano. Gli atti del processo sono stati editi integralmente dallo ZAHN, *Austrofriulana* numero 198 e m'è parso inutile riprodurli qui di nuovo.

CCX.

[Udine], 1365, 3 Aprile. — *Il parlamento vieta la ricostruzione dei castelli distrutti.*

MSS. A manca. B regesto nei memoriali del notaio Antonio Belloni (del sec. XV) esistenti nella biblioteca civica di Udine d'onde c. nella racc. Bianchi n. 4481. EDD. inedito. TESTO da B.

Manu ser Allegretti notarii: in colloquio parlamenti in MCCCLXV die tertia aprilis, firmante d. patriarcha Ludovico, quod castella non debeant reedificari (a).

CCXI.

Udine, 1365, 3 Aprile. — *Il patriarca Aquileiese, i capitoli della detta chiesa e il parlamento friulano stringono patti col conte di Gorizia per regolare i reciproci rapporti durante la vacanza della sede.*

MSS. A manca. B c. nel codice diplomatico Frangipane da cui c. nella raccolta Bianchi n. 4482. EDD. Joppi, *Documenti Goriziani*, n. CCLXIII. TESTO da B.

In nomine Iesu Christi a quo cuncta bona procedunt. Ut inter reverendum in Christo patrem et dd. Lodoicum dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcham suo, successorum suorum ac S. Aquilegensis ecclesie, nec non capituli eiusdem, atque prelatorum, nobilium et communitatum dicte ecclesie fidelium nominibus ex parte una: ac magnificum et potentem d. Meynardum spectabilem comitem Goritie et Tyrolis, Aquilegensis, Tridentine et Brixinensis ecclesiarum advocatum, suo et heredum, ac fidelium et subditorum suorum nominibus ex parte altera pax vera et perpetua vigeat, et in vero pacis auctore sinceris amoribus augeatur continuo, dicteque partes honoribus, iuribus, et iurisdictionibus ipsarum pacifice et feliciter gaudeant et utantur ad laudem et honorem omnipotentis dei, eiusque virginis matris gloriose et totius celestis curie atque S. apostolice sedis imperialisque culminis in pleno et generali colloquio in castro Utini ad infrascripta vocato specialiter et solempniter congregato: iidem principes fraterna dulcedine ad invicem convenientes cum approbatione, communi consensu et collaudatione omnium prelatorum, nobilium et communitatum utriusque partis dicto interessentium colloquio ad infrascripta pacta, conventiones et federa pacis, unionis et concordie devenerunt.

Videlicet primo quod dictus d. comes eiusque heredes masculi ex ipso perpetuo descendentes habeant et habere debeant suam advocatiam in supradicta ecclesia Aquilegensi cum omnibus iuribus, honoribus, comoditatibus, emolumentis et consuetudinibus quibuscumque ad ipsam advocatiam spectantibus. Si vero contigerit dictum d. comitem decedere sine heredibus masculis ab eo descendentibus, quod deus advertat, tunc ipsa advocatia remaneat d. comiti Alberto fratri suo eiusque heredibus masculis ab eo similiter descendentibus, ut prefertur, ipso d. comite Alberto et suis heredibus predictis promittentibus et observantibus efficaciter et bonafide omnia hec pacta inserta.

Item quod tempore vacationis dicte ecclesie Aquilegensis prefatus d. comes suique heredes masculi ab eo descendentes, ut prefertur, habere debeant pro quolibet mense libras parvorum mille de bonis, que ad ipsum d. patriarcham specialiter spectant, idest ad mensam patriarchalem, usque ad adventum futuri

(a) La deliberazione è certamente correlativa alla distruzione di Zuccola ed Uruspergo castelli dei ribelli Spilimbergo e Villalta avvenuta nel 1364 (ved. De Rubeis, App. p. 43). Nell'*Otium foroiulense* del Guerra to. XXXV p. 160 trovasi questa nota estratta dai perduti libri *variorum* del notaio e storico cividalese del cinquecento Antonio Nicoletti: (1365) 7 aprilis, in parlamento d. Ludovicus patriarcha terminat castra non esse reedificanda. Quanto alla data, preferisco quella del Belloni, giacchè sappiamo da altri documenti che il 3 aprile, venne riunito il parlamento.

patriarche, vel vicariorum suorum cum litteris papalibus, et ipsius patriarche futuri ad partes Foriiulii. Ita quod de hoc nobiles et communitates patrie Foriiulii ipsum d. comitem teneantur fideliter adiuvare, sibique eorum prebere favorem, ut ipsam pecuniam mense quolibet integre percipiat cum effectu.

Item quod tempore vacationis huiusmodi cum vicedominus creatus fuerit per decanum, canonicos et capitulum Aquilegense, quandocumque indigeret generali colloquio ex tunc idem vicedominus ad comitem Goritie tamquam ad advocatum ire debeat vel suum ambaxiatorem sufficientem mittere, si in Goritia aut Foroiulii fuerit, et si non esset ad capitaneum Goricie. Et tunc mediante prefati d. comitis, vel dicti eius capitanei consilio colloquium huiusmodi, prout est moris convocare debet et diem et locum ordinare. Ad quod colloquium prelati, nobiles et communitates dicte patrie debeant convenire et interesse; et ita cum consilio ipsius d. comitis, vel dicti eius capitanei, ac omnium subditorum et fidelium ipsius Aquilegensis ecclesie debent in dicto colloquio negotia patrie Foriiulii ordinare et disponere; ac castra, loca et munitiones singulas dicte ecclesie Aquilegensis ponere in manibus fidelium subditorum eiusdem ecclesie. Si vero prefatus d. comes, vel dictus eius capitaneus colloquio huiusmodi interesse non posset, seu nollet, tunc idem vicedominus sine ipsis colloquium predictum valeat celebrare.

Item quod prefatus d. comes tamquam advocatus et defensor predicte ecclesie Aquilegensis teneatur et debeat d. patriarcham predictum suosque successores ac Aquilegensem ecclesiam eiusque subditos et fideles in eorum iuribus adiuvare et defendere in advocatia contra omnes volentes ipsos quomodolibet molestare sicut tamquam advocatus tenetur. Et prefatus d. patriarcha suique successores, subditi et fideles teneantur ipsum d. comitem suosque heredes conservare et adiuvare in iure advocatie sue antedicte.

Item si contentio seu questio aliqua verteretur inter prefatos dominos, aut eorum subditos et fideles occasione aliquarum possessionum vel bonorum, tunc per partes huiusmodi eligi debeant tres boni viri non suspecti, qui contentiones seu questiones huiusmodi cognoscere debeant et amicaliter terminare.

Item quod securitate prestita per subditos d. comitis domino patriarche, et e contra in derogationem utriusque partis hinc inde libere relaxentur cum hoc, quod subditi eiusdem occasione sacramentorum predictorum nullam erga ipsos dominos pati debeant penam in bonis eorum quibuslibet vel personis imo debeant in amore et gratia dictorum dominorum libere permanere; excepto specialiter et nominatim Francisco de Castilerio qui cum filiis seu heredibus ex eo legitime descendentibus in presentis relaxationis capitulo minime includantur, imo ipso capitulo non obstante possint in servitiis et subiectione dicti d. comitis permanere, et salvis semper et specialiter reservatis omnibus et singulis iuribus, litteris, privilegiis, cartis et pactis que prefati domini habent et quomodolibet habere videntur. Que omnia per pacta vel presentes conventiones non debent esse cassa. Preterea prefatus d. patriarcha per se suosque successores ac vice et nomine supradicte ecclesie Aquilegensis fidelium et subditorum eius ex una parte, et nominatus d. comes pro se suisque heredibus, ac vice et nomine omnium fidelium et subditorum suorum ut supra scriptum est parte ex altera pure, mere et unanimi voluntate et affectu fecerunt et tenore presentium expresse faciunt ad instantiam perpetuam et indissolubilem unionem, confederationem et ligam, ita videlicet quod preter contra dd. summum pontificem et imperatores suprascriptos una per aliam, et alia aliam teneatur fideliter adiuvare in toto ipsarum partium dominio et districtu, toto posse, bona fide et sine fraude contra omnes et singulas personas tam ecclesiasticas quam seculares cuiuscumque status, gradus et conditionis existant, ecclesiam Aquilegensem eiusque subditos et fideles molestantes, seu intendentes molestare, vel aggravare, iuraque eorum minuere, vel turbare, et preter etiam contra d. patriarcham (a) durante liga et unione quam presentialiter habet cum supradicto d. patriarcha.

(a) Così B; dovrebbe essere però probabilmente: d. Carariensem, riferendosi alla lega fra questi e il patriarca. V. sopra n. CVII.

Item quod si castra, seu fortilicia aliqua in patria Foriiulii, vel alibi acquirerentur, que essent feudum vel modo aliquo spectarent ad ipsum d. patriarcham vel Aquilegensem ecclesiam, aut eius servitores et subditos tunc remanere debeant dicto d. patriarche et Aquilegensi ecclesie, vel eius servitoribus et subditis antedictis. Et si aliqua castra seu fortilicia acquirerentur in Foroiulii vel alibi que essent feudum vel modo aliquo spectarent ad ipsum d. comitem, vel eius servitores et subditos, tunc eidem d. comiti remaneant eodem modo; si vero aliqua castra, seu fortilicia in Foroiulii, vel alibi acquirerentur, que non spectarent ad aliquem ipsorum tunc equaliter dividi debeant inter dominos supradictos, excepto quod d. patriarcha, nobiles et communitates Foriiulii sepedictum d. comitem adiuvare debeant in acquirendo castrum de Sonnimberch, et si acquiretur libere remaneat d. comiti antedicto.

Item quod una pars sine alia non debeat facere pacem, treugas, substinimentum seu aliquem actum guerre contrarium ullo modo.

Item quod omnes et singulos captivos qui per gentes ipsorum dominorum, cum simul fuerint, captiventur, inter se dividere debeant et distribuere secundum ipsorum dominorum gentium equestrium quantitatem.

Que omnia et singula suprascripta in pleno parlamento seu colloquio suprascripto supranominate partes fide data manuali, nec non per sacramentum, ibidem tam per easdem partes, quam earum fideles et subditos in eodem constitutos colloquio hinc inde solempniter et expresse prestitum promiserunt sibi ad invicem perpetuo pura fide et sine fraude attendere, perficere et complere ac inviolabiliter in omnibus observare, numquamque contra predicta vel predictorum aliquod per se vel alios dicere, facere, vel venire de iure vel de facto ratione aliqua, sive causa. In quorum omnium testimonium et perpetuum plenum robur predicta omnia de mandato et communi voluntate supradictorum dominorum patriarche et comitis, nec etiam de voluntate unanimi et consensu omnium fidelium et subditorum suorum in dicto existentium colloquio, ut prefertur, predicta omnia suprascripta et in hanc formam publicam per me Nicolaum notarium infrascriptum redacta sunt.

Acta sunt hec in patriarchali palatio, Utini in generali colloquio antedicto, die tertia aprilis, anno dominice nativitatis MCCCLXV, indictione tertia, ubi interfuerunt venerabiles viri dd. fratres Guido Mosacensis et Matheus Biliniensis abbates, Ambrosius de la Turre Aquilegensis, Paganus Civitatensis, et Gunanus de Pulcinicho Utinensis ecclesiarum canonici: nobiles viri d. Biachinus de Porcileis, Nicolussius de Prata, et Nicolussius de Villalta, Franciscus et Paganus de Savorgnano, Simon de Valvasono et Nicolaus de Cucanea milites, Meynardus de Villalta, Bertoldus de Murucio, Franciscus de Coloreto, Nicolaus de Pramperch, Odoricus d. Henrici et Odoricus d. Ossalchi de Strassoldo, Doymus de Castello, Tadeus de Manzano, Andreas de Attems, Nicolussius Orbiti et Missius de Remanzacho, Gualterpertoldus de Pers, Thomasius de Tricano, Federicus de Fontebono, Giglardus de Castro Pagano, Galatius de Cavoriacho, Scusatus et Articus de S. Daniele, Margaritus civis Aquilegensis, Philippus de Portis et Stephanus Virgilii de Civitate et Iacobus de Glemona. Nec non nobiles viri dd. Albertus miles dictus Ginieser, Hugo de Rayphimbergo, Conradus purgravius de Luonz, Henricus purgravius in Goricia, Franciscus de Castilerio, Iohannes de Scalis, Bernardus de Gramogliano, Phebus de la Turre, Rizardus de la Turre de Goritia, Thomas Iud de Goritia ac plures alii ad dictum congregati congregati colloquium in multitudine copiosa.

Et ego Nicolaus filius q. Manini de Florentia Utini, Aquilegensis diocesis, habitans publicus imperiali auctoritate notarius et curie patriarchalis cancellarius premissis paci, unioni, confederationi, et lige ac omnibus et singulis superius denotatis interfui, et rogatus de mandato eorumdem dd. patriarche et comitis predicta omnia scripsi et fideliter hic notavi meo hic signo apposito consueto.

CCXII.

Cividale, 1365, 27 Maggio. — *Il consiglio del parlamento prende disposizioni per la difesa del Friuli, temendosi l'avvicinarsi del duca Alberto d'Austria.*

MSS. A or. cart. nella racc. Portis nella biblioteca comunale di Udine. B c. nella racc. Ioppi da A. EDD. inedito. TESTO da A.

Anno domini MCCCLXV indictione III die XXVII maii celebratum fuit consilium generalis colloquii per reverendissimum in Christo patrem et dd. Ludovicum dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcham in Civitate Austria in patriarchali palatio, in quo quidem colloquio interfuerunt venerabiles viri dd. Guido abbas Mosacensis et Iohannes de Carate canonicus Aquilegensis, nobiles viri dd. Franciscus miles de Savorgnano, Simon miles de Valvesono, Odoricus miles de Cucanea, Simon de Cucanea, Henricus de Pertinstayn, Meynardus de Vilalta, Franciscinus de Pramperch, Pertoldus et Guarnerius de Manzano, Ansatus de S. Daniele, Franciscus de Faganea, Manfredinus de la Turre, Stephanus Virgilii, Philippus de Portis et Iacobus dictus Puppus de Civitate Austrie ac Nicolussius Orbiti de Utino.

Propositum fuit supra facto d. ducis Alberti (a) de adventu ad partes istas, deliberatum fuit, quod dampna et devastationes subito fiant contra inimicos et quod pars militie remaneat in S. Daniele et alia pars in Walvesono et quod tunc hiis inceptis, ad d. Padue pro gentibus transmittatur.

Item supra facto illius de la Foram (b), ad Tergestum solemnes ambaxiatores mittantur de subito.

Item supra facto inobedientium d. patriarche, pignorentur et quod unus bonus et probus homo pro capitaneo habeatur.

CCXIII.

Udine, 1365, 4 Luglio. — *Il consiglio di Udine incarica i suoi deputati al parlamento di prender le difese di Tristano di Cividale.*

MSS. A Annali di Udine IV, 124. EDD. inedito. TESTO da A.

Die IIII iullii.

Super propositis per Tristanum de Civitate pro se et eius nepotibus de exforcio et violencia facta sibi per comune Civitatense in favorem Iohannis Nasini ut in die parlamenti rogetur d. patriarcha ut finem habilem ponat in premissis.

Deliberatum fuit quod duobus deputatis ad eundum ad generale parlamentum comittatur eius factum ut domino nostro suplicent ut in eius Tristani factis sic se interponant ut iure suo valeat perfrui. Et electi fuerunt ser Bilunisius et Buninus ser Gubertini qui pro comuni vadant ad parlamentum.

CCXIV.

Udine, [1365, 6 Luglio-21 Agosto]. — *Spese sostenute dal cameraro del comune di Udine per gli ambasciatori mandati da questo al parlamento.*

MSS. A Registro dei camerari nella Biblioteca comunale di Udine. EDD. inedito. TESTO da A

Die VI iulii dedit et solvit idem ser Hector de mandato dominorum ser Belonissio destinato in ambasiatorem ad generale colloquium Tricesimum pro expensis pro se et tribus sociis et eorum equis denarios vigintiquatuor.

(a) Si tratta del duca Alberto III d'Austria fratello di Rodolfo IV.

(b) Il castello della Foran nel Carso spettante alla chiesa Aquileiese era stato occupato dalle genti del duca d'Austria, come si vede dalla querimonia contro i duchi stampata dallo ZAHN, *Austrofriulana*, n. 235.

Die XXI augusti dedit et solvit de mandato dominorum ut supra ser Missio de Remanzacho et Bunino de Gubertinis destinatis in ambasiatoribus ad generale colloquium Faganeam pro expensis per ipsos factis die XIII mensis augusti denarios octuaginta duos.

CCXV.

Udine, [1365, 11 Agosto]. — *Il consiglio di Udine elegge gli ambasciatori al parlamento.*

MSS. A Annali di Udine, IV, 134. EDD. inedito. TESTO da A.

Super ambasiatoribus trans mittendis ad parlamentum.

Electi fuerunt Missius de Remanzacho, Nicolusius de Orbitis Buninus de Gubertinis, et Antonius de Luscarparia.

CCXVI.

Udine, [1365, 14 Novembre]. — *Il consiglio di Udine nomina i suoi rappresentanti nel parlamento.*

MSS. A Annali di Udine, IV, 169. EDD. inedito. TESTO da A.

Super mittendo ad colloquium generale ad S. Daniel, die dominico proximo d. vicedomini (a).

Electi fuerunt d. Nicolussius Orbitti, d. Franciscus Valentini, Missius de Remanzacho.

CCXVII.

Udine, [1365, 16 Novembre]. — *Il consiglio del comune di Udine delibera di mandare dieci balestrieri ed altrettanti cavalieri al vicedomino, in conformità alla deliberazione del parlamento.*

MSS. A Annali di Udine IV, 170 nell'archivio comunale presso la biblioteca civica di Udine. EDD. inedito. TESTO da B.

Super eo quod d. vicedominus super facto Zopi de Ragonea iuxta diffinitionem generalis colloquii qui petit decem equites et totidem balistarios pedites in suum servitium mittendos die lune proxima ad S. Danielem pro facto ser Zopi de Ragonea; diffinitum fuit quod inveniantur decem balistarii et dirigantur cum d. vicedomino et totidem equites expensis comunis.

(a) Morto il 29 luglio 1365 l'animoso e sventurato patriarca Ludovico della Torre, a breve distanza dal suo competitore Rodolfo IV (mancato il 20 dello stesso mese a Milano), fu eletto vicedomino Francesco di Savorgnano. Il 24 agosto dello stesso anno il pontefice Urbano V creò patriarca il vescovo di Augsburg Marquardo di Randech, il quale fece il suo ingresso alla fine di dicembre.

CCXVIII.

Udine, [1366], 26 Gennaio. — *Ricordo della convocazione del parlamento per il 4 Febbraio a S. Daniele.*

MSS. A Annali di Udine IV 173. EDD. inedito. TESTO da A.

Die lune XXVI mensis ianuarii: super facto litterarum d. patriarche generalis colloquii celebrandi in S. Daniele die IV februarii proxime venturi.

CCXIX.

S. Vito, 1366, 12 Febbraio. — *Il parlamento approva i patti conchiusi il 28 Settembre 1365 fra il comune di Venzone ed il Vicedomino Francesco di Savorgnano* (a).

MSS. A manca. B c. autentica del secolo XIV nella busta XI n. 231 dell'archivio di Stato dei Frari a Venezia. EDD. Ioppi, *Notizie della terra di Venzone*, Udine 1871, p. 61 n. 13 da B; Zahn, *Austrofriulana*, n. 229 e 232 pure da B (che egli credette or.). TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo sexto indictione quarta die duodecimo februarii, S. Viti in sala magna patriarchalis palacii coram reverendissimo in Christo patre et dd. Marquardo dei gratia S. sedis Aquilegensis dignissimo patriarcha eiusque generali prelatorum nobilium et comunitatum huius patrie colloquio pro infrascriptis et nonnullis aliis patrie statum cernentibus, ibidem more solito congregato in quo quidem colloquio interfuerunt reverendi et venerabiles in Christo patres et dd. Pileus dei gratia Paduanus episcopus, fratres Michael Sextensis et G[uido]. Mosacensis abbates et venerabiles viri dd. Ottobonus vicarius domini episcopi Concordiensis et Paulus de Salla canonicus ecclesie Aquilegensis, nobiles et prudentes viri domini Beachinus miles, Rizardus et Nicolussius de Prata, Beachinus de Porcileis, Franciscus miles de Savorgnano, Rizardus de Castello, Bergonea de Sbroglavacha, Guillielmus Prividucii et Nicolussius de Ragonea, Petrus de Strasoldo, Guillielmus de S. Daniele, Wicardus de Cusano, Rambaldus de Maniaco, Tatarus de la Fratina, Nicolaus de Prodolono, Iohaninus Longus et Nicolussius de Ultraponte de Civitate Austrie, Maynardus del Savi et Henricus de Glemona, et alii plures in multitudine copiosa.

Comparuerunt providi viri Petrus Menisi et Simon Venuti de Venzono tamquam procuratores et sindici hominum et universitatis ut asserebant terre Venzoni (1), eidem domino patriarche eiusque dicto colloquio humilius supplicantes ut cum homines et universitas dicte terre Venzoni pridem S. Aquilegensi ecclesia, sede vacante, ipsamque ecclesiam eiusque patriam et fideles feliciter regente et gubernante egregio et circumspecto milite d. Francisco de Savorgnano eiusdem ecclesie tunc vicedomino generali, ad gremium, subiectionem fidelitatem et gratiam dicti d. vicedomini nomine dicte Aquilegensis ecclesie cuius existunt et cui naturaliter sunt subiecti, se cum omni devocionis affectu liberaliter reduxerint et certas gratias convenciones et pacta ab eodem domino

(1) tamquam .... Venzoni om. Zahn.

(a) Questi patti erano intervenuti in seguito alla resa di Venzone sin allora in possesso del duca d'Austria, al vicedomino Francesco Savorgnan. Venzone ricuperato nel 1336 dal patriarca Bertrando dalle mani del conte di Gorizia, come si vide più sopra, era stato infeudato nel 1351 dal patriarca Nicolò di Lussemburgo al duca Alberto II d'Austria ed ai suoi tre figli.

vicedomino concedente nomine futuri patriarche et successorum eius ac vice et nomine prefate Aquilegensis ecclesie obtinuerint prout de hiis omnibus instrumento publico sive privilegio infrascripti tenoris scripto manu Nicolai notarii filii ser Manini de Florentia Utini commorantis, cum certis aliorum notariorum subscriptionibus et sigillorum dicti domini vicedomini capituli Aquilegensis et comunitatum Aquilegie, Utini et Civitatis Austrie appensionibus communito seriosius continetur, idem dominus patriarcha dictum instrumentum seu privilegium, nec non gratias, pacta et convenciones ac omnia et singula in eo contenta, ratificare et approbare benignius dignaretur. Prefatus namque d. patriarcha lecto prius et per eum ibidem diligenter audito et intellecto instrumento seu privilegio antedicto supplicationibus dictorum procuratorum et sindicorum inclinatus speransque dictos homines et universitatem Venzoni ad suam successorum suorum et dicte Aquilegensis ecclesie fidelitatis constanciam eo ferventius animari, quo utilibus gratiis, honoribus et profectibus suis et ipsius Aquilegensis ecclesie cognoverint specialiter se munitos, nominatum instrumentum sive privilegium cum omnibus et singulis in eo contentis, quomodolibet et insertis de consilio, et consensu suprascripti colloquii per se suosque successores ac vice et nomine prefate Aquilegensis ecclesie omni modo et forma quibus melius et efficatius potuit, ibidem ratificavit, confirmavit et in omnibus approbavit, iubens presentis confirmationis instrumentum ad cautelam, et maioris roboris firmitatem sui sigilli appensione muniri in testimonium huius rei, salvis tamen semper omnibus et singulis privilegiis immunitatibus et iuribus quibuscumque hominum et universitatis terre Glemone, quibus per presentem confirmationem, idem d. patriarcha noluit, nec sue intencionis extitit aliquatenus derogare. Tenor vero instrumenti seu privilegi huiusmodi de verbo ad verbum obmissis tamen subscriptionibus notariorum sequitur et est talis.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo quinto indictione tercia die dominico vigesimooctavo mensis septembris. Actum Utini Aquilegensis diocesis in camera aquilarum et leonum patriarchalis pallacii. Presentibus venerabili et circumspecto viro d. Guidone dei gratia Mosacense abbate, egregiis et prudentibus militibus dd. Pagano de Savorgnano, et Simone de Valvesono, nobilibus viris dd. Gerardo de Herberia, Simone de Chucanea, Federico de Savorgnano, Venino de Spegnimbergo, Maynardo de Villalta, Peglo de Murucio, Tataro de la Fratina, Tadeo de Manzano, Bregonea de Sbroglavacha, Rizardo de Strasoldo, Iohanne de Pulcinico, Guillielmo, Nicolao, Francisco et Corado de Sancto Daniele, Nicolussio Orbitti de Utino, Bartholomeo de Pers, Lodovico de Meduno et Iohanne de Coloreto; discretis viris ser Stephano Virgilii de Austria Civitate, Cichino de Aquilegia et Ulphicherio de Sacilo ac Nicolussio notario q. Dominici Zerbini notarii de Utino, testibus et aliis pluribus in multitudine copiosa vocatis et rogatis ad hec specialiter infrascripta. Magister Rodulphus notarius dictus Hermannus, Paulus quondam Baroni, Blasius dictus Radiussius et Nicolinus q. Fuzussii omnes de Venzono Aquilegensis diocesis et habitatores eiusdem, tamquam sindici et procuratores, ac sindicario et procuratorio nomine comunis et hominum dicte terre Venzoni, quilibet ipsorum insolidum constituti, ut de ipso procuratorio et sindicatu plenissime constat publico instrumento, manu Simonis notarii q. magistri Nicolai notarii de Venzono sub prescriptis millesimo et indictione die vero vigesimo primo predicti mensis septembris scripto, pendentique sigillo, comunis dicte terre Venzoni munito, viso et lecto, a me Nicolao notario infrascripto habente in mandatis infrascripta et ultra plenarie faciendi, tractandi, promittendi, et iurandi, attendentes quod nichil in mundo est dulcius, utilius et naturalius, quam ad propria remeare, affectantesque et volentes naturali iugo se submittere et ad gremium et gratiam Aquilegensis ecclesie reduci et ob hoc in collegio Aquilegensis ecclesie notari et describi prout debent et de iure tamquam ipsius ecclesie antedicte servitores tenentur ad infrascriptam compositionem cum egregio et potenti dd. Francisco de Savorgnano militie cingulo decorato ac floribus eloquencie et sapide providencie purpurato, Aquilegensis ecclesie, sede vacante, honorabili vicedomino generali devenerint, videlicet quod primo coram dictis

testibus et me notario infrascripto, remissis et indultis per dictum d. vicedominum eisdem magistro Rodulpho, Paulo, et Blasio, ac Nicolino, ut sindicis et sindicario nomine ut supradictum est, recipientibus et humiliter flexis genibus ipsam indulgenciam et graciam, ipsius domini vicedomini et Aquilegensis ecclesie, concedi et attribui postulantibus, omnibus et singulis iniuriis per dictam comunitatem Venzoni prefate Aquilegensi ecclesie vel eius servitoribus usque ad diem presentem, modo quocumque, commissis, expresse renunciaverit omni sacramento comuniter vel divisim modo et tempore quibuscumque illustris principibus dd. .... ducibus Austrie vel alicui ipsorum prestito, seu alteri persone cuicumque contra Aquilegensem ecclesiam eiusque subditos et servitores, ac contra magnificos dd. Franciscum de Carraria civitatum Padue Belluni, et Feltri ac earum districtus pro sacrosancto Romano imperio vicarium generalem ac Maynardum Goricie et Tyrolis comitem illustrem.

Item quia subditi et servitores sunt et esse debent Aquilegensis ecclesie quamvis actenus aliis servierint, corporaliter dictis nominibus iuraverunt flexis genibus super sacro missale tactis sacrosanctis scripturis ad sancta dei evangelia in animas ipsorum proprias et dictorum suorum constituencium, in manibus prefati d. vicedomini recipientis vice et nomine dicte Aquilegensis ecclesie et futurorum dd. patriarcharum et ipsius ecclesie rectorum, firmam, puram, et efficacem fidelitatem; et (1) dictam fidelitatem in omnibus suis capitulis integraliter perpetuo dicte Aquilegensi ecclesie et futuris dd. patriarchis ac eius rectoribus prestabunt et observabunt nec a dicta fidelitate et fidelitatis sacramento numquam aliqua ratione, ingenio, causa vel excusacione se removebunt nec se segregabunt sed semper legaliter servient et obbedient ut faciunt alie fideles comunitates patrie Foriiulii. Quod si contra ipsam fidelitatem prestitam et iuratam ut dictum est aliquo modo facerent, tunc periurii et infamie penam incurrant bonis omnibus suis Aquileiensi ecclesie applicandis, eorumque persone perpetuo banno subiaceant et subiacere ipso facto intelligantur, ut evidentes proditores. Quibus renunciacione facta et sacramento prestito, idem d. vicedominus per se et dictam Aquilegensem ecclesiam ac futuros dd. patriarchas et rectores infrascripta pacta inita, habita et tractata, inter ipsum d. vicedominum ex una parte et commune ac homines de Venzono ex altera promisit eisdem sindicis et sindicario nomine dictorum comunis et hominum de Venzono recipientes per fidem suam ad sancta dei evangelia iurando, firma rata et grata perpetuo habere, tenere et adimplere ac observare, ac etiam contra ipsa vel ipsorum aliquid per se vel alias personas ratione aliqua seu causa ingenio vel fraude non facere vel venire nec modo aliquo contraire dicta terra Venzoni in potestate dicti d. vicedomini et futurorum patriarcharum et Aquilegensis ecclesie perveniente et permanente, quorum quidem pactorum tenor talis est.

In primis quod predicti de Venzono sint in gratia Aquilegensis ecclesie et ipsius d. vicedomini ac sint liberi et securi, et eorum bona in terra predicta et ubicumque sub districtu Aquilegensis ecclesie sicut sunt alii fideles Aquilegensis ecclesie.

Item quod remaneant omnia fortalicia facta in dicta terra et fienda, quocumque ipsi de Venzono voluerint in honorem et statum Aquilegensis ecclesie et terre prefate, et quod castrum ibi factum totaliter disrumpatur et quod castrum amplius in terra fieri non debeat.

Item quod forum et mercatum publicum et generale habeatur in dicta terra semel qualibet septimana, et die qua ipsi de Venzono eligere voluerint excepto quam in die sabati quemadmodum habetur in aliis terris patrie Foriiulii.

Item exationes que fiebant per modum mute in Glemona ab ementibus et vendentibus in Venzono bona fide et sine fraude de cetero irritentur.

Item quod omnia iura, pacta et consuetudines quas antiquitus homines de Venzono habebant, per dictum d. vicedominum eis confirmentur, ita tamen quod

(1) ZAHN: ei.

predicti de Venzono teneantur eorum posse dicte Aquilegensi ecclesie servire quemadmodum tenentur et debent dicte ecclesie ceteri servitores.

Item quod omnes persone que ob maleficia fugerint homicidiorum usque in presentem diem in Venzono salve sint et secure, et quod ab inde in antea conservetur consuetudo patrie per ipsos de Venzono.

Item quod muta quam d. patriarcha et Aquilegensis ecclesia consuevit exigere in Clusa statim et in perpetuum de cetero in Venzono exigatur.

Item quod predicti de Venzono non compellantur de cetero ascendere Glemonam cum suis mercationibus sed ire et venire permittantur per quamcumque viam et portum per quam et per quem ire et venire maluerint.

Item quod si derobarentur predicti de Venzono in aliquo loco extra dominium patriarchatus Aquilegensis d. vicedominus seu d. patriarcha qui pro tempore fuerint, si non poterit aliter eis ablata restitui facere dabit eis represalias contra gentes dominii in quo damna sustinuerint cum deliberatione consilii parlamenti, et consilii terre Venzoni, et si in Foroiulii spoliarentur, vel captivarentur, faciet eis ablata restitui et libere relaxare bona fide et sine fraude, sicut aliis fidelibus et alios fideles Aquilegensis ecclesie.

Item quod facta statuta ipsorum de Venzono per ipsum d. vicedominum et futurum d. patriarcham debeant confirmari, ac etiam fienda que non derogent seu preiudicent ecclesie Aquilegensi.

Item quod immediate detur unus capitaneus de castellanis vel civibus Aquilegensi ecclesie subiectis vel de familiaribus domini patriarche dum tamen ille qui eligetur sit in gratia dicti domini patriarche et Aquilegensis ecclesie, quemcumque ipsi de Venzono elegerint singulis annis infra tres annos, et ille ponatur ibi capitaneus per d. vicedominum vel futurum patriarcham et quod elapsis dictis tribus annis possit d. patriarcha in loco ipso ponere capitaneum bonum et idoneum sicut facit in aliis suis terris.

Item quod homines de Venzono habeant et habere debeant deposiciones in terra Venzoni omnium mercanciarum forensium transeuncium per stratam et quod ibi sit et esse debeat Niderlech prout antiquitus fuit, non intendens idem d. vicedominus quod propter hoc factum de Niderlech concessum hominibus de Venzono in aliquo derogetur iuri videlicet Niderlech quod antiquitus habuerunt et de presenti habent homines et terra Glemone, non removendo illud Niderlech de Venzono.

Item quod nec d. vicedominus nec d. patriarcha possit ponere in dicta terra Venzoni aliquem seu aliquos de ipsorum malis vicinis et rebellibus et expulsis, nec eis aliquam rationem facere de bonis eorum distractis ac de preteritis actis et factis eis per dictos de Venzono, sine velle et consensu eorum. Item ad evitandum malum et scandalum quod sequi posset propter ingressum gentis nimie in dicta terra, eo quod iniurie hinc inde facte nimis sunt recentes, quod hinc ad tres annos proximos nec d. vicedominus nec aliqua gens patriarchatus possit tam fortis et valida intrare dictam terram, qua de causa damnum inferri possit vel emolumentum dicte terre vel hominibus.

Item quod debita et deposita si qua reperirentur tam servitorum Aquilegensis ecclesie prelibate quam dictorum hominum de Venzono per ipsos exigantur et exigi possint et de iure valeant.

Item quod omnia iura redditus bona et proventus qui pertinebant seu pertinent tam Aquilegensis ecclesie servitoribus quam hominibus de Venzono et quarum possessionem habebant ante istas guerras, revertantur et statim reverti debeant in manibus et possessione utriusque partis, et si pars aliqua aliquid construxisset (1) vel edificasset in preiudicium dictorum bonorum quod illud removeri debeat et si tunc super bonis predictis aliqua questio oriretur amicabiliter definiatur, quod si amicabiliter definiri non posset, laudo et sententia mediantibus, coram ipso d. vicedomino vel dd. futuris patriarchis seu ipsius ecclesie rectoribus vel eorum vicariis terminetur.

(1) ZAHN: contraxisset.

Primo propositum fuit in facto huius guerre et maxime in adhibendo ordine in facto Portusnaonis, ut ad ipsum homines se disponant. Quod consilium generalis colloquii habeat definire cui plena fuit attributa potestas.

Super facto reconciliandi ordines iudiciarii, ut talis ordo ponatur quod cavillationes cessent et iusticia cum bona celeritate reddatur. Quod pro prelatis, nobilibus et comunitatibus aliqui eligantur qui examinent et dent ordinem in premissis et eo adhibito quod mittatur per terras et, omnibus examinatis, colloquium habeat confirmationem (1).

Super querela d. Symonis de Wualvesono contra illos de Spegnimbergo pro facto aque. Quod consilium generalis colloquii ordinem ponat et ita ibidem dictus d. Symon et Bargonea filius d. Walterpertoldi de Spegnimbergo pro dicto suo patre ibidem expresse in manibus dicti d. patriarche promiserunt habere ratum quicquid per dominum et consilium terminaretur et observare treugas sibi ordinatas usque ad festum S. Michaelis.

Supra litteris lectis ibidem destinatis per d. imperatorem de investitura pheudorum et regalium Aquilegensis ecclesie diffinitum quod regracietur d. imperatori.

Supra propositis pro Boxe contra illum de Spegnimbergo, quod fratrem detinet indebite captivatum.

Supra requisitione facta per d. Boxe, ut castrum Trussii investiatur eidem, iuxta concessionem eidem factam per d. Ludovicum.

Supra propositis per Colettum de Portugruario contra illos de Portugruario.

Supra propositis per d. Pertoldum de Manzano contra butiglerios qui pecuniam ipsius equi receperunt.

Supra propositis pro parte dd. de Spegnimbergo contra Boxe occupantem locum sum Trussii indebite.

CCXXI.

Udine, 1366, 24 Aprile. — *Il consiglio del parlamento elegge, in uno al patriarca, alcuni savi ai quali è deferito l'esame delle riforme dell'ordinamento giudiziario e del procedimento sommario proposte al tempo del patriarca Nicolò; prende poi provvedimenti d'ordine militare e definisce la lite fra il nobile Simone di Valvasono e gli Spilimbergo per una derivazione d'acqua dal Tagliamento; tratta poi altri argomenti.*

MSS. come il precedente. EDD. in piccola parte da IOPPI, *Constitutiones*, doc. XXVI. TESTO come il precedente.

Dicto anno die XXIV aprilis, predicta proposita fuerunt et deliberata in consilio generali colloquii, congregato in camera aquilarum palacii castri Utini in quo quidem consilio interfuerunt (2) reverendi dd. Pileus Paduanus et Guido Concordiensis episcopi, decanus Aquilegensis et abbas Sextensis, sapientes viri dd. Iohannes de Monticulis et Iacobus de Glemona iurisperiti, nobiles viri dd. Franciscus de Savorgnano et Simon de Walvesono, Simon de Cucanea, Nicolussius et Maynardus de Villalta, Peleus de Murucio, Bregonea de Sbroglavacha, Petrus de Strasoldo, Fridericus de Coloreto, Doymus de Castello, Bregonea de Spegnimbergo filius d. Bertholdi, Simon de Prampergo, Rodulfus de Portis, Iacobus Hermani de Civitate Austria, ser Nicolussius Orbitti et Henricus Baldassii de Glemona.

Supra iusticia summaria reddenda.

Supra ordine adhibendo pro iudicio et summaria iusticia reddenda in patria diffinitum fuit quod eligantur pro domino et omnibus de patria, viri ydonei et

(1) In IOPPI *l. c.* si trova il brano: Super facto .... confirmationem. (2) In IOPPI *l. cit.* il brano: dicto anno .... interfuerunt.

prudentes, qui videant et examinent diligenter ea que alias scripta fuerunt et notata pro summaria iusticia reddenda tempore bone memorie d. Nicolai patriarche (a) et adhibeant quam melius sciverint ordinem in premissis et refferant.

Electi pro parte d. nostri patriarche et per eum, dd. Georius, Iohannes de Monticulis, et Iacobus de Glemona.

Electi pro prelatis, d. Raymundus de Paona.

Electi pro nobilibus d. Simon de Cucanea, d. Andreas de Attens.

Pro comunitatibus. Et elegi debent duo pro Aquilegia, duo pro Utino, duo pro Civitate Austria et duo pro Glemona (1).

Capitanei electi supra nobilibus et aliis patrie armigeris permansuris in Pratta et Porcilleis.

Capitaneus armigerorum debet stare in Pratta, d. Simon de Walvesono.

Capitaneus gentium in Porcilleis, d. Bergonea de Sbroglavacha vel Iohannes eius frater.

Supra contentione d. Simonis de Walvesono cum illo de Spegnimbergo.

Primo supra ductu aque Tulmenti ad locum Walvesoni, diffinitum fuit per d. patriarcham et totum consilium partibus presentibus, videlicet d. Simone de Walvesono ex una parte et Bregonea filio d. Walterpertholdi de Spegnimbergo et presbitero Ambrosio officiante in Spegnimbergo tamquam procuratoribus eiusdem d. de Spegnimbergo ex parte altera, quod nunc et in futurum, in casu quolibet necessitatis, idem d. Simon possit de aqua Tulmenti accipere seu accipi facere ubicumque commode poterit recipi, prius tamen postulata et requisita auctoritate et licencia dicti d. patriarche et successorum suorum, quam quidem licenciam, idem d. patriarcha per se ex nunc ipso d. Simoni ibidem plenarie exhibuit atque dedit, cum hoc tamen, quod si ex dicto ductu aquê tempore quo fieret idem ductus, dampnum aliquod inferretur dicto de Spegnimbergo vel heredibus suis, tunc teneatur idem d. Simon emendare dampnum huiusmodi ad extimationem trium nobilium virorum non suspectorum per eumdem d. patriarcham et successores suos deputandorum infra XV dies postquam per dictos de Spegnimbergo super hoc extiterit requisitus (b).

Supra aqua Cose, electi fuerunt dd. Maynardus de Villalta et Iohannes de Cucanea, qui debent videre totum factum et refferre.

Supra aliis questionibus ortis vel orituris inter partes et servitores utriusque, quilibet utatur iure suo, coram d. patriarcha vel cui commiserit et quod nullus faciat de facto.

Diffinitum eciam fuit de facto Trussii, quod Boxe qui illud castrum tenet, debeat ipsum relaxare illis de Spegnimbergo iuxta sententiam arbitrariam latam inter eos, cum hoc tamen quod idem d. patriarcha et totum colloquium debebant sibi remittere et eum perpetuo absolvere ab omni sacramento et promissione, quod vel quam d. Ludovico patriarche predecessori suo quomodolibet prestitit.

Idem vero Boxe dixit quod non tenebatur observare dictam arbitrariam sentenciam eo quod pro parte dictorum de Spegnimbergo non fuit sibi infra terminum debitum dicta sententia adimpleta.

(1) In IOPPI *l. cit.* il brano: Supra ordine adhibendo .... et duo pro Glemona.

(a) Si allude indubbiamente alle " constitutiones pro tollendis hominum cavillationibus augumentoque et bono statu totius patrie " che erano state formate al tempo del patriarca Nicolò come risulta dal documento 20 marzo 1355 riportato più sopra. Tali costituzioni per quanto sian dette " reformate et edite " dal documento erano però allora ancor bisognose di correzione (ed a tal scopo, si invita nello stesso documento il nob. Galvano di Maniago a recarsi a Udine) e dovettero rimanere allo stato di progetto. Da questa deliberazione del consiglio del parlamento, comincia il lavoro legislativo per le Constitutiones patriae Foriiulii.

(b) Una annotazione in margine di mano contemporanea avverte: MCCCLXVIIII die XXII decembris confirmata fuit deffinitio suprascripta per eundem d. patriarcham et totum consilium colloquii generalis.

CCXXII.

Udine, [1366], 28 Aprile. — *Il consiglio del comune elegge tre savii che esaminino le riforme delle costituzioni fatte dal consiglio del parlamento.*

MSS. A Annali di Udine, IV. EDD. Ioppi, *Constitutiones*, n. XXVII da A. TESTO da A.

Die XXVIII aprilis: diffinitum fuit quod pro parte consilii et communis eligantur tres aut duo sapientes et ydonei qui supersint videre et intelligere certas constitutiones noviter reformatas per consiliarios generalis colloquii pro questionibus abbreviandis in contrata patrie Foriiulii. Electi d. Elias, Hector notarius, Missius de Remanzacho.

CCXXIII.

.... 1366 (a), 11 Giugno-8 Novembre. — *Il patriarca Marquardo, coll'assenso del parlamento, emana il testo delle Constitutiones Patriae Foriiulii, che egli a ciò autorizzato dal parlamento stesso, nella tornata del 24 Aprile 1366, aveva formato coll'assistenza dei consiglieri deputati a tale scopo dall'assemblea.*

MSS. Testo latino: A manca; B cod. cartaceo delle constitutiones esistente nelle biblioteca comunale di Udine da cui racc. Bianchi n. 4510. Testo tedesco: versione delle constitutiones ad uso dei sudditi tedeschi della contea di Gorizia, esistente in un cod. della Biblioteca civica di Gorizia del sec. XV. EDD. Testo latino: parte in una *Stampa del Fedelissimo parlamento* del sec. XVIII fine; integralmente dallo Ioppi C. P. F. dal cod. Attimis-Maniago. Testo tedesco: Gnirs, *das Görzer Statutbuch* Wien 1916; Leicht, *La versione tedesca delle C. P. F.*, nel Bollettino delle Assemblee costituzionali Italiane, Bologna 1920 fasc. 3 p. 93 (dallo Gnirs). TESTO: latino da B confrontato con Ioppi; tedesco dallo Gnirs.

A

Marquardus dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha universis et singulis nobilibus ceterisque fidelibus et subiectis status cuiuscumque nostris ac nobis et ecclesie nostrae subiectis salutem et nostre benedictionis affectum.

Iustitiam de celo creavit altissimus ipsamque doctavit fulgentibus radiis claritatis ex quibus tanta prefulgentia splendoris irradiat quod ipsius virtute (1) cetere, picture quadam figuratione, merito relucescunt; de cuius iustitie partibus consequenter producitur et per eius rectam observationem approbatur ut erubescenda iudicantium et sententiarum varietas litibus et causis decidendis adversa sic a nostris fidelibus evellatur ne pullulet et attentis studiis intensius resecetur ne crescat. Facit enim ipsa varietas de claris ambigua, de levibus fortia, de determinatis incerta. Hiis etenim in mentis nostre archano seriose umbratis in nostramque notitiam quamplurimum clamosa insinuatione quin potius veridica detestatione et infamia cum vulgaris murmurationis strepitu sepius deducto

(1) B: ipsas virtutes; Ioppi: ipse virtutes.

(a) La data del presente decreto è incerta. Bianchi le attribuì quella del 26 aprile evidentemente errata visto che nel testo si accenna al 27 aprile come ad una *dies proxime preterita*. È probabile invece che il decreto sia stato messo in capo alle due prime parti delle Constitutiones Patriae Foriiulii che furon pubblicate l'11 giugno 1366 e che costituirono, come dissi nella prefazione (p. CLXXVIII e seg.) un corpo chiuso. Se non che, rilevate varie manchevolezze furon poi aggiunte altre costituzioni (ossia la terza parte) e pubblicato tutto l'insieme l'8 novembre 1366, data che tradizionalmente fu attribuita allo statuto provinciale. Qui per non spezzare il testo, pubblico decreto e costituzioni sotto la data dell'8 novembre.

quod in nostra patria Foriiulii et inter subditos nostros et ecclesie nostre Aquilegensis, a quibus utique paterno affectu heradicare cupimus vitia et defectus, abusus ille et periculosus ritus in decisione causarum invaluit et observatur, ut dum in iudiciis coram nobis et officialibus nostris litigatur et interdum consuetudinis longevique usus auctoritas allegatur, ad contrarium opponatur illa aut diversa consuetudo in elixione prime proposite eidem repugnans et adversa: quo fit, ut propter deffectum probationis earumdem consuetudinum ut decidentes causas predictas et iudicantes in eis tantam varietatem incurrere videantur quod cause ipse adeo intricate ut plurimis iustitiam suam prosequentibus insopite penitus deserantur. Ex quarum consuetudinum incertitudinis et determinationis involucro illa sequebantur nephande absurditatis notabilia quod alienigene, ignoti, pauperes et alie miserabiles persone quibus consanguineorum favor nunc patrocinabatur ad iudicia ipsa accedentes sepe contra iustitiam contrarias et iniquas sententias reportabant, alegataque consuetudo et obtenta in uno iudicio non sine varietatis nota alteriusque instantia per iudicantes eosdem reprobabatur. Ex hiis utique continuatis erroribus oriuntur animarum et corporum continua discrimina, divine maiestatis contempnitur preceptum, veritas leditur et totius patrie status pacificus enormiter perturbatur ac offensa iustitia pariter impugnatur. Hanc autem iustitiam omnibus anime et corporis viribus amplectentes ac tueri pariter et vigere pro posse volentes, ex nostra auctoritate superiori necessario introducta (1), ut tam per determinationis opportuna remedia tollat ambigua, lites auferat, altercationes dirimat et obscura dilucidet quam per cultoris providi gubernaculum vitia extirpet et virtutes inserat, excessus corrigat, moresque reformet, pridie, videlicet vigesima septima mensis aprilis proxime preteriti in publico et generali prelatorum, nobilium et communitatum colloquio iuxta morem patrie in castro nostro Utini solempniter celebrato, inter cetera et multa alia salubria pro communi et universali commodo atque statu totius patrie nostre Foriiulii et omnium fidelium nostrorum exposita, duximus singulariter et utiliter proponendum nos ex nostri animi affectione ad reformationem iudicii et extintionem abusus illius quo propter incertam et indeterminatam consuetudinum notitiam lites et cause efficiuntur penitus immortales, intendere et providere omnino fore dispositos. Que omnia per prefatum colloquium seu omnes qui intererant cum super singulis ibidem propositis plenarie aut sufficienter pro tunc deliberare non possent, ea examinanda, statuenda et reformanda salubriter ad nos et consilium dicti colloquii concorditer remiserunt concedentes nobis ibidem super predictis propositis et aliis spectantibus ad comodum et statum dicte totius terre nostre Foriiulii et ecclesie Aquilegensis atque nostri et successorum nostrorum statuendi, ordinandi, et refformandi, corrigendi et innovandi omnia et singula que nobis expedientia et utilia videbuntur plenam et liberam potestatem. Deinde in dicto consilio generalis colloquii nobis deputato ad emendationem et reformationem tam antiquarum constitutionum et consuetudinum et omnium premissorum quam ad presentes et infrascriptas constitutiones pro conservatione iustitiae et causarum celeriori expeditione in unum compendium reducendas, viros scientia et moribus circumspectos videlicet Iohannem de Monticulis de Verona iuris utriusque peritum, Iacobum de la Porta de Glemona in iure civili licentiatum nostros in temporalibus vicarios generales per nos et nomine nostro, Raymundum de Paona de Utino canonicum Utinensem iuris peritum pro prelatis, Simonem d. Odorici de Cuchanea, Andrea q. d. Vargendi de Atems pro parte omnium nobilium, Margarittum civem Aquilegensem q. Aldalgerii pro commune Aquilegensi, Iacobum q. Bernardi Fabri, magistrum Franciscum (2) de Civitate Austria pro commune dicte terre, Azolinum natum q. ser Gubertini legum doctorem, Hectorem q. Odorici Miulite pro commune Utini, Meynardum q. Savii de Glemona pro universitate ipsius terre quos fidei puritas, eximieque sollercie et legalitatis industria nobis quamplurimum gratos reddunt (3) de consilio consiliariorum a generali colloquio electorum deputandos et provida deliberatione duxi-

(1) ex nostra .... introducta, om. IOPPI. (2) IOPPI: notarium. (2) Così B; IOPPI: reddentes.

mus eligendos. Qui tam constitutiones ab aliquibus nostris predecessoribus editas et in diversis scripturis et locis vagantes, quam consuetudines incertas obscuras et indeterminatas nullatenus aliqua scriptura declaratas iuxta abusum predictum, determinationem, decisionem causarum involventes et offuscantes eorum sollicitudine provida recensentes, pluribus ex ipsis consuetudinibus equitati et decisioni causarum contrariis penitus resecatis et abolitis pluribus correctionibus et detraxionibus et additionibus prout expediens visum fuit etiam nonnullis utilibus constitutionibus necessariis factis et noviter compilatis presentes et infrascriptas constitutiones in uno et presenti compendio diligentius reducere studuerunt. Quas nos et consiliarii predicti una cum compilatoribus antedictis ad hoc quam plures congregati cum multa diligentia examinavimus et singula in eis contenta mature videre et seriose discutere voluimus. Nos igitur ambiguitates et incertitudines antedictas omnino tollere et illucidare, gratia sufragante divina pro utilitate publica desiderabiliter affectantes ac rebus et causis suam dare merito mensuram et ordinem quibus excessus compescerentur et illiciti hominum affectus moderamine recto regularentur ad laudem omnipotentis Dei decus et honorem intemerate Marie cuius protectioni et patrocinio nos et ecclesia nostra substinemur (1) beatorum sanctorum Hermacore et Fortunati patronorum nostrorum, ad communem statum nostre Aquilegensis ecclesie atque nostri et totius patrie Foriiulii nec non ad omnium subditorum et fidelium dicte ecclesie commodum et utilitatem pariter et quietem, infrascriptas ordinationes, constitutiones et singula in eis contenta per quas et que multa et frequentia dubia deciduntur secundum singulorum congruentiam et naturam sub debitis rubricis collocatam de consensu et voluntate dictorum consiliariorum et totius colloquii generalis, ordinamus, constituimus, edimus, sancimus et promulgamus quod ab omnibus nostre et Aquilegensis ecclesie subditis tam in iudicium quam extra iudicium mandamus et volumus inviolabiliter observari. Non obstantibus aliquibus aliis consuetudinibus et constitutionibus contra ipsas hactenus observatis aut loquentibus quas tanquam inutiles et superfluas, incertas et dampnosas ex nunc annullamus, tollimus et presenti nostra sanctione omnino cassamus et revocamus.

B (2)

Marguart, von gots genaden des heiligen stuels zu Aglaj Patriarch, empeuten allen unnd jeden edleuten und andern christenleuten, in was standt die sein, unseren unnd unnserer Kirchen zu Aglaj underthannen unsern grues unnd segen. Der aller hochst von himel hat beschaffen die gerechtigkhait und dieselb begabt mit manigerlei tugenden, davon entspringt alle guetheit und schidung aller krieg unnd rechten. Damit aber die richter unnd urteiler und versprechen in rechten unnd ander leut solich krieg unnd wandlwartigkheit der recht dester pass mugen versteen, haben wir angesehen solichen mangl und für unns erfordert zu unnser schloss und offne landschran zue Wieden unnser prelati, edleut, uund

Marquardus, dei gratia sanctae sedis Aquilegensis patriarcha, universis et singulis nobilibus ceterisque fidelibus status cuiuscumque, nostris ac nostrae ecclesiae Aquilegensi subiectis salutem et benedictionen nostram. Iustitiam de coelo creavit Altissimus, ipsamque dotavit [multis virtutibus ex quibus oritur omne bonum atque litium omnium et iudiciorum discrimen. Quo autem magistratus et iudices et forenses advocati atque omnes, huiusmodi disputationes et iuris permutationes prae oculis haberent, necessitate perspecta, praelatos, nobiles atque communitates locorum hodie ad praesentiam nostram in castrum atque in curiam nostram omnibus patentissimam, Utinum convocavimus, qui, ipsa necessitate permoti,

(1) Joppi: subiicimur. (2) A fronte del testo tedesco ne dò una versione in latino, dove posi fra parentesi quadra i brani del testo che si staccano dal testo latino riportato di sopra.

die ganz landtschafft als auf den heutigen tag, die dan solichen mangl, alte gewonhait unnd landsprechen mit sambt unns aigentlich furgenomben haben, unnd mit ratt etlichen hochgelerten doctor unnd edleut, auch der ganzen landtschafft worden verneut und nach ordnung der gesezten recht all alte unpilliche gesaz unnd gewonhait worden aufgehebt unnd gepessert unnd von neu von stugkh zu stugkh worden all ordnung in rechten, und landsrecht in gegenwurtige statpuech, wie hernach gesezt, stat unnd mit fleiss gemacht, unnd zu betrachtung solicher ordnung gesezt unnd landsrecht worden. Von unnsern unnd der ganzen landschafft wegen darzue erwellet die hochgelerten doctorn Hanns von Perkh von Petern, doctor in geistlichen rechten, herr Jacob von Portograuar, doctor in gesazten rechten yez unnser anwaldt in weltlichen sachen, unnd die prelaten ires tails erwelten darzue herrn Reymunden von Weiden, doctor in geistlichen rechten, aber die castellherrn unnd edleut irestail erwelten darzue herrn Simon von Coconea, unnd herr Anndre von Artenis; das camaun zu Aglay erwelt Jacobn, weylandt maister Leonharts schmid sun und Franzesco notari von Zibidath; das camaun von Weiden erwelt herr Artolfen weilandt des Gibertn sun von Weiden, doctor in gesazten rechten, unnd Hectoren weillandt Oderikhen sun von Fillibin; das camaun von Clamaun hat darzue erwelt herr Meinhartn weilandt des Zuanin von Clamaun sun. Dieselben erwelten haben wir mit sambt der ganzen landschafft, also fur treu, weis und wolgelert darzue bestat unnd aufgenommen unnd haben den bevahlen unnd voln gewalt geben, die alten gesez, die yezt feyern unnd man nicht halten will, unnd auch etlich neue ge-

una cum nobis, consuetudines antiquas atque patriae constitutiones examinaverunt; quae, communicato consilio cum nonnullis iuris doctoribus et nobilibus nec non cum tota patria, renovatae sunt; et, amotis sive reformatis, ut iuris ordo deposcit, ineptis antiquis consuetudinibus et constitutionibus, omnis iudiciorum materia singillatim inspecta et ordinata est, et patrium ius maxima adhibita cautela, in praesenti volumine, ut hic inferius notatur, locum habuit, universis provincialibus, sicuti statuimus, sancitum et promulgatum.

Quam ob rem a nobis etiam pro tota patria deputati fuerunt preclari iuris doctores Iohannes de Monticulis de Verona iuris canonici doctor, d. Iacobus de la Porta de Glemona iuris civilis doctor et nunc vicarii nostri in temporalibus, a prelatis d. Raymundus de Utino iuris canonici doctor, a castellanis et nobilibus d. Symon de Cucanea et d. Andreas de Artenea, a communitate Aquilegensi Iacobus q. magistri Leonhardi fabri et Franciscus notarius de Civitate Austria, a comunitate Utinensi Artulfus q. Giberti de Utino legum doctor et Hector q. Odorici filii Fillibin, a comunitate Glemonae Mainardus q. Zuanin de Glemona (a), quos nos et universitas totius patriae ut fideles, sapientes et peritos duximus eligendos, iisdem plenum mandatum dedimus ut constitutiones veteres adhuc vigentes quae corrigendae sunt et etiam novas in nonnullis locis emendarent, atque quidquid mali sive iniusti antiquae consuetudines continerent, aut quae contra ius edita sint, resecarent et omnia Deo adiuvante, ut melius scirent et possent, ordinarent. Qui eadem mandata persequentes, cooperante consilio parlamenti, quod pro tempore sedebat] presentes et infrascriptas constitutiones in uno et praesenti compendio

(a) I nomi dei commissari incaricati della riforma delle costituzioni corrispondono a quelli contenuti nel decreto proemiale di Marquardo pubblicato nel testo A che figurano nella traduzione a fronte. Essi sono, però, alla meglio, tradotti in tedesco; così Iohannes de Monticulis è reso con: Hans von Bergen, e Verona è data nel suo nome tedesco: Bern. Così parmi si debba interpretare il Petern altrimenti incomprensibile. Così Udine è detta Weiden, Cividale si tramuta in Zibidat, Gemona in Clamaun e la vecchia Aquileia in Aglay, traduzioni tedesche usate già nei tempi più antichi, per i nomi di queste più vetuste città Friulane. Soltanto un nome è diverso, nè si può dirne la ragione: cioè Iacopo della Porta di Gemona che nel testo tedesco diviene Iacopo di Portogruaro. Forse si tratterà d'una mala intelligenza del testo latino da parte del traduttore tratto in errore dal cognome della Porta.

sez an etlichen puncten unnd enden zu pessern, auch etlich pöss und unreht, alt gewonhait unnd ordnung zuverihten, wo sie bedungkht, das die nicht recht gemaht sein unnd mit hilff des allmehtigen gott, das sy erfunden und ordneten auf das pest, als sy khundtn oder mohten. Nach solcher bevelchnüs die vorerwelten, mit zeitigen ratt, haben gamacht die statut unnd ordnung in gegenwurtigen puech, hie hernach geschribn, dieselben wir, unnser rat, die ganz landschafft haben aigentlich beschaut und mit fleiss verhort unnd vernomen; unnd angesehen das die an in selben wol unnd recht gemacht sein worden zu einem gemain nuz aller unnd yedlicher unser unnderthan unnser heiligen Kirchen zu Aglaj, darumb zu lob und eer des almechtigen gott, der hochgelobten jungfrauen mueter Maria und allen heiligen unnd unnser haubt herrn sanndt Mochor und Fortunat auch mit rat unnser landtschafft oder landleuten aben wir zu dem heutigen gesezten landtag die bestatigt unnd geschaffen zu haben, inmassen wie hernach nagst gschriben steett.

Wir sezen und orden, auch bestatn unnd sprechen zu khristen alle unnd yede hie hernach geschriben gesez unnd ordnung unnd wollen, auch gepietten allen unnd yeden unsern underthanen unser Kirchen zu Aglaj, damit sy solich gesez und ordnung in rechten unnd ausserhalb recht prauchen unnd darnach richten unnd die unverugkht unnd ungeergert, stat unnd vestigkhlich mit fleiss, halten nicht angesehen ander gewonhait unnd sazung, die vor gehalten sein worden unnd die mit den nachgeschribnen ordnungen sich nit geleichen, welich als geschriben ordnung unnuz unnd unrecht, uberflissig unnd schedlich wir vernichten und aufheben, unnd mit urkhunt solicher geschrifft und vesstigung gegenwurtigkhlich als yezo vernichten und widerrueffen.

reducere studuerunt, quas postea nos et consiliarii nostri [una cum generali colloquio] maxima diligentia examinavimus et mature videre et seriose discutere voluimus. [Quas, cum recte et iuste et ad omnium subditorum et fidelium nostrorum et nostrae sanctae Aquilegensis ecclesiae utile factas existimemus], ad laudem omnipotentis Dei et laudatae virginis matris Mariae et omnium sanctorum nec non patronorum nostrorum SS. Hermachorae et Fortunati [etiam de consilio totius patriae et provincialium in generali colloquio hodie legitime congregato], sancimus et promulgamus [ut hic inferius notantur. Sancimus igitur atque ordinamus, mandamus et constituimus omnes et singulos Christi fideles, volumus et deprecamur omnes et singulos subiectos nostrae Aquilegensis ecclesiae, infrascriptas constitutiones et ordinationes] tam in iudicio quam extra iudicium observare [eodemque modo iudicare, atque eas diligenter et firmiter, inviolabiliter et inconvulse tenere], non obstantibus aliquibus aliis consuetudinibus et constitutionibus contra ipsas hactenus observatis quas tamquam inutiles et superfluas, incertas et dampnosas ex nunc amputamus, tollimus et praesenti nostra sanctione omnino cassamus et revocamus.

CCXXIV.

1366, 11 Giugno-8 Novembre (a). — *Constitutiones Patrie Foriiulii.*

MSS. A manca. B codice cartaceo della fine del secolo XIV nell'Archivio notarile di Udine (documenti antichi I, 144) contenente il testo delle costituzioni emanate nel 1366 ed inoltre le additiones (che saranno riportate a suo luogo) fatte fra il 1368 ed il 1380. Questo cod. è chiamato A dallo IOPPI, *Constitutiones*, pref. p. XVI; egli però non ne usufruì. Il ms. manca delle prime carte ed è corroso dall'umidità. EDD. Le *Constitutiones* furon pubblicate da IOPPI, *Constitutiones Patrie Foriiulii deliberate a generali parlamento edite et promulgate a rev. d. Marquardo patriarcha Aquilegensi a. MCCCLXVI-MCCCLXVIII*, Udine 1900, dal codice Attimis-Maniago che contiene una trascrizione del cod. Porcia del 1412; nel detto cod. però il testo è rimaneggiato (ved. sopra prefazione al presente vol. p. CLXXV e seg.) TESTO da B.

[hic incipit prima pars constitutionum].

I. *De feriis et festivitatibus* (b).

Constituimus et ordinamus quod omnibus diebus reddatur ius et audiantur cause et questiones excepto quam in festivitatibus et feriis infrascriptis: in primis in festo S. Thome usque ad Epiphaniam, item in quinque festivitatibus B. Marie virginis, videlicet conceptionis, nativitatis, annunciationis, purificationis et assumptionis; item in diebus dominicis, in festivitatibus duodecim apostolorum, in festivitatibus quatuor evangelistarum, in festo S. Agnetis, in festo conversionis S. Pauli, in festo S. Blasii, in festo S. Agathe, in festo cathedre S. Petri; a dominica carnis privii usque ad primam diem dominicam quadragesime, in festo quatuor doctorum ecclesie videlicet SS. Gregorii, Ambrosii, Geronimi et Augustini; in festo S. Benedicti, a dominica olivarum usque ad octavam pasche, in festo inventionis S. Crucis, in festo S. Georgii, SS. Iacobi et Philippi (1), in festo S. Marci, in festo Ascensionis, in festivitatibus pentecostes cum duobus diebus sequentibus, in festivitate corporis Christi, in festo S. Barnabe, item in festo S. Ioannis Baptiste, item in festivitatibus S. Margarete et S. Marie Magdalene item in festo SS. Hermacore et Fortunati, decolatione S. Ioannis Baptiste, in vincula S. Petri, in festo S. Antonii de Viena, item in festo S. Laurentii, in festo exaltacionis S. Crucis, item in festo S. Francisci et in festo S. Dominci, item in festo S. Michaelis, item in festo omnium sanctorum cum die sequenti, S. Martini, in festo S. Lucie, S. Nicolai, et undecim millium Virginum, item in festo S. Katharine. Quibus diebus feriatis in honorem dei introductis cesset iudicialis ordo. Item propter messe [in octo diebus] (c) precedentibus mensis iulii et octo diebus in mense iulii, item propter vindemias [octo diebus prece]dentibus festum S. Michaelis et duodecim diebus sequentibus.

II. *Qua hora iudex sedere debeat.*

Constituimus et ordinamus quod omni die iuridica vicarius qui [fuerit pro tempore pul]sata campana pro terminis audiendis, statim sedere debeat [in loco iudicii et] audiencie, teneaturque in eodem loco et non alibi unus ex nota[riis curie quem vica]rius deputaverit scribere in cedula omnes se presentantes

(1) SS. Iacobi et Philippi aggiunge B in margine.

(a) Per la data si veda la nota al documento precedente.

(b) Per la corrispondenza fra le rubriche di B e quelle dell'edizione IOPPI, vedasi sopra la tavola a p. CLXXX-CLXXXI della prefazione al presente volume.

(c) Il cod. B è assai guasto nei margini dall'umidità: le parti mancanti sono integrate nel testo colla lezione data dall'edizione IOPPI, dove il testo e gli spazi corrispondono. Dove, poi, non corrispondono se ne fa espressa menzione nelle note.

[in loco iudicii prout se] presentant nec aliquem scribat qui se non presentet sub [pena XX solidorum; quos sic] se presentates in loco iudicii et litigantes teneatur vicarius [secundum ordinem] dicte cedule expedire, valeatque et plenum robur obtineat quicquid [actum et determinatum fuerit] post sonum dicte campane, partibus presentibus, vel altera [ipsarum contumaciter absenti, quod] si pars contumax venerit vicario sedente pro tribunali et [procedere voluerit tunc] vicarius dictam partem audire debeat solvendo pro eius [.......... ....] (1) alteri den. XL et nichilominus parti adverse expensas fa[ctas pro advocato et notario] in termino illo; aliter non audiatur et teneat processus in [eius contumacia factus. Si vero] soluta pena XL den. et dictis expensis voluerit proce[dere ad causam, audiatur] etiam si pars cui pena applicatur se absentaverit et qui[cquid tunc actum fuerit, habeat] roboris firmitatem.

III. *De potestate vicarii in prorogationibus terminorum.*

Item constituimus et ordinamus quod d. patriarcha vel vicarius [seu officialis eius mediantibus laudo et] sententia possit terminos prorogare unum vel pl[ures partibus absentibus vel presen]tibus seu altera presente vel absente; [et quod termini prorogati semel] ulterius non prorogentur, nisi fieret de parcium [voluntate et quod vicarius seu officialis] teneantur primo terminos prorogatos expedire, antequam procedat ad alios terminos ad illam diem emergentes seu incidentes: et habeat locum etiam in pendentibus causis.

IV. [*Quod*] *nullus advocatus patrocinari audeat parti adverse.*

Item statuimus et ordinamus quod nullus advocatus (2) informationem de iuribus alicuius, audeat vel presumat in causa in qua fuerit informatus parti adverse patrocinari et hoc si pars que eum informaverit pro suo advocato, eundem elegerit et habere voluerit; alioquin impune possit alteri parti patrocinium suum prestare.

V. *De dilationibus dandis propter advocatos et abscentiam eorum.*

Quia frequenter propter frustratorias dilationes que sub pretextu abscentie advocatorum ut plurimum malitiose petuntur, lites plus debito prorogantur, constituimus et ordinamus quod in aliqua causa vel questione, quantocumque tempore duraverit, aliqua pars [non] possit habere nec habere debeat ultra tres dilationes sibi datas propter advocati sui [ab]sentiam si reperiantur tres dilationes sibi date propter advocati absentiam, que dilationes prebentur per acta curie, vel per instrumenta alia, et non aliter. Et quod premissa causa [eadem] intelligatur causa appellationis et protectionis cum principali. Et habeat locum [etiam] in causis et questionibus pendentibus.

VI. [*De verbis redar*]*gutoriis vel reprehensibilibus per advocatos non dicendis contra sentenciantes.*

[Consti]tuimus et ordinamus quod nullus advocatus nec aliqua pars litigancium in iudicio au[deat aliqua] verba reprehensibilia, vel redargutoria dicere vel proferre contra illos [qui sententiant imo] statim cum inceptum est sentenciari, advocati et litigantes debe[ant quieto animo sile]re et sentencias astancium (3) audire nec illos verbo vel facto impedire [sed sententiantes permittere] suam intencionem in sententiando, secundum quod deus sibi ministraverit [exprimere. Si quis ex]advocantibus vel litigantibus sua temeritate vel protervia contra[fecerit cadat in penam] XL den. curie applicandorum. Et si quis in dictam penam [inciderit non audiatur] in iudicio donec prefatam penam integre persolverit.

(1) Joppi ha: et si ibidem solverit pro eius contumacia pene nomine parti, che non sta nello spazio lacunoso di B. (2) om: habens? (3) B constanciam!

VII. [*De iuramento et officio*] *notariorum.*

[Constituimus] et ordinamus quod quilibet notarius assumptus vel assumendus ad officium [vel ad scribendum] acta curie d. patriarche vel sui vicarii iuret ad sancta [dei evangelia in manibus vi[carii in forma infrascripta, videlicet: iuro ego notarius ad sancta dei [evangelia quod bona fide] sine fraude, remotis odio, amore, timore, prece et precio, veraciter [scribam secundum meam consci]enciam omnia acta et omnes scripturas spectantes et pertin[entia ad meum officium nec] dolo nec fraude dimittam quin predicta scribam. Testes bona fide inter[ogabo et examinabo et] secundum quod ab eis intellexero in scriptis redigam ea, que ad [causam pertinere credidero] et seriem testimonii scribam per ordinem nec scribam brevis .... eius vicarii publicata (1). Si d. patriarcha vel [eius vicarius seu eius officialis aliquid mihi co]mmiserit vel preceperit quod ad meum pertinuerit officium [illud observare et adimplere] procurabo pro posse et sentencias et credencias d. patriarche [et suorum officialium secretas] tenebo et si consilium a me pecierint bona fide [eis dabo. Quo sacramento non prestito] non admittantur ad scribendum.

VIII. *Quod duo notarii non scribant in una eademque causa sed unus de parcium concordio deputetur.*

Constituimus et ordinamus quod litigantes coram d. patriarcha vel eius vicario de cetero scribi non faciant in causa in qua litigant simul et semel per duos notarios sed concordent et concordare debeant de uno tantum notario qui scribat in causa. Quod si partes de ipso notario scriptura non valeant concordare tunc dominium unum ad id notarium deputet non suspectum. Que suspecio si allegetur utrum iuxta sit per sentenciam astancium dirimatur. In abscentia tamen notarii qui solitus est scribere in causa, possit alius notarius adsumi ad scribendum in illa causa.

IX. *De actis cause continuatim et successive per notarios scribendis.*

Constituimus et ordinamus quod notarii acta scribentes coram d. patriarca vel eius vicario teneantur et debeant acta cuiuslibet cause successive et coniunctim scribere, non autem diversarum causarum acta simul et mixtim scribere, acta unius cause cum actis alterius immiscendo. Qui vero contrafecerit cadat in pena XL denariorum pro qualibet vice curie applicande.

X. *De actis iudiciariis partibus etiam extra iudicium ostendendis.*

Quia omnia acta iudiciaria et sunt et esse debent communia utriusque partis, exceptis dictis testium non publicatis, constituimus et ordinamus quod quelibet pars possit in iudicio et extra videre et examinare acta facta in iudicio et teneatur notarius, satisfacto sibi competenter de labore suo, eisdem partibus dicta acta ostendere ad eorum voluntatem et extra iudicium et ad accipiendum copiam dictorum actorum nulli detur dilatio si fuerint facta parte presente vel contumaciter absente.

XI. *De notariis compelendis copiam dare petentibus.*

Quia propter neglegenciam notariorum et partium lites plus debi[to prorogantur con]stituimus et ordinamus quod notarius teneatur dare copiam eo[rum que producentur in iu]dicio post decretum copiam parti petenti ita tamen quod pars [requirat a notario] dictam copiam post diem decrete copie et ante diem sequen[tis termini et satisfac]to eidem notario de competenti solutione. Quibus requisitionibus et satisfa[ctione vel oblatione sic factis, si notarius] copiam non

(1) Joppi ha: dicendo talis dixit idem quod talis et dicta eorum bona fide celabo donec fuerit precepto d. patriarche vel. Lo spazio in B è troppo piccolo per un periodo così lungo.

dederit cadat in penam XL den. curie applicandorum [et alius terminus sibi non] detur, salvo iusto impedimento approbando per iuramentum notarii .... (1) habendorum. Ubi autem notarius requisitus copiam fecerit teneatur pars [debitam solutionem notario] facere, sive illam copiam acceperit sive non.

XII. *De notariis curie non admittendis ad advocandum vel procurandum pro aliis.*

Constituimus et ordinamus quod nullus notarius electus [ad scribendum in causis et] questionibus ventilandis coram d. patriarcha [vel eius vicario seu officia]libus deputatis vel deputandis per ipsum d. patriarcham ad cau[sas et questiones audiendas in] curia ipsius d. patriarche emergentes aliquatenus possit vel .... officialibus ventilandis officium advocatoris vel procur.................... ali vel vicario officii in quo fuerit electus notarius aut .... usque ad secundum gradum scrivere. Et qui [contrafecerit cadat in penam medie] marce applicandam medietatem parti cui non attinet et contra quam procuravit, alia curie d. patriarche (2).

XIII. *De notariis in scriptis redigere debentibus contractus per eos celebrandos.*

Item constituimus et ordinamus, quod nullus notarius audeat vel presumat stipulari seu comprehendere alliquem contractum venditionis, emptionis, locationis, permutationis (3), donationis, cessionis seu pactorum aliquorum aut alicuius generis oretenus inter partes sicut olim actum est; sed teneatur ipse idem notarius, antequam contractum comprehendat et stipuletur inter partes formam dicti contractus vel saltem sustancialia cum substancia et pactis ad dictum substantialiter pertinentibus, et de quibus pactis partes inter se convenerint, in scriptis redigere et per ordinem scribere et non ponere in cedulis, sed in libris et in quaternis breviaturarum suorum instrumentorum eorumdem. Quo contracto per ordinem scripto et in scriptis redacto notarius ipse prefactum contractum cum predictis pactis et substantialibus predicti contractus legat et publicet coram partibus et testibus. Et si notarius contrafecerit cadat in penam unius marce applicande dominio ubi residenciam suam fecit et tociens committatur quociens contrafactum fuerit. Et hec constitucio vindicet sibi locum elapsis tantum tribus mensibus a die publicationis ipsius.

XIV. *De procuratoribus si generaliter fuerint constituti legitimis reputandis.*

Constituimus et ordinamus, quod quilibet actor et sindicus ab universitate et collegio aliquo, procurator a maiore viginti quinque annis, seu a pubere tamen maiore quatuordecim annis cum iuramento constituti aut curator a vicario datus ad causas alicuius minoris vel alterius persone, intelligantur legiptime constituti et legiptimas personas in iudicio habere tam in agendo quam in defendendo si in instrumento procuratorii seu mandati exprimatur quod constituantur generaliter procuratores, actores, sindicos aut curatores ad agendum et defendendum in omnibus causis et questionibus motis et movendis per constituentes eos contra aliquos vel e converso quacumque occasione vel causa, omni alia iuris solempnitate omissa; non obstante etiam quod in mandato non fuerit specificata causa de qua agitur; ita tamen quod per constituentes procuratores sindicos vel actores legiptime promittant in dicto instrumento hoc ratum quidquid .... satisdederit in procuratorio predicto de iudicio sisti et de iudicato solvendo sub ypotheca [et obligatione omnium suo]rum bonorum. Quibus observatis non teneatur talis procurator satisdare, quod si talis conventus [evaserit ab illo] agente evasus sit ab omnibus aliis personis.

(1) Ioppi ha: quod si pars in petenda copia supradicta non observaverit, tunc ulterius nulla sibi alia detur dilatio ad dictam copiam.... che non corrisponde allo spazio di B. (2) Il testo di Ioppi si svolge in modo diverso, così che è impossibile riempire le lacune. (3) B: pronunciacionis!

XV. *[De termino statuto vel statuendo ad oppone]ndum contra mandata.*

[Constituimus et] ordinamus quod de procuratorio vel alio mandato facto in iudicio vel extra, parte presente, nulla [copia detur parti] petenti; sed ibidem legatur in iudicio et legiptimetur mandatum vel reprobetur. [Si vero procuratorium vel] alium mandatum factum fuerit extra iudicium parte adversa absente vel in iu[dicio parte altera absen]te, tunc si pars que fuerit absens, petat copiam dicti mandati ei[dem detur ad tertiam] diem iuridicam proxime sequentem, non computata die statuti termini et non [ultra et in dicto termi]no opponat quicquid opponere voluerit et ulterius non audiatur super oppo[sitionem contra dicta mandata].

XVI. *[De simul producendis procuratoriis] substitutionibus et aliis quibuscumque mandatis de legiptimatione [litigantium pertinentibus et de copiis eorum] dandis et recipiendis.*

[Constituimus et ordinamus] quod quandocumque aliquis tutorio, procuratorio, curatorio nomine vel alio quocumque genere man[datorum compareat in] iudicio, agendo vel defendendo teneatur in primo termino [omnia mandata et instrumenta facien]cia ad legiptimacionem persone sue producere ac exhi[bere; quorum copiam nisi pars contra quam produ]cuntur tunc ibidem petierit ulterius de iis de [quibus copiam non petierit copiam, habere] non debeat; sed ad legiptimationem personarum proceda[tur nisi legipt]ima exceptio debito tempore opponatur. Et idem observetur in copia danda reo, quandocumque actor simul et semel ad probationem sue intentionis plura instrumenta producit, ut videlicet de instrumentis quorum copiam non petierit, tunc ulterius copiam non valeat obtinere, et e converso idem observetur in copiis productorum ex parte rei dandis actori; et hec constitucio habeat locum etiam in causis precedentibus.

XVII. *De negantibus personas fore legiptimatas in iudicio.*

Constituimus et ordinamus quod quandocumque aliquis negat in iudicio quod non sit legiptima persona ad agendum seu defendendum, tunc si in processu cause et post aliqua acta in iudicio facta, petatur per aliquam partem sibi fieri fidem de mandato eius qui compareat in iudicio quod sufficiat fidem fieri per instrumentum mandatum (1) continens, vel per acta continentia legiptimationem personarum predictarum, quorum copia (2) tunc si petatur nullatenus decernatur.

XVIII. *De procuratore compellendo ad procedendum post susceptum mandatum.*

Constituimus et ordinamus quod procurator, sindicus, vel actor quantumcumque absens constitutus fuerit, de cetero si suscepit procedere compellatur et cum pro ipso tamquam cum legiptimo procuratore procedi possit, etiam si renunciaret nisi haberet iustam causam renunciandi, quod per sententiam astancium definiatur, dummodo de expressa revocatione ipsius a domino facta, expresse non constet. Et quicumque comparuerit in iudicio procuratorio nomine alterius ex eo quod asserat se non informatum a principali, aliquam dilationem obtinere nequeat ad se informandum cum ipso vel alio procuratore eiusdem principalis. Et habeat locum etiam in precedentibus causis.

XIX. *Quod procurator non intelligatur revocatus nisi expresse revocetur, sed ipse principalis possit procedere in causa.*

Constituimus et ordinamus quod si quis fuerit legiptimatus procuratur in iudicio per aliquam comparicionem domini in iudicio factam non intelligatur ipse procurator revocatus nisi cum domino expresse revocaverit; de cuius revocatione facta constet in actis iudicii vel per publicum instrumentum aut

(1) B: mandati. (2) B intercala: qui sit.

prothoco[llum] cum presentia notarii in iudicio productum. Et quia in quallibet parte litis poss[it citari tam princi]palis quam procurator et eorum quilibet, et altero citato competere possit [et procedere, nec] possit dominus constituens nec procurator eius inducias habere ex eo quod [asserat se velle informari] unus ab altero.

XX. *De filliis familias vel aliis personis ad officium procuratoris admittendis vel [non].*

Constituimus et ordinamus quod nullus minor XX annis possit esse [actor sindicus] vel curator ad lites seu causas et quicquid cum eo actum fue[rit ipso iure non vale]at et nullum sorciatur effectum. Maior autem XX annis et quilibet [filius familias maior] XX annis etiam sine consensu patris possit esse nomine alieno tanquam [actor sindicus procurator et] curator in iudicio ad causas et litigare. Ita tamen quod ex hoc non ob[ligetur pater nec bona eiusdem] patris in aliquo reputentur obbligata. Et habeat locum in causis precedentibus.

XXI. *De procuratoribus et actoribus u tutoribus seu curatoribus eorum periculo constituendis.*

Constituimus et ordinamus quod quandocumque tutor vel curator generalis [datus pupillis vel minoribus] seu certe cause datus curator voluerit constituere procura[tores seu actores ad lites et causas] teneatur ipse tutor et curator de omni dolo et omni [negligencia et dampno et interesse] commissis et illatis per dictos actores vel procuratores in causis dictorum pupillorum seu minorum vel in eorum preiudicium. Pro quibus reficiendis sint obligata ipso iure bona ipsorum constituencium dictis pupillis et minoribus. Et hoc habeat locum in preteritis, precedentibus, et futuris.

XXII. *De curatore vel actore ad lites non compellendis ad inventarii confectionem.*

Constituimus et ordinamus quod curator vel actor ad causas constituti non teneantur facere inventarium de aliquo.

XXIII. *De citationibus.*

Ut litibus finis celerior imponatur, constituimus et ordinamus quod si aliquis deponere voluerit querimoniam contra aliquem habitatorem terre et patrie Forijulii super aliquibus contractibus mutui, debiti vel commodati, societatis, tutele vel cure, aut aliquibus aliis rebus vel factis ad quas vel que actor aliquem sibi obligatum esse vel teneri assereret, exceptis debitis de quibus se vocaverit convictum secundum morem patrie Foriiulii, vel illos de quo vel quibus conqueri voluerit, legiptime citari faciat cum cedula continente quantitatem seu rem per signa aliqua, quam quis petere intendit, et ei mandari in predicta cedula pro primo termino, qui comparere debeat et teneatur legiptime, id est per se vel sufficientem et legiptimam personam sub pena XX solidorum in primo termino. Quod si in primo termino non comparuerit citentur per similem modum quod compareat sub pena XL denariorum. Et si in secundo termino comparuerit teneantur ante omnia solvere XX solidos curie et reficere expensas parti factas pro primo termino et contumacia. Quod si in secundo termino non comparuerit iterum, tertio citentur per similem modum ad negandum vel ad confitendum. Et si comparuerit in tertio termino non audiatur nisi solutis XX solidis et XL denariis curie, et refectis expensis parti factis in dictis duobus terminis ad aliquam defensionem faciendam; immo procedatur contra eum ac si non comparuisset. Si vero in dicto tertio termino non comparuerit, tunc si debitum vel res mobilis, que petitur ascendit ad summam C librarum vel ab inde infra et non ultra; tunc habeatur pro convicto, iurante tamen per sacramentum actore quod illud quod petit iuste habere debet. A centum vero libris

supra non intelligatur [contumax] convictus nisi primo facta fide de eo quod petitum est per publicum instrumentum vel testes, vel [alias legitimas pro]bationes; quam quidem fidem si ibidem facere non possit de eo quod petit, illam facere [debeat quandocumque] debito tamen termino. Et si pars adversa interim comparet ante fidem factam admittatur [ad suam defensi]onem, prius refectis expensis parti adverse, et solutis vadiis dictarum trium citatio[num et per talem com]paritionem, aliquis processus contra eum in sui absentia vel contumacia ante ipsam [non revocetur] (1). Et omnia agitata et facta contra eum firma remaneant. Et predicte citationes repu[tentur legitime, si in] primis duobus terminis vel citationibus aut altero eorum, seu altera eorumdem fuerit persona[liter citatus et re]pertus vel ad domum, vel ad locum sue solite habitationis citatio facta fuerit, [cedula ibi di]missa et alicui de familia domus, vel ante domum seu locum predictos ubi melius [et propinquius possit, rei]ectis et abolitis de cetero aliis relationibus iudiciorum et proclamationi[bus publicis que consueverant] fieri, quando rei citandi personaliter non inveniebantur per precones. Et si in predictis [duobus citationibus] seu terminis vel altero ipsorum ipse citandus non fuerit personaliter repertus, si dicte [due prime citationes] facte fuerint ad domum, dimissa cedula ut supra, tunc si reus in tercio [termino non fuerit persona]liter repertus citetur pro illa tercia vice per publicam proclamationem [ante] domum [vel locum sue solite habitationis] ut compareat infra (2) terminum X dierum computandorum a die [dicte citationis et die illo incluso, semper] cedula data vel dimissa ut supra. Et si personaliter reperiretur [in dicto tertio termino] nichilominus habeat terminum predictum decem dierum. Si autem in primis duabus citationibus, vel altera ipsarum fuerit personaliter inventus, tunc in tertia citatione possit actor facere citare reum ad terminum quem voluerit; et hoc casu sufficiat citatio cum cedula dimissa ad locum vel domum habitationis, ut supra, sine aliqua proclamatione. Si vero querimoniam aliquis exponere volluerit super mansis, domibus, vel aliis cuiuscumque generis rebus immobilibus seu stabilibus, tunc similiter fiat citatio per cedulam continentem rem que petitur per aliqua signa illam demonstrancia et pro primo termino citetur quod compareat ad certam diem infra decem dierum spacium a die citationis seu cedule presentationis, illa tamen die non incluso. Quod si in dicto termino non comparuerit, citetur secundo eo modo quo primo; et si in secundo non comparuerit citetur tertio simili modo. Et hec omnia locum habeant, quando personaliter citati sint; de qua citatione stetur relacioni preconis. Ubi autem in prima citatione non potest personaliter inveniri et citari, tunc preco citet eum ante domum seu locum sue solite habitationis sine proclamatione, dimissa cedula alicui de familia domus vel loci predictorum vel ubi melius et propinquius potest. Et similiter fiat in secundo termino si personaliter non invenitur; qui personaliter non inventus in primis duobus terminis vel altero ipsorum citetur tertio. Et si tunc non fuerit personaliter inventus, tunc statim pro illa tertia citatione preco publice alta voce cum proclamatione citet ipsum ante domum sive locum sue solite habitationis, alicui de familia domus vel loci cedula dimissa, vel ubi melius potest. Et in hoc tertio termino habeat terminum XV dierum. Eo autem personaliter invento in primo vel in secundo termino, in tertio non habeat terminum nisi X dies sicut supradictum est. In citandis autem communitatibus fiant cedule modo supradicto, scilicet intra prefatum dilationem et sufficiat presentari cedula decano ville, aut ufficiali maiori et etiam publica proclamatio fiat per nuncium cedule in platea terre seu loci, cuius comunitas citatur. Et si dies termini citationum supradictarum incideret in diem feriatam, sequens non feriata et iuridica qua audiantur termini, habeatur pro dicto termino et procedatur. Et predicta citatio sic modis predictis facta reputetur legiptima et sufficiens in omnibus quibuscumque casibus in quibus aliquis habitator dominii et districtus predictorum esset citandus: quibus citationibus sic premissis reputentur sic citati non comparentes contu-

(1) Joppi pone qui: comparitionem, e pone: non revocetur più sopra; l'integrazione di B viene fatta secondo il senso. (2) Joppi ha in luogo di in: ad certam diem ultra.

maces, et possit procedi contra eos tamquam contumaces, constitutionibus seu consuetudinibus aliquis editis vel observatis non obstantibus (1). Et predicta in citatis tam pro causa pecuniarum [quam territorii] habeant locum, quando aliqua dictarum citationum emanaverit non .... (2) seu patria Foroiulii. Cum autem aliquis non habitans in districtu [et dominio d. patriarche et] Aquilegensis ecclesie ad peticionem alicuius contra eum querimoniam [exponere volenti] citari petitur, sive sit vagabundus sive notum sit ubi mo[retur tunc predictus talis] in platea loci, ubi iudicium redditur eciam ante eius domum sue soli[te habitationis, si qua] est alta voce preconia citetur cum cedula tribus vicibus et pro quo[libet citatione et vice] habeat spatium XV dierum continuorum, ut veniat legiptime et per[emptorie ad iudicium respon]surus conqueri volenti; et quod citatio secunda non possit fieri [nisi primo termino XV] dierum elapso; et si dies termini esset feriata sequens non feriata [habeatur pro termino ut] supra. Forma autem citationum supradictarum habeat et vindicet sibi [locum in primis citati]onibus fiendis. Si vero citabitur ad procedendum in causa [iam inchoata tunc suffi]ciat unica citatio, tamen per cedulam sibi personaliter vel ad domum [factam infra terminum com]petentem, in qua cedula exprimatur ad quod actum singulari[ter et specialiter ad pro]cedendum debeat comparere. Aliter facta citatio non teneat ni[si]............................ (3) presenti in iudicio, ut compareret certa die ad procedendum; [quo casu sufficiat simplex pre]ceptum domini vel eius officiali alicui presenti pro prima citatione, sed fiat per cedulam ut superius continetur, et relationes autem citationum (et) presentationum cedularum possint et valeant precones in iudicio et extra partibus presentibus et absentibus facere notariis causarum; quas relationes teneantur notarii scribere in actis cause; quarum scripturarum sicut et ipsis preconibus, qui presentaverunt vel citaverunt adhibeatur in iudicio plena fides. Et hec presens constitucio habeat locum etiam in pendentibus causis et questionibus.

XXIV. *De commissionibus, preceptis, relationibus per precones diebus singulis fiendis.*

Antiquam consuetudinem Foriiulii sequentes et approbantes constituimus et ordinamus quod tam diebus iuridicis quam diebus solempnibus et feriatis possint per d. patriarcham et eius vicarios et officiales commissiones fieri preconibus de aliquibus citandis, vel aliquibus mandatum fiendis; possintque dicti precones precepta et commissiones eisdem iniunctas et iniuncta ac relationes ipsarum dictis diebus facere salvo quod predicta non vendicent sibi locum in feriis nativitatis et resurrectionis domini, in quibus volumus omnia predicta silere.

XXV. *De terminis et modo procedendi in causa territorii.*

Constituimus et ordinamus quod si aliqua persona vel comunitas citata fuerit in causa territorii et super bonis immobilibus et non comparuerit in tertio termino prout supra ordinatum est tunc statuatur terminus actori XV dierum ad producendum omnia iura sua que habet, infra quem terminum citetur reus ut compareat dicta die ad oponendum contra iura actoris et ad probandum sibi quidquid probare expediat et voluerit de iure suo. Quo non comparente ulterius non audiatur ad aliquam defensionem nec probationem faciendam sed citetur ad definitivam sententiam audiendiam coram persona domini vel eius vicarii; si enim d. patriarcha propter aliquas occupationes, quas scribat [vel dicat] se habere specialiter et expresse diffinitivam sententiam duxerit committendam .... coram vicario diffinitiva profferatur sen-

(1) B omette: non obstantibus che però è richiesto dal senso, IOPPI aggiunge inoltre: in contrarium fra: aliquibus ed editis. (2) IOPPI ha: emanaverit reo existente in contrata. (3) IOPPI ha: nisi preciperetur per d. patriarcham vel eius officialem alicui, ma in B lo spazio è troppo ristretto.

tentia, nullis admissis .... (1). Si vero reus .... (2) in quarto termino vel in aliquo trium precedencium comparuerit tunc .... legiptimentur persone nec dentur allique dilationes pro copiis mandatorum nec hominis .... (3) [ad] se informandum cum aliqua persona nisi forsitans actor vel reus pe .... super manutentoribus, quo casu utraque pars, vel pars petens produ .... manutentores dilationem habeat VIII dierum ad faciendum citari manutentores vel ad domum qui veniant ad iudicium sublatis di .... nominandi, convictandi, et sub penis citandi dictos manuten .... ato citentur infra spacium aliorum octo dierum in quo termino .... or nominans et allegans manutentores possit et valeat .... pere iudicium in se et procedere in causa usque ad finem cause et diffinitivam sententiam inclusive. Quo principali convicto intelligatur manutentor convictus. Tot quomodo terminos habeant manutentores qui volunt producere alios manutentores quot habuerint seu habent primi producentes manutentores et habeat locum etiam causis iam incoactis.

XXVI. *De terminis ad probandum limitatis actor et reo.*

Constituimus et ordinamus quod si partibus in iudicio existentibus, aliqua eorum pars velit de sua intentione probare, si fuerit actor teneatur infra terminum XV dierum producere testes et instrumenta et omnia iura que credit ad suam causam si vellet producere testes vel instrumenta vel alia iura, nisi appareat de iusto et rationabili impedimento, approbando per sententiam. Quo impedimento occurrente statuatur terminus eidem octo dierum ad producendum et probandum quidquid producere et probare vellet (4); quo transacto ulterius nichil possit producere vel probare super propositis et petitis, nisi aliud evidentissimum impedimentum occurrens ex defectu dominii, notarii vel testium appareat quod utrum iustum impedimentum fuerit per sententiam astantium dirimatur; quo casu alter terminus peremptorius, semel tantum, ei per sententiam astantium statuatur; quo elapso amplius non audiatur etiam quocumque impedimento allegato vel probato. Si vero fuerit reus, qui velit probare per instrumenta vel testes vel alia iura, tunc dictus reus teneatur infra terminum XX dierum incipiendum vel computandum a die lapsus termini predicti XV dierum actori assegnati probare et producere quidquid voluerit tam per testes quam per instrumenta vel alia iura, et ulterius nichil possit producere nisi impedimentum adprobandum per sententiam. Quo impedimento interveniente alius terminus X dierum sibi assignetur ad producendum et prob .... producere et probare voluerit. Quo transacto nihil possit producere vel .... propositis exceptis et petitis per eum nisi apareat aliud evid[ens impedimen]tum (5) ocurens ex defectu dominii, notarii vel testium, quod utrum iustum [sit sentencia] astancium dirimatur quo casu alter terminus peremptorium s[entencia astan]cium prefigatur. Quo elapso ulterius non audiatur et iam quocumque impedi .... to vel probato. Et hoc habeat locum in pendentibus causis.

XXVII. *De notariis et testibus compellendis dare instrumenta et iurare.*

Item constituimus et ordinamus quod infra dictos terminos limitatos [actori et reo ad produ]cendum iura sua testes et instrumenta, teneantur actor et [reus compellere et compelli] facere per dominium notarios eorum instrumenta habentes et testes ad [iudicium venire et] deponere et examinari, quodque qualibet die iuridica dictorum t[erminorum pars quelibet possit pro]ducere eorum articulos, instrumenta et iura et testes [tamen adversa parte presente vel citata sub]latis et reiectis quibuscumque aliis dilationibus et consue[tudinibus in contrarium hactenus observatis. Et] habeat locum etiam in pendentibus causis.

(1) Ioppi ha: defensionibus, exceptionibus; oppositionibus, testibus, instrumentis, vel aliis probationibus rei predicti ipso reo contumace vel presente, ma in B lo spazio non è sufficiente. (2) Le seguenti lacune non si possono colmare con Ioppi essendo il testo molto diverso. (3) certamente: mortui. (4) B: volet! (5) Come alla nota 2.

XXVIII. *De penis notariorum vel testium recusantium dare instrumenta vel venire ad deponendum.*

Constituimus et ordinamus quod notarii habentes instrumenta alicuius partium ad requisitionem ipsius requirentis teneantur dare parti petenti instrumenta infra tres dies sub pena XL denariorum. Quod si infra dictum terminum non dederit mandetur sibi quatenus infra alios tres dies debeat dedisse dicta instrumenta sub pena medie marche. Et si non dederit tertius terminus assignetur sibi sub pena unius marche, quod debeat dedisse sibi infra alios tres dies semper habita iusta solutione. Simili modo compellantur testes venire ad iudicium sub penis predictis infra tres terminos statuendos secundum distanciam locorum et facti qualitatem; dummodo tres termini non excedant tempus termini superius dati ad producendum et probandum, sublatis omnibus aliis nominationibus, convictationibus et aliis quibuscumque dilationibus. Et habeat locum etiam in pendentibus causis.

XXIX. *De depositione et examinatione testium.*

Item statuimus et ordinamus quod testes producti ad iudicium possint deponere dictum suum et deponant, parte presente vel absente, legiptime tamen citata, non obstante aliqua contradictione vel absentia partis, ut (1) ipsius advocati; quorum dictum et depositiones in actis scribantur, salvo tamen iure unicuique parti ad opponendum contra dicta testium et eorum personas. Super quorum dictis et personis tunc cum deponant non disputetur, sed postea in processu, suis loco et tempore disputetur et definiatur. Et habeat locum etiam in pendentibus causis.

XXX. *De eodem.*

Item ordinamus quod quando testes producti per aliquam partem in iudicio deponunt dictum suum, quod debeant deponere in iudicio dictum suum non presentibus aliis testibus qui etiam debent deponere super eodem facto; et quod testes cum deponunt debeant interrogari per duos bonos viros per partes eligendos ibidem ante depositio[nem dicti testis]; quo deponente, advocati, procuratores et partes sileant et [nullam faciant interroga]tionem sub pena XX soldorum ibidem et illico per contrafacentes solve[nda et per d.] vicarium exigenda. Et si aliqui articuli fuerint producti per ali[quam partium] vel per ambas partes admitti debeant indistincte; salvo iure [impertinentium et] non admittendorum. Et habeat locum etiam in pendentibus causis.

XXXI. [*De negantibus acta*] *curie.*

[Constituimus et] ordinamus quod si aliquis negaverit acta curie et appareant acta que [sunt ne]gata, ille qui negaverit cadat in pena XL denariorum applicanda parti [probanti nec audi]atur ulterius in causa pars negans, sed procedatur in eius contuma[cia nisi prius] solvat dictos XL denarios. Item si aliquis vult probare .... testes .... et vult probare aliquid esse actum vel sententiatum ultra [illud quod scriptum est] in actis ét vult probare plus esse scriptum quam [fuerit actum] vel sententiatum, hoc probare teneatur infra sex dies, infra quem terminum si non probaverit non audiatur ulterius ad aliud probandum et pene nomine solvat mediam marcham applicandam parti adverse et expensas factas illa de causa. Et intelligantur acta, citationes, relationes preconum et processus facti in abscentia seu contumacia partis adverse. Et habeat locum in causis pendentibus.

XXXII. *De executione instrumentorum convictionum.*

Constituimus et ordinamus quod si quis dixerit (2) in iudicio aliquem fore sibi obligatum vigore alicuius instrumenti, in quo debito vocaverit se fore con-

(1) IOPPI: aut. B: duxerit!

victum, et de hoc fidem faciat coram dominio per publicum instrumentum; tunc secundum formam antiquitus observatam detur creditori nuncius ad denunciandum et mandandum debitori quod solvat vel sit in concordio cum creditore infra octo dies; alioquin ex nunc habeat ille nuncius auctoritatem et licentiam pignorandi dictum debitorem ad instantiam dicti creditoris et ad vendendum de bonis istius debitoris usque ad plenam et integram solutionem ipsius creditoris. Si vero debitor infra octo dies comparuerit coram dicto dominio contradicturus quod nulla fiat novitas per creditorem super bonis suis vel nuncium ad hoc ei datum, tunc teneatur et debeat facere citari dictum creditorem infra sex dies tamen computandos a tempore expirati dicti termini octo dierum, nisi obstarent ferie immediate post dictos octo dies sequentes; et tunc ad primum diem iuridicum teneatur actor citari ut supra. Quo termino adveniente et partibus comparentibus tunc reo petenti decernatur copia sententie iudiciarie et ibidem statuatur terminus dicto reo ad quintam diem iuridicam ad excipiendum et opponendum, oretenus tamen, quidquid voluerit contra dictum instrumentum lege[ndum] in iudicio, et sententiam predictam; in quo termino solummodo opponere valeat [ex]ceptiones istas: videlicet falsitatis, solutionis, seu alterius satisfactionis, pre[scriptionis] et pacti de non petendo in perpetuum, vel ad presens, vel alterius pa[cti in instrumento con]tenti et non observati, vel aliquid contra personas contrahentium, non valenti[um se obligare], vel aliam legiptimam exceptionem admittendam vel repellendam iu[xta sententiam astantium]. Quibus appositis vel aliqua ipsarum statuatur ei terminus decem [dierum peremptorie ad] probandum dictas exceptiones suas appositas; quas exceptiones [teneatur et debeat] legiptime et debito modo probare. Et si quidem in instrumento convictionis contineatur quod non po]ssit probari solutio, finis, vel remissio dicti debiti nisi per [illud instrumentum canc]ellatum, aut per aliud instrumentum manu boni notarii in [presentia quinque testium] confectum, possit (1) nichilominus debitor non obstante dicto [pacto probare dictas excep]tiones per sacramentum vel confessionem creditoris. Ubi au[tem opposita fuerit excep]tio falsitatis et non probata, opponens in L lib. [parv. condempnetur. Si vero] aliqua alia exceptio fuerit opposita et non probata condempne[tur in C sold. den. parv.] Et habeat etiam locum in causis pendentibus.

XXXIII. *De terminis assignandis actori et reo ad opponendum, excipiendum, triplicandum et quadruplicandum.*

Item constituimus et ordinamus quod quando atestationes vel instrumenta vel alia iura fuerint producta in iudicio per actorem vel reum de (2) eorum intentione probanda et actor vel reus petierit copiam productorum (3), tunc statuatur terminus parti copiam petenti secundum qualitatem facti de quo agitur, per astantium sententiam moderandus, infra quem terminum debeat habere copiam et opponere quidquid opponere intendit. Si vero aliquid fuerit in scriptis oppositum seu exceptum infra dictum terminum et alia pars velit replicare, quod tunc etiam statuatur terminus replicare volenti, per astantium sententiam moderandus, secundum facti qualitatem. Si vero intra dictum terminum vel in dicto termino aliquid fuerit replicatum et altera pars velit triplicare, adhuc sibi statuatur brevis terminus per sententiam astantium moderandus ad triplicandum, et si aliquid fuerit triplicatum, alteri parti petenti ad quadruplicandum statuatur terminus brevis eidem. Quibus terminis preteritis nulla pars audiatur, sed ad definitivam sententiam procedatur, prius tamen facta relatione in iudicio eorum que acta et producta sunt si in hoc partes fuerint concordes de relatione fienda, vel si in hoc partes non fuerint concordes, tunc procedatur ad definitivam sententiam per laudum et sententiam iuxta morem patrie, auditis allegationibus partium quas oretenus voluerint dicere tempore proferende sententie. Predicta autem habeant locum quando decernitur copia productorum per viam opponendi. Si vero decernatur copia per viam informandi, tunc ille cui

(1) B intercala qui: et. (2) Joppi: ad eorum intentionem probandum. (3) B intercala: quod.

copia est decreta, non possit opponere aliquid in scriptis sed oretenus si vult. Quo casu, si pars adversa velit aliquid replicare, hoc possit facere, tamen semel. Ad quod faciendum habeat terminum quantum habuit eius adversarius ad opponendum. Et utreque parti ad facienda predicta statuatur et detur minor terminus octo dierum. Et [idem] observetur ubicumque oretenus opponatur et non in scriptis. Exceptiones autem et rep[licationes, trip]licationes, et alie obiectiones, que fiunt oretenus ibidem sine copi[arum petitione] statim decidantur et determinentur more solito. Et habeat locum in pen[dentibus causis].

XXXIV. [*de ordine tenendo*] *super instrumento compromissi.*

[Constituimus et] ordinamus quod si aliquod instrumentum compromissi producatur in iudicio, man[detur alteri contra] quem producitur, quod intra tres dies debeat esse in concordio [cum actore aliter] habeat actor nuncium ad accipiendum de bonis suis. Quod si [intra terminum trium dier]um comparuerit ad contradicendum quod ex tunc a die impetrate cedule [intra sex dies] tantum teneatur facere partem citati ad iudicium in casu, in quo intendit [contradicere sententie iam] late. In quo quidem termino sex dierum comparentibus partibus statuatur terminus [eisdem contradicendi X] dierum ad habendum copiam compromissi et sententie et ad opponendum et probandum quidquid probare voluerit tam contra sententiam compromissi quam contra alia instrumenta: post dictum tempus non audiatur.

XXXV. *De sententia arbitraria seu arbitratoria non reducenda ad arbitrium boni viri.*

Constituimus et ordinamus quod si in aliquo compromisso fuerit insertum, quod sententia arbitri vel arbitratoris unius vel plurium non possit reduci nec peti reduci per compromittentes vel aliquem ipsorum ad arbitrium boni viri, quod sententia lata per dictos arbitros vel arbitratores teneat et habeat roboris firmitatem non obstante aliqua reductione. Et hoc sive sit simpliciter renunciatum sive iuratum de non reducendo sententiam ipsam ad arbitrium boni viri, sive utrumque contineatur in compromisso. Et habeat locum in causis pendentibus.

XXXVI. *De iuramento in iudicio recipiendo vel referendo.*

Constituimus et ordinamus, quod in quacumque causa, cuiuscumque quantitatis existat et in quacumque parte litis, una pars alteri possit deferre sacramentum super eo, quod petitur, et teneatur ille cui datum fuerit sacramentum iurare et iuramentum referre, nisi allegaverit se non recordari et velit habere dilationem ad pensandum; quia tunc sibi detur dicta dilatio. Quod si hoc recusaverit, si fuerit actor, cadat ab actione et absolvatur reus a petitione actoris, condemneturque ipse actor in expensis. Si vero fuerit reus et iurare vel referre recusaverit, condemnetur ad petita super quibus noluerit iurare vel referre et etiam in expensis. Et hoc habeat etiam locum in pendentibus causis.

XXXVII. *De verbis iniuriosis in iudicio dictis et probatis.*

Constituimus et ordinamus quod si aliquis protulerit verba iniuriosa in iudicio contra aliquem, cuiuscumque conditionis existat puniatur in penam unius marche. Et [nichilominus] teneatur solvere iniuriam parti. Si autem contra officialem sedentem [in iudicio puniatur] pena XXV librarum.

XXXVIII. *De consilio non habendo pro parte, iudicio durante.*

Item constituimus et ordinamus quod sedente d. vicario, et iudicio [in causis cuiuslibet durante, neutra pars possit nec valeat convocare astan[tes vel alios cum suo] advocato ultra quinque ad habendum consilium. Quod [si secus factus fuerit] nichilominus procedatur.

XXXIX. *De obligatis ad respondendum in pluribus locis coram pluri[bus iudicibus].*

Constituimus et ordinamus quod si aliquis debitor in instrumento de[biti obligaverit se ad] respondendum de dicto debito coram diversis [iudicibus, dominiis seu officia]libus et in diversis locis, quod coram quolibet o[fficiali et in quolibet loco no]minato valeat et possit conveniri et in quocumque dictorum locorum et coram quocumque officiali ex nominatis in instrumento et coram quo creditor ipsum convenerit, teneatur et compellatur dummodo non extra districtum et ducatum Foriiulii de debito respondere. Et hoc habeat locum in futuris contractibus tantum.

XL. *De debitoribus et fideiussoribus diversorum dominiorum* (1) *valentibus coram d. patriarcha et eius vicario conveniri.*

Quia in casu infrascripto contingit creditores multis gravaminibus fatigari, ideo constituimus et ordinamus, quod si reperiatur principalem debitorem et eius fideiussorem habere diversum forum et habitationem in diversis locis, quod creditor isto casu possit convenire coram d. patriarcha vel eius vicario omnes scilicet tam principales quam fideiussores, non obstante aliqua exceptione fori. Et hoc habeat locum in preteritis.

XLI. (2) *De exforciis et iis qui ingrediuntur iniuriose domos et habitationes aliorum.*

Constituimus et ordinamus quod quicumque ecclesie Aquilegensis subditus (3) aut etiam forensis proprio arbitrio et eius auctoritate per se vel interpositas personas absque nuncio dominii, seu curie cui subest, occupaverit seu invaserit mansos, braydas, prata, nemora seu possessiones alias in quarum aliquis alius fuerit possessione aut quas aliquis possederit seu proprio arbitrio absque nuncio prefato depredatus fuerit vel rapuerit equos boves oves, ceteraque animalia aut bladum vel vinum seu quascumque alias res existentes aut existentia in possessione aut tenuta alterius persone, seu quas et (4) que alius tenuerit vel possederit; si ex hoc convictus fuerit coram d. patriarcha vel eius officialibus, restituat [et] condempnetur ad restituendum rapta et accepta ad altressum (5) cum dampnis et expensis et ad solvendum pro banno curie L libras solidorum veronensium parvorum. Si quis vero ex predictis personis sua propria auctoritate ingressus fuerit domum alicuius [sitam] in terris, castris et villis predictis, hospite domus contradicente, vel si eo ab[sente, contra]dicente aliquo de eius familia, solvat libras XXX sclavaneschas [scilicet VIII frixachensium (6)] pro libra pro ingressu et totidem pro egressu, que pena parti iniuriate [applicetur]. Gastaldiones vero et ceteri officiales d. patriarche, per loca diversa [in diocesi] Aquilegensi deputati ab excedentibus circa premissa eorum (7) guadias exigant iuxta consuetudinem in eorum gastaldiis hactenus observatam; et hec habeant locum [in preteritis] et in futuris.

XLII. [*De ordine iudicii et*] *modo procedendi in causa exfortii.*

[Constituimus et ordinamus] quod si qua persona fuerit citata legiptime, idest secundum consuetudinem [hactenus super] citationibus pro exfortiis observatam, ex eo quod dicatur [commisisse exfortium] et super exfortio querimonia contra ipsam exponatur comparere [teneatur personaliter] ad suam defensionem faciendam; allioquin si sic non comparuerit, [proclamentur publice secundum

(1) Così IOPPI; B ha: dominorum. (2) C'è anche nei capitoli di BIANCHI 882. (3) BIANCHI 882 aggiunge qui: seu incola et habitator in terris vel locis ecclesie Aquilegensis. (4) BIANCHI 882 vel. (5) BIANCHI aggiunge scilicet ad duplum. (6) Così BIANCHI 882; IOPPI: frixerios. (7) BIANCHI 882 omette: per loca .... eorum.

anti]quam consuetudinem; et ipso nec aliquo pro ipso legitime comparente facta fide de citatione et proclamatione, tunc posito sacramento per actorem quod ille de quo conqueritur exfortium commiserit, ipse de exfortio condempnetur ad solvendum bannum curie, ac etiam restituendum ad altressum conquerenti omnia rapta et accepta. Et nichilominus dictus actor inducatur et tueatur in tali possessione illius rei, in qua est factum exfortium, in quali erat tempore commissi exfortii, de quo querimonia est exposita et super rebus raptis restituendis duplicatis, stetur sacramento actoris sine aliqua taxacione et si res ipsa petierit. Et hoc si res rapte vel accepte cum altresso non excedant summam C marcharum denariorum; ab inde vero supra non stetur suo sacramento, sed legiptime probet res raptas et acceptas saltem per duos testes cum suo iuramento; et possit fieri talis probatio etiam per domesticos actoris. Si vero personaliter comparuerit, tunc procedatur in causa simpliciter et de plano, summarie et sine strepitu et figura iudicii. Si vero probare nun comparuerit citatus, sed alius excusator pro eo legiptimatus ibidem, per sententiam audiatur et admittatur ad allegandum causas legiptimas absencię dicti citati; quarum causarum si qua fuerit admissa et legiptimata, tunc in dicto termino non procedatur, propter eius absentiam, sed alius terminus eidem assignetur in quo personaliter compareat, si potest, quia forsitan cessaverit impedimentum, nec aliquid de novo supervenerit; et si non potest propter impedimentum supradictum, tunc sufficiat comparere ad terminum per legiptimum procuratorem cum quo procedatur. In causa vero, in qua excusator non esset legiptimus vel legiptimatus, si cause non fuerint legiptime pronunciate per sententiam, tunc procedatur perinde ac si nullus comparuisset. Et hoc habeat locum etiam in causis pendentibus.

XLIII. *De ordine iudicii quando agitur super exfortio, citato nominante relevatorem.*

Constituimus et ordinamus quod si aliquis fuerit citatus occasione alicuius exfortii et citatus legiptime compareat et respondeat et alleget quod alterius nomine et mandatu accepit et fecit illud quod fecit; teneatur ibidem nominare illum cuius nomine vel mandato dixit se fecisse vel accepisse, qui relevator nominatur. Et si dictus nominans non esset sufficiens ad solutionem eorum, qui sunt, dicuntur vel petentur accepta vel facta, ibidem in iudicio [idoneam] prestet securitatem. Qua non prestita per dominium personaliter detineatur et teneatur [dictum relevatorem] cuius nomine seu mandato dicit se fecisse vel accepisse illud quod fecit vel [accepit, infra sex] dies a die nominationis connumerandos et ab inde infra [secundum distantiam locorum ad] iudicium producere. Et nisi ipsum relevatorem produxerit ipse teneatur resp[ondere et in causa] exfortii procedere principaliter et proprie nomine. Si vero produxerit ipsum [relevatorem, tunc si] dictus relevator fatetur eius nomine vel mandato factum et acceptum illud [quod exfortio alle]gatur et petitur, et est idoneus ad solvendum [illud quod petitur, tunc citatus] primo qui ipsum relevatorem nominabit, ipso iure intelligatur [absolutus et in causa] dicti exfortii cum dicto relevatore procedatur. Si vero dictus re[levator nominatus non est sufficiens] et idoneus ad solvendum illud quod petitur, tunc dato [quod confiteatur suo nomine] vel mandato factum illud quod fecit seu accepit, in isto casu primus [citatus non intelligatur ab]solutus, sed tunc si dictus relevator succumberet, intelligan[tur et esse debeant ambo scilicet] primus citatus et relevator per ipsum nominatus convicti; et eius .... (1) habeat regressum contra relevatorem suum de omnibus [dampnis, que ipse sustinuerit] occasione predicta. Et hec constitutio habeat locum etiam in causis que de proximo et presenti pendent.

(1) Ioppi ha: et fiat executio contra primum citatum et in eius bonis et contra eius fideiussorem et eius bona; sed ipse primus citatus. In B lo spazio è sufficiente per una trentina di lettere.

XLIV. *Super eodem citato allegante se fecisse cum nuncio dominii et eius licentia vel mandato.*

Item constituimus et ordinamus, quod si aliquis citatus occasione alicuius exfortii legiptime compareat et respondeat se fecisse illud quod fecit cum nuncio dominii et de ipsius dominii licentia vel mandato, et hec probet saltem per relationem preconis, tunc absolvatur ab exfortio et pena exforcii, sed nichilominus tamen teneatur restituere ablata, vel emendare facta simpliciter sine pena exforcii cum dampnis et expensis, nisi probet rationabiliter per laudum et sententiam dictos nuncium et licenciam obtinuisse, et salvo nisi allegaverit vel probaverit aliam causam ibidem per sententiam astantium iustam approbatam. Et habeat locum etiam in pendentibus.

XLV. *Super eodem citato vel ambabus partibus allegantibus possessionem annualim.*

Item constituimus et ordinamus quod si aliquis citatus occasione alicuius exfortii legiptime comparuerit, et ipse actor et reus allegaverit se fore in possessione rei super qua dicitur exfortium fore factum per annum et diem proxime preteritos et elapsos tunc ambe partes admittantur ad probandum et probare teneantur annuam possessionem pacificam et non litigiosam cum perceptione fructuum et proventuum anni proxime preteriti, vel maioris partis dictorum fructuum. Et possessio taliter probata habeatur pro annua possessione, nisi fuisset interrupta per citationem factam trahendo possidentem ad iudicium coram d. patriarcha vel eius vicario. Et in hoc casu neutra partium volens producere manutentores admittatur ad ipsos producendos; sed isto casu salvum sit ius super proprietate ipsis litigantibus contra suos manutentores, perinde ac si ipsi manutentores, in iudicio presentes fuissent et iudicium in se suscepissent. Prefatam autem possessionem teneantur ipsi litigantes probare infra terminum XX dierum numerandorum a die allegate possessionis annue et dicti termini ad id probandum statuti et limitati, infra quem terminum possint et debeant dicti litigantes super predicta possessione probanda eorum articulos .... et interrogatoria (1) et testes producere et examinari facere et deponi [fecisse produ]cendo de die in diem, presente parte, vel contumaciter absente ad [acta in] quibus est necessaria presentia vel contumacia partis in dicta probatione (2) fienda. [Super qua] probatione fienda non possint produci pro parte qualibet ultra XXV testes. [Et hec intelli]gantur nisi iustum impedimentum intervenerit. Quod utrum sit iu[stum vel non] per sententiam astantium declaretur; et tunc si dictum impedimentum [fuerit per senten]tiam iustificatum, superaddantur utrique parti pro termino alii X dies ad [dictam probationem] faciendam; quibus elapsis ulla parcium super ipsa probatione facienda [ulterius audia]tur sed ulterius procedatur. Et donec dicta questio fuerit finita et [terminata et] executioni mandata, nulla partium audiatur super proprietate seu [petitorio, remanenti]bus tamen omnibus iuribus salvis utrique parti super proprietate seu [petitorio. Quod si reus] allegans huiusmodi possessionem annuam succubuerit in dicta proprietate annua allegata, teneatur parti victrici ad altressum cum dampnis et expensis et bannum curie usitatum videlicet quinquaginta libras. Et quia idem reus allegavit indebite possessionem quam se obtulit probaturum et non probavit sed indebite vexavit actorem, ultra omnia predicta solvat ipsi parti obtinenti pene nomine libras XXV. Si vero actor succubuerit in dicta probatione possessionis annue per eum allegate, solvat expensas reo et ultra hoc pene nomine libras L, quarum medietas applicetur curie et alia medietas reo obtinenti in causa possessionis. Et hoc habeat locum etiam in pendentibus causis.

(1) Joppi ha: articulos et interrogatoria. (2) probatione è scritto sopra dalla stessa mano, è cancellato: possessione.

XLVI. *Super eodem quando allegatur possessio noviter aquisita.*

Item constituimus et ordinamus quod si partes vel altera partium in causa exfortii allegaverit possessionem annuam, continuata possessione suorum auctorum cum sua possessione, tunc in omnibus et per omnia procedatur secundum formam constitutionis proxime precedentis reservato semper eius iure contra suos manutentores ut supra proxime continetur. Si vero ambe partes causa possessionis et litigio super possessione omissis vellent concorditer super petitorio et proprietate litigare et iura earum et probatione ac manutentores super iis producere hoc possint; et tunc procedatur in dicta causa secundum ordinem constitutionum superius [editarum] (1), quando agitur et litigatur de territorio et nichilominus possit definitivam sententiam ferre (2) coram d. vicario. Quod si altera parcium vellet tantum instare super possessione et causa possessionis prius definiri et pars adversa, que non annuam (3) sed novam possessionem allegat, velit iura sua super proprietate et possessione et manutentores producere audiatur, et similiter audiatur alia pars super predictis et tunc disputetur simul et semel super proprietate et possessione; sed procedatur summarie et de plano; et teneantur et possint tunc dicte partes infra XXV dies a die allegate dicte possessionis eorum articulos et interrogatoria ac testes producere et examinari facere et deponi fecisse et produxisse instrumenta, iura, manutentores, processus factos in iudicio vel extra et generaliter quecumque producere voluerit, procedendo de die in diem, parte presente vel contumaciter absente, ad actus in quibus est necessaria presentia, vel contumacia partis in [dicta] causa. In qua causa non possint produci pro parte qualibet ultra XXV testes. Et hoc [intelli]gatur nisi iustum impedimentum supervenerit, quod utrum sit iustum per [sententiam astantium] declaretur. Et tunc si dictum impedimentum fuerit per .... (4) parti alii XXV dies, infra quos dicte partes debeant omnia que volue[rint in dicta] causa produxisse et fecisse. Quibus elapsis nulla partium audiatur ulterius [in dicta causa] qualibet impedimenti allegatione sublata et penitus exclusa; sed tunc ad defini[tivam sententiam] procedatur, que coram vicario possit et valeat definiri et[iam super proprietate] et possessione. Et in casu quo actor potior appareat et obtineat in [possessione, reus] condemnetur de exfortio secundum constitutiones superius editas, licet co......... (5) proprietate; cui reo obtinenti in proprietate restituatur possessio simpliciter cum da[mpnis et expensis. Et in omnibus] dicta causa habeat naturam et deffinitionem causarum exfortiorum, tam in processu quam in penarum exactionibus et omnibus aliis. Et hec constitutio habeat locum [etiam in pendentibus causis.

Explicit prima pars constitutionum.

Hic incipit secunda pars constitutionum.

I (XLVII). *De sentenciis deffinitivis coram domino patriarcha vel eius vicario.*

Item constituimus et ordinamus quod omnes cause possint ventilari coram persona vicarii domini patriarche cuiuscumque conditionis existant ac etiam possit finiri et terminari et deffinitive sentencie ferri coram persona ipsius vicarii d. patriarche, exceptis tamen sentenciis deffinitivis territorii libertatis servitutis et feudorum que sententie dumtaxat coram persona domini profferantur, nisi sententias diffinitivas super causa territorii profferendas d. patriarcha propter aliquas occupationes quas ipse scribat vel asserat se habere, vicario suo specialiter et expresse duxerit committendas.

(1) La parola editarum manca in B; la restituisco dal senso; Ioppi ha et constitutionem superius editam. (2) B e Ioppi: ferri. (3) Così Ioppi e B: unam. (4) Ioppi ha: sententiam astantium iustificatam superaddantur utrique; in B lo spazio non è bastevole. (5) Ioppi ha: obtineat in.

II (XLVIII). *In quibus casibus appellare non licet.*

Constituimus et ordinamus quod a sententia lata in causis vertentibus coram d. patriarcha vel eius vicario super summam quinquaginta librarum vel ab inde infra, seu pro re extimationis quinquaginta librarum vel ab inde infra, nullatenus audiatur appellans neque agens de nullitate, sed sententia executioni mandetur. Item ab interlocutoriis latis, vel gravaminibus ante definitivam sententiam illatis nullatenus quis audiatur appellans, nisi esset interlocutoria, vel tale gravamen, quod pararet preiudicium negotio principali, et utrum pareat preiudicium negotio principali vel non, stetur declarationi astantium. Et si quidem declaraverint eandem appellationem procedere ex eo quod pareret preiudicium negotio cause principali, tunc supersederi debeat in processu cause principalis, donec causa fuerit determinata. A sententiis vero definitivis latis super summa maiori L librarum vel re maioris estimationis licitum sit unicuique appellare; dummodo non sit talis causa in qua procedi debeat ex forma constitutionum summarie, simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii; vel sit causa talis, qua petuntur dotes, ve repetuntur, et etiam si petuntur morgengabia, desmontadure et compacta, vel sit causa exfortii, vel causa que tangit instrumentum convictionis, seu connexa vel condependentia a predictis. In quibus casibus nullatenus reus principalis audiatur appellans vel de nullitate agere volens. Et hoc locum habeat in causis pendentibus et preteritis.

III (XLIX). [*De appellationibus*] *infra XV dies corrigendis, claudendis et sigillandis.*

Item constituimus quod super appellationibus admissis per sententiam appellans teneatur [et] debeat sententiam corrigi facere et sigillari infra XV dies connumerandas [a die interpos]ite appellationis et admisse; alias elapsis dictis XV diebus, [nisi correcta] et sigillata fuerit cessante impedimento legiptimo, appellatio [censeatur esse] deserta. Quam quidem appellationem sic correctam et sigillatam, teneatur [appellans cum] omni diligentia et sollicitudine prosequi et producere in primo [colloquio fiendo] post dictam appellationem interpositam. Et si in dicto primo collo[quio non fuerit dicta ap]pellatio terminata tunc teneatur appellans in aliis sequentibus [colloquiis seriatim] predictam adhibere diligentiam et sollicitudinem in presentatione et prosecutione dicte appellationis; alioquin intelligatur dicta appellatio esse deserta. Et hoc habeat locum etiam in pendentibus causis.

IV (L). *De modo servando ut appellationes cito corrigantur, claudantur et sigillentur.*

Item quia propter negligentiam et inherenciam (1) partium et correctorum appellationes retardantur et dilatantur, quominus corrigantur et sigillentur infra tempus debitum: idcirco, constituimus quod interposita appellatione teneatur appellans statim ibidem in iudicio facere statui terminum parti adverse appellate ad tertiam diem sequentem inclusive die quo statutus est terminus ad videndum corrigi, claudi et sigillari appellationem interpositam. Quo termino adveniente, si pars contra quam est appellatum comparuerit, ipso iure sit cassa et deserta intelligatur dicta appellatio, dummodo legiptime constet de termino; et hoc nisi iustissimum impedimentum intervenerit legiptime et sufficienter probatum et iustificatum per sententiam in contradictorio iudicio; quo casu non intelligatur deserta appellatio occasione illius contumacie. Si vero pars appellans comparuerit in termino, ut premittitur, trium dierum, et pars, contra quam appellatum est, non comparuerit, tunc appellatio producta per appellantem ibidem in iudicio legatur et legiptimetur, et lecta et legitimata ibidem claudatur et sigilletur, salvo iustissimo impedimento occurrente parti non comparenti probando et iustificando ut supra; quod impedimentum per allegantem illud

(1) Ioppi: inertiam.

probetur infra tres dies connumerandos a die dicte allegationis inclusive. Si vero útraque pars comparuerit in dicto termino, tunc legatur ibidem dicta appellatio, et si fuerint partes concordes quod dicta appellatio bene et debite sit scripta sicut factum se habuit, tunc statim claudatur et sigilletur. Ubi autem concordes non fuerint dicte partes de tenore appellationis producte tunc dicte partes eligant unum correctorem si de aliquo concordare possint, qui sic ellectus infra sex dies, incluso die precepti, debeat corexisse dictam appellationem sub pena dimidie marche den. curie aplicande sine aliqua remissione. Si vero non possint concordari de uno solo, tunc quellibet pars teneatur sibi eligere unum et ibidem tercius detur per dominium non suspectus alicui partium, causa suspectionis allegata et per sententiam iustifficata in casu quo aliquis redd[atur] suspectus. Quibus corectoribus electis ibidem in iudicio ad instantiam partis .... statuatur utrique parti terminus trium diérum incluso die precepti sibi facti .... cti certam horam diei ad quem terminus est statutum quem .... duxerit elligendos debeant ambe partes suos correctores producere .... corrigenda. Quod si aliqua parcium suum non produxerit correctorem infra di .... loco et hora, cadat in penam quadraginta denariorum aplicandam .... xerit corectorem et nichilominus teneantur ambe partes in tércia die .... clusive ut supra loco et hora in primo termino ordinatis, suos co .... et si aliqua parcium tunc non produxerit suum correctorem .... applicandam ut supra; et nichilominus ambe partes teneantur .... producere correctores et convocare et producere tercium corec .... omnes conveniant in tercia die proxime sequenti die inclusive .... diei in primo termino pro dicta appellacione co .... origatur per corectorem vel corectores qui ibidem fuerint presentes et dicta appellatio sic correcta per corectorem habeatur legiptime corecta et quod possit omnino claudi et sigillari omnibus aliis cavillationibus et opositionibus reiectis et teneatur tercius corector datus per dominium in dicto termino ad requisitionem parcium adesse in loco deputato ad corrigendum dictam appellationem simili pena dimidie marche dominio applicande sine aliqua remissione prius deputato sibi sallario per dominium ab utraque parte solvendo secundum qualitatem facti. Ubi autem aliqua parcium inciderit in aliquam penam ex supradictis penis nisi solvat dictam penam alteri parti non audiatur cum corectore suo sed habeat proinde ac si adhuc non produxisset suum corectorem et presens constitutio vendicet sibi locum eciam in appellationibus que conceduntur per protectiones obtentas et hoc habeat locum etiam in pendentibus.

V (LI). *De appellationibus terminandis per colloquium seu consilium colloquii.*

Quia ut plurimum appellationes interposite ad generale colloquium propter varia et ardua negotia principaliter in colloquio proposita et expedienda plus debito prorogantur et fere nunquam expediuntur, idcirco, ut lites determinentur, constituimus et ordinamus quod si appellatio aliqua fuerit interposita ad generale colloquium et colloquium deputaverit et consenserit quod consilium colloquii et prudentes convocandi dictas appellationes determinent: tunc d. patriarcha et consiliarii convocent expertos et prudentes viros prout eis videbitur expedire, pro dictis appellationibus expediendis, ut quidquid determinatum fuerit per consiliarios convocatos vel per maiorem partem omnium ipsorum, habeant tantam firmitatem quantam haberet, si per dictum colloquium fuisset specialiter determinatum et habeat locum etiam in pendentibus causis.

VI (LII). *De protectionibus.*

Constituimus et ordinamus quod si aliquis posuerit se in protectionem domini, debeat dictam protectionem presentasse domino, vel cui eam commiserit generaliter vel specialiter infra tres dies, computandos a die interposite protectionis inclusive; qua protectione presenta[ta te]neatur infra X dies sequentes dictam protectionem prosequi. Quod si de iustificatione [protectio]nis aliqua questio inter partes oriretur, tunc stetur processui scripto per notarium.

Quod si [aliqua] partium vellet allegare quod esset aliter, vel plus vel minus scriptum, quam actum [et sententiatum] in iudicio, tunc per dominum vel illum cui commiserit, statuatur et terminus ad [probandum contra] illa que arbitrio suo videntur. Qui si defecerit in probatione cadat in pena unius [marche den.], medietas cuius applicetur curie et alia medietas parti altere. Et hoc [habeat lo]cum etiam in pendentibus causis.

VII (LIII). [*De proferitione bonorum*] *immobilium seu stabilium vendendorum ad incantum fienda debitori* [*per cedulam*].

[Constituimus et] ordinamus quod nulla proferitio aliquorum bonorum immobilium seu sta[bilium] possit fieri nisi per cedulam, in qua creditor volens [facere vendi, teneatur etiam] et debeat bona fide facere scribi bona vendenda et fructus qui ex ipsis communiter solvuntur et onera alia si qua incumbunt illis bonis cum manutentore contra quem venduntur. Et si quidem debitor non contradixerit in dictis fructibus vel oneribus, tunc bona illa possint cum fructibus, seu oneribus contentis in dicta cedula incantari et delivrari. Et tunc licet plus vel minus solverentur pro eis, vel etiam forent plus vel minus onerata, intelligantur et habeantur pro legiptime venditis et delivratis et debitor teneatur illa manutenere secundum et prout in cedula proferitionis ei facte continetur. Et si debitor ille contra quem bona venduntur venerit ante delivrationem volens addere vel minuere fructus seu onera contenta in cedula predicta, admittatur et tunc incantentur et delivrentur secundum eius delivrationem diebus precedentibus delivrationem predictam, quibus fuerint bona incantata computatis et remanentibus in numero ter septem dierum, quibus incantatio debet fieri. Proferitio vere et venditio aliter et contra, ac preter predictam formam facte non valeant. Et habeat locum etiam in pendentibus causis.

VIII (LIV). *De venditione bonorum immobilium seu stabilium vendendorum ad incantum.*

Constituimus et ordinamus quod quando aliqua bona immobilia seu stabilia, aut affictus, livelli vel obventiones seu nomina debitorum vendenda sint ad incantum ad petitionem alicuius, quod dicta bona debeant incantari infra tres terminos septem dierum pro quolibet termino, tuncque transactis dictis tribus terminis possit et debeat preco sine aliqua notificatione fienda illi contra quem venduntur, delivrare bona plus offerenti die proxime immediate post dictos ter septem dies sequentes sive feriata fuerit sive non. Et si illa die dicta bona non fuerint vendita, tunc non possint vendi nisi primitus per cedulam notificata fuerit illi contra quem venduntur, dies ad quam vendi voluerit ille ad cuius petitionem venduntur bona alias proferta. Et tunc incantatio et venditio possit fieri sine aliqua ter septem dierum incantatione; et talis venditio hoc modo facta habeat valoris firmitatem. Et haec habeant locum in bonis que non sint obligata pro pignore mobili, in quibus bonis obligatis pro pignore mobili servetur mos consuetus ab antiquo. Et hoc habeat locum etiam in pendentibus incantis.

IX (LV). *De bonis mobilibus excedentibus summam L librarum vendendis ad incantum proferendis per cedulam.*

Constituimus et ordinamus quod nulla profersio aliquorum bonorum mobilium [excedentium valorem et extimationem L librarum den. parv. possit fi[eri, nisi per] cedulam continentem bona vendenda et diem qua debeant delivrari; et pro[feritio et vendi]tio aliter facta non valeat. In bonis vero minoris valoris L [librarum den. parv.] sufficiat proferitio et venditio facta secundum modum hactenus consuetum.

X (LVI). *De bonis ad incantum vendendis et delivrandis in loco ubi fuerint primo [incantata] et pena creditoris hoc prohibentis.*

Constituimus quod si aliqua bona fuerint incantata secundum formam [constitutionis proxime precedentis] et die qua dicta bona debeant delivrari non fuerint [per preconem dicta die delivrata] propter inhibitionem factam per creditorem (1), de qua inhibitione [stetur relationi] preconis et contingat postea ad voluntatem creditoris ite[rato ad aliam diem dicta bona vendi et delivrari, quod dicta venditio et delivratio alibi nec in aliquo loco possit vendi nec delivrari, nisi in loco ubi fuerint incantata. Et si in secunda incantatione vel aliter seu aliis incantationibus bona taliter incantata fuerint delivrata pro minori pretio quam poterant delivrari et vendi in primo termino, vel alio seu aliis sequentibus, pro et quibus fuerint incantate, quod illud minus cadat in dampnum creditoris cuius causa et occasione dicta bona sunt minori pretio vendita et delivrata; et intelligantur dicta bona fore vendita, quantum ad dampnum creditoris, pro tanto pretio quantum primitus poterat haberi. Et hec constitutio habeat locum in pendentibus incantatis.

XI (LVII). *De bonis non delivratis incantatis et non incantandis ad incantum absentis.*

Constituimus et ordinamus quod si aliqua bona incantata non venduntur nec delivrantur illa die qua fuerint incantata et delivranda et aliquis superposuerit pretium aliquod pro dictis bonis, seu dicta bona pro aliquo pretio incantaverit, liber et absolutus sit a dicto incantu illi qui sopraposuerit seu incantaverit, si postquam illa die non fuerint sibi delivrata; et quod nullus preco possit bona incantare ad (2) postam aut petitionem et instantiam alicuius absentis, sed omnes emere et incantare volentes aliqua bona vendenda ad incantum teneantur personaliter esse presentes, aliter emptio et venditio facte ad incantum non teneantur ipso facto. Et nichilominus preco qui contrafecerit, nomine pene solvat marcham unam, vel octo diebus retineatur in carceribus. Et hoc habeat locum etiam in pendentibus incantatis.

XII (LVIII). *De debitoribus contra quos bona aliqua sunt vendita compellendis ad constituendum seu dandum se vel alios manutentores.*

Constituimus et ordinamus, quod quicumque qui teneatur bona aliqua manutenere, aut se constituere manutentorem emptoribus ementibus ad incantum, sive sit principalis debitor sive sit alius manutentor ex obligatione speciali, sive bona [vendita] sint ad incantum pro executione sententie aut ex conventione, seu obl[igatione speciali] seu alio quocumque modo, si per cedulam citatus ad constituandum [se manu]tentorem personaliter fuerit inventus et non comparuerit in primo termino cadat [in penam] XL den. dominio applicandorum, et tunc si iterato citetur ad constituendum [se man]utentorem, ut supra, sive reperiatur personaliter sive non, dimissa, cum [non repe]riatur personaliter, cedula ad locum sive ad domum sue solite habitationis aut [domicilii et proclamatione ibidem per ipsum preconem facta de dimissione cedule, tunc [teneatur talis sic] citatus comparere legiptime ad negandum vel confitendum se ma[........]ere debere vel non et se etiam manutentorem constituere si con .... et fuerit ipsum manutentorem fore. Si vero citatus et repertus .... non comparuerit, habeatur et reputetur pro manutentore quemadmodum si presens fuisset et se voluntarie manutentorem constituisset. Quod si in neutra dictarum citationum fuerit repertus et citatus personaliter, tunc tercio citetur per cedulam iuxta formam secundi termini predicti; tunc si in illo termino non comparuerit habeatur et reputetur pro manutentore quemadmodum si presens fuisset et se voluntarie manutentorem constituisset. Postquam predicta sic paracta, teneatur

(1) In B per errore: debitorum. (2) B: et, per errore; Joppi: ad.

et compellatur elapsis prius decem diebus limitatis ad luendum pignora infra tres dies proxime sequentes, non computata die qua manutentor constituitur, vel reputatur emptor bonorum venditorum ad incantum dare pretium pro quo emit, ille vel illis ad quorum istantiam vendita fuerint illa bona; nisi aliquis interim appareret contradictor dicte venditioni (quo casu procedatur secundum formam constitutionis infra posite, que incipit: *const. quod si qua persona* (1)), sub pena tertii dicti pretii, cuius medietas patriarchali curie applicetur, alia medietas alteri parti; et quod dominium primo teneatur exigere partem applicandam parti, quam suam. Et hoc habeat locum in pendentibus causis et incantis.

XIII (LIX). *De manutentoribus recipiendis nomine emptorum absentium.*

Constituimus quod d. patriarcha, seu vicarius eius possit ac valeat nomine et vice emptoris ementis seu emptorum ementium bona ad incantum, recipere manutentores et eorum obligationes etiam absentibus dictis emptoribus. Et predicta valeant quemadmodum si emptor vel emptores fuisset vel fuissent presens seu presentes et personaliter recepisset vel recepissent manutentores non obstantibus quibuscumque consuetudinibus in contrarium observatis.

XIV (LX). *De iis qui impedire nituntur per contradictionem bona aliquorum vendi ad incantum.*

Constituimus quod si aliqua persona per sententiam convicta contra quam fit executio sententie in bonis suis et executioni predicte contradicere velit, vel fecerit interdici, audiatur et admittatur ad contradicendum, dummodo prius prestet sacramentum, quod non contradicit per malitiam et prestet fideiussorem de solvendo L libras et expensas in casu in quo succubuerit in causa contradictionis; ita tamen quod sua contradictione non obstante procedatur ad venditionem dictorum bonorum. Qua [vendi]tione facta statim ille, contra quem venduntur bona, privetur possessione dictorum bonorum et applic[etur] illi cui facta fuerit venditio. Sed teneatur ipse contradictor infra XV dies connumeran[dos] a die quo fuerit cedula impetrata super contradictione, omnia iura sua produxi[sse et probasse], quidquid voluerit. Quod si infra dictum terminum contradictor non obtinuerit in dicta [causa contradictionis] puniatur in libr. L cuius medietas applicetur dominio coram quo fuerit questio ven[tilata] alia medietas partis; et venditio firma remaneat. Si vero obtinuerit in [causa contradictionis] tunc revocetur venditio nec teneatur emptor dictorum bonorum ad incantum pretium solvere, [nisi primitus fuerit] contradictionis causa finita et terminata. Si vero contradictor appareat alius, quam ille cui[us bona venduntur] ad incantum asserens et pretendens se habere aliquod ius [contra predicta bona que ven]duntur ad incantum teneatur et debeat contradictor [facere citari partem que facit] vendere quod compareat intra sex dies, incluso die [cedule impetrate]. Qua presentatione facta dicte cedule statim sit suspensa venditio: et adveniente [dicto termino, si comparuerit] contradictor, non audiatur nisi prestet primo sacramentum quod non facit per calidam fraudem, et quod non facit ad instantiam debitores, nec alterius persone, et prestet cautionem cum fideiussoribus, de solvendo expensas parti adverse et de solvendo libras XXV, quorum medietas applicetur dominio, et alia alteri parti in casu in quo dictus contradictor non probaverit causam legiptimam quare contradixit. Quo quidem sacramento prestito et fideiussoribus datis audiatur; ita tamen quod teneatur infra dies XL connumerandos a die cedule impetrate super contradictione inclusive, producere et probare quidquid producere et probare intendit. Que pena commissa statim exigatur cum expensis factis, remota alia omni contradictione et contentione et quod statim detur sibi nuncius ad accipiendum de bonis principalis et iis deficientibus de bonis fideiussoris. Adiicientes quod quando domine seu mulieres

(1) Ved. la costituzione XIV (LX).

pro iuribus suis velint contradicere quod servata forma predicta habeant terminum duorum mensium computandorum ut supra. Et si contingat contradictorem appellare et ponere se in protectione et succumbere in causa protectionis seu appellationis, si fuerit ille convictus, contra quem bona venduntur, solvat libras C; si fuerit alius contradictor solvat libras L applicandas ut supra ab eo autem quod supradictum est de cautione prestanda cum fideiussioribus excipiatur persona evidenter egena que non possit invenire fideiussorem vel fideiussores quo casu stetur eius iuratorie cautioni; et hoc habeat locum etiam in pendentibus causis et questionibus.

XV (LXI). *De iis qui asignant pignora vendenda ad incantum, pro executione debiti vel sententiarum.*

Constituimus quod si aliquis designaverit aliqua animalia, vel aliqua bona mobilia preconi pro pignore ab eo petito pro executione alicuius sententie aut designaverit alicui de dictis bonis mobilibus pro pignore conventionali, tunc teneatur dictus designans dicta animalia vel alia bona mobilia pro pignore mobili consignata tradere in manibus preconis, vel eius cui promisit, taliter quod dictum pignus possit vendi rationabiliter illa die, qua dictum vel conventum fuerit de pignore vendendo vel die ad quam fuerit profertum. Quod si fuerit vinum vel bladum designatum pro pignore, sufficiat dare mensuram dicti vini vel bladi ad vendendum. Quod si dicta pignora designata tradita non fuerint, ut dictum est, cadat debitor vel qui designavit in penam unius marche, cuius medietas curie, alia parti applicetur. Quod si dicta pignora fuerint tradita et illa pignora non sufficiant ad solutionem eius propter quod venduntur; tunc teneatur ille qui ante designaverat, desi[gnare] pignus complementi ad requisitionem partis, vel preconis iuxta formam aliarum consti[tutionum] et teneatur ad diem sibi proferti pignoris tradere ad vendendum sub dicta [pena]. Quibus pignoribus venditis rationabiliter ad incantum teneatur ipse contra quem sunt vendita [requisitus] dare et libere consignare; taliter quod possit pro sua utilitate recipere et [exportare] illud quod penes se habet venditum illi, qui emit post quinque dies [a die venditi] pignoris exclusive sub dicta pena; et intra dictum terminum emp[tor pretium solvere] non teneatur et pignus remaneat periculo ipsius qui pignus [penes se habet. Et] predicta etiam locum obtineant quando preco exequens eius officium aliquod [pignus sine] designatione accepit. Et hoc habeat locum etiam in pendentibus causis.

XVI (LXII). *De pignoribus venditis ad incantum luendis et exigi valentibus infra decem vel quinque dies.*

Constituimus quod si aliqua bona immobilia fuerint vendita ad incantum, quod licitum sit illi, contra quem vendita sunt, infra spatium X dierum recuperare, luere et exigere dicta bona vendita solvendo illud seu tantum, quantum fuerint vendita, cum omnibus expensis factis, illi qui fecit vendi, si emptor sibi pretium non solverit; sed si emptor solveret pretium creditori, tunc volens recuperare dicta bona vendita ad incantum, dare teneatur pretium predictum emptori et quidquid expenderit ipse emptor occasione dicte emptionis. Si vero fuerint bona immobilia vendita ad incantum, tunc ille contra quem vendita fuerint, possit illa recuperare seu exigere infra quinque dies, solvendo pretium cum expensis facienti vendere vel emptori secundum distinctionem proxime supradictam. Ad precium autem solvendum non possit compelli emptor bonorum immobilium intra dictos decem dies nec emptor bonorum mobilium infra quinque, nec faciens vendi teneatur infra dictos decem dies emptori dare manutentores. Et facta recuperatione bonorum immobilium vel mobilium, ut prefertur supra, emptio et venditio sint casse ac perinde habeantur ac si pro tunc non fuissent vendita ad incantum. Et hec habeant locum etiam in presentibus venditionibus ad incantum et nondum tamen delivratis.

XVII (LXIII). *De venditionibus pignorum valentibus fieri per precones curie.*

Constituimus et ordinamus quod precones et nuncii iurati curie d. patriarche possint et valeant quocumque pignora mobilia et immobilia incantanda, vendenda et rationabiliter delivranda pro executione sententiarum latarum coram d. patriarcha vel eius vicario vel aliter ex conventione partium incantare vendere et rationabiliter delivrare quemadmodum alii precones communitatum incantare vel vendere consueverunt temporibus retroactis.

XVIII (LXIV). *De commissionibus venditionum valentibus vicissim fieri per precones.*

Constituimus quod omnes precones de patria Foriiulii possint vicissim comittere unus alteri bona vendenda incantari et incantata delivrari sicut hactenus potuerunt. Ita tamen quod ille cui commissio facta est alteri committere non valeat. Et tales incantationes, venditiones et rationabiles delivrationes valeant et robur obtineant sicut si ipse committens ea personaliter incantasset vendidisset et rationabiliter delivrasset.

XIX (LXV). *De creditoribus non valentibus emere nec emi facere bona, que ipsimet [vendere] faciunt ad incantum.*

Constituimus quod nullus creditor emat nec pro se nec per [........ (1)] sitam publice vel occulte emi faciat bona mobilia [vel immobilia que] vendi facit ad incantum; et si contrafactum fuerit, venditio [et emptio non va]leant et nichilominus cadat in penam L [libr. applicandarum dominio] cuius auctoritate sit venditio. Et ut fraudibus que circa hec committi possunt, congruentiori quo potest remedio obvietur, constituimus quod nulli ementi ad incantum bona immobilia detur nuncius ad inducendum eum in tenutam et possessionem bonorum sic emptorum, nisi prius prestet sacramentum quod non emerit ad preces seu requisitionem creditoris vendere facientis, eundem emptorem pro se vel aliam interpositam personam rogantis vel requirentis; quodque emptor bonorum mobilium vel immobilium que venduntur ad incantum aliquo tempore non possit dare, credere vel transferre vel alienare bona empta per eum ad incantum in creditorem vel alium eius nomine recipentem. Que si in ipsum creditorem vel alium eius nomine alienaverit censeatur utraque venditio et emptio fictitia et nullius valoris existat: et creditor teneatur ad dictam penam. Et hoc etiam habeat locum in pendentibus causis et incantis.

XX (LXVI). *De relationibus per precones fiendis.*

Constituimus quod omnes relationes pignorum venditorum cedularum presentatarum, spangarum affixarum, mandatorum factorum et aliorum quorumlibet quorum occasione sunt faciende relationes per precones, fieri debeant infra XL dies a die pignorum venditorum, cedularum presentatarum, spangarum affixarum vel aliorum quorumcumque mandatorum factorum. Si vero infra predictum tempus dicte relationes facte non fuerint ulterius (2) non audiantur nec eis fides adhibeatur, nisi probato legiptimo impedimento. Quod si allegetur utrum fuerit legiptimum vel non, per sententiam astantium dirimatur. Precones vero infra prefatum terminum XL dierum teneantur dictas relationes facere; et si quidem preco requisitus cum competenti solutione et tempore debito relationes facere neglexerit, cadat in penam XL den. patriarchali curie applicandam. Et hoc habeat locum etiam in causis pendentibus.

(1) Ioppi ha: alium, ma questo non combina con il .... sitam del codice; forse la lezione sarà: per personam interpositam. (2) Qui manca evidentemente la parola: precones.

XXI (LXVII). *De sententiis exequendis per precones.*

Cum ut plurimum, executiones sententiarum tardentur propter defectum preconum qui in ipsis exequendis sunt dessides et negligentes et aliquando malitiose protrahentes, constituimus quod vicarius d. patriarche facta sibi fide per publicum instrumentum vel notas seu acta [cause] de sententia obtenta in iudicio et nuncio dato per laudum et sententiam possit [in iudicio et] extra absque aliqua sententia ad instantiam creditoris illum nuncium sibi datum mutare et loco [eius alium] subrogare, qui possit exequi et facere sicut poterat nuncius in iudicio [obtentus] constitutione seu consuetudine qualibet non obstante. Et habeat locum etiam [in causis] et pendentibus executionibus exequendis.

XXII (LXVIII). [*De preconibus*] *fraudes committentibus.*

[Constituimus quod] si repertum vel probatum fuerit aliquem preconem commisisse aliquam [falsitatem circa] ea que spectant ad officium suum, privetur perpetuo ab officio suo; [et nihilominus] ponatur ab berlinam ubi retineatur et maneat a mane [usque ad vesperas. Si vero] preco aliquis commiserat aliquam fraudem vel dolum super iis que ad suum officium spectant, cadat in penam medie marche den. curie applicandorum, et in maiorem vel minorem penam, prout qualitas sui excessus per sententiam adstantium dirimetur.

XXIII (LXIX). *De iis qui vendiderunt seu obbligaverunt aliquam possessionem vel rem mobilem divisim duabus vel pluribus personis.*

Constituimus quod si qua persona vendiderit seu pignoraverit spetialiter et expresse vel obligaverit aliqua sua bona immobilia vel rem mobilem duabus personis aut pluribus divisim, non faciendo mentionem de prima obligatione seu venditione, personaliter detineatur donec plene satisfecerit aut in bono concordio fuerit cum secundo emptore vel creditore. Que omnia habeant locum in casu in quo dictus vendens vel obligans venditionem vel obligationem supradictam noluerit vel non potuerit manutenere. Et hoc habeat locum in preteritis.

XXIV (LXX). *De prescriptionibus, et quibus et contra quos ipso iure currit vel non currit prescriptio.*

Constituimus et ordinamus, quod si quis steterit per spatium XV annorum continuorum et infra dictum tempus non petierit aliquo tempore sibi debitum in iudicio, nec per nuncium curie suum debitorem intra dictum tempus citando ad iudicium interpellaverit seu super dicto debito infra dictum tempus non compromiserit cum debitore, sive ad solutionem sibi faciendam eumdem debitorem non requisiverit per ipsum nuncium impetratum et a domino datum, quo casu una sufficiat citatio, ipso iure privatus sit secundum consuetudinem patrie per lapsum dictorum XV annorum omni iure et credito que habebat seu habere videbitur contra illum quem asserebat suum esse debitorem. Item si quis per tempus XV annorum sine aliqua interruptione pacifice et quiete tenuerit et possederit aliqua bona mobilia seu stabilia, seu quasi possederit aliquam rem incorporalem, ut puta, aliquod ius percipiendi fructus, affictus seu cuiuscumque alterius generis redditus, aut servitutem, censeatur dictorum bonorum et iurium verus dominus et possessor legiptimus et ipsa bona et iura contra quamcumque personam legiptime prescripsisse; s[alvo] quod pupillis, furiosis et mentecaptis et etiam aliis minoribus XIV annis masculis [et fe]minis minoribus XII annis ipso iure nulla temporis prescriptio currat toto tempore minoris etatis, furoris et dementie et nisi maiore tempore per tempus dictorum quindecim annorum fuisset absens a patria Foriiulii ille contra quem opponeretur temporis prescriptio; quo casu prescriptio non currat pro eo tempore tantum, quo fuerit absens. Contra illum vero qui continue fuerit absens a patria Foriiulii non currat prescriptio XV annorum, sed necessarium sit, quod ille qui vult [oppo]nere prescriptionem alleget et probet se possedisse pacifice et quiete [sine

aliqua] interruptione per spatium XX annorum. In contractu autem [depositi seu depositorum] nulla temporis prescriptio opponatur nec preiudicet. Et hoc habeat [locum etiam in preteritis]; salvo iure ecclesiarum.

XXV (LXXI). *De filiis et nepotibus et aliis subiectis maiori de domo non valentibus vendere vel obligare.*

Constituimus et ordinamus quod nullus filius familias seu nepotes habitantes in domo nec ullus alius paterne potestati subditus, seu fratres minores qui reguntur et gubernantur per fratrem maiorem seu nepos qui gubernatur per patruum vel avunculum et generaliter nullus inferior de domo qui habeat maiorem suum, qui maior regat domum, possit obligare aliquam rationem, nec aliquid vendere sine consensu patris seu maioris fratris vel maioris de domo etiam in bonis communibus seu sui maioris domini, nec pro pane, nec pro vino, nec pro blado nec aliqua ratione. Et si aliquis a talibus receperit aliquam obligationem, seu aliquod pignus sine consensu predictorum maiorum, pignorata restituantur suo maiori sine aliqua solutione pretii, et tales obligationes et venditiones sint nulle et inefficaces ipso iure; nisi ipsi suppositi paterne potestati, vel potestati maioris de domo faciant publice et continue facta domus et domum gubernent et sic agant, sic contrahant sicut quilibet maior domus et sicut quilibet pater familias facere consuetus est.

XXVI (LXXII). *De minoribus XX annis non valentibus vendere obligare seu alienare.*

Constituimus et ordinamus quod nullus minor XX annis qui per se regitur et nulli potestati submissus, possit nec valeat vendere, alienare seu obligare aliqua sua bona immobilia, nisi intervenerit consensus duorum suorum proximorum discretorum, qui proximiores simul et venditores ire debeant et teneantur, nobiles videlicet venditores et alie persone non subiecte alicui gastaldie, coram d. patriarcha vel eius vicario, alie vero persone coram gastaldione seu rectore illius loci sub quo residet, ire teneantur et coram dictis rectoribus publice dicta venditio seu obbligatio fiat et perficiatur. Quod si contra istam formam aliqua fuerit per dictum minorem alienatio seu obligatio (celebrata, ipsa (1)) nullius sit roboris neque firmitatis; ymo ipso iure censeatur nulla et teneatur ipse in quem alienatio seu obligatio facta fuerit contra predictam formam, rem restituere sine restitutione pecunie per ipsum pro dicta alienatione vel pignoratione date.

XXVII (LXXIII). *De principalibus debitoribus* (2) *et fideiussoribus, quomodo et qualiter sunt conveniendi et executio fienda contra eos.*

Constituimus et ordinamus iuris equitate suadente, quod principalis debitor prius quam fideiussor a creditore debeat conveniri, et in bonis ipsius principalis primo de [mobilibus] secundo de immobilibus secundum formam iuris executio fi[eri. Quod] si de bonis ipsius principalis non reperiatur quod tantum po[ssit satisfieri] creditori salvum ius eidem remaneat contra fideiussorem [qui fideiussor non inte]lligatur absolutus ex eo quod creditor convenerit principalem et non ipsum fideiussorem vel ex eo quod creditor usus fuerit bonis ipsius principali in requisito ipsi fideiussore; quibus bonis principalis debitoris deficientibus possit creditor convenire fideiussorem et ipso fideiussore convicto fieri possit executio in bonis ipsius fideiussoris in solidum usque ad quantitatem debiti declarati. Quod autem dictum est, habeat locum, nisi ex serie instrumenti appareat evidenter quod sibi preiudicare voluerit fideiussor altero de tribus modis, videlicet se obligando in solidum simul cum principale debitore vel renunciando beneficio iuris, dicentis debitorem principalem debere primitus

(1) Le parole fra parentesi sono omesse nel testo evidentemente per errore. (2) B per errore: venditoribus.

conveniri quam fideiussorem, vel precibus et instantia debitoris constituendo se fideiussorem et principalem debitorem. In quibus casibus licitum sit creditori convenire quem ex ipsis voluerit non obstante quod fideiussor sit cum principali in solidum obligatus, vel qui sic, ut premittitur, beneficio iuris renunciaverit, vel qui sic precibus et instantia debitoris se constituerit fideiussorem et principalem debitorem velit assignare de bonis principalis debitoris expeditis ipsi creditori; sed omnino teneatur ipsi creditori integraliter satisfacere. Quod autem supradictum est in casu quo fideiussor se obligaverit cum principali in solidum, vel renunciaverit beneficio iuris predicti, locum sibi vindicet etiam in casu in quo duo vel plures se obligant simul et in solidum cum pacto ut creditor se tenere possit ad quam voluerit. Et hec constitucio vendicet sibi locum etiam in preteritis.

XXVIII (LXXIV). *De debitis exigendis a principalibus et aliis qui sunt meri fideiussores.*

Constituimus et ordinamus, quod ubicumque constet aliquos meros fideiussores et fideiussorio nomine simpliciter [esse] (1) obligatos, tunc creditor prius agat contra principalem et bona eius ut supra in proxima constitutione continetur. Sed si creditor voluerit compellere vel citare fideiussores seu fideiussorem ad eorum defensiones faciendas, tunc teneatur dictus creditor post lapsum primi termini assignati principali, denunciari facere per cedulam ipsis fideiussoribus, seu fideiussori qualiter dictus creditor agit contra principalem pro et super debito, in quo sunt ipsi fideiussores (vel fideiussor) (2) obligati ipsosque seu ipsum requirere et admonere, ut veniat seu veniant ad opponendum, allegandum et producendum omnes eorum defensiones, quibus uti et se tueri possunt, vel potest contra creditorem; ad quas exceptiones seu defensiones dicti fideiussores seu fideiussor in quacumque parte litis audiantur antequam principalis debitor sit convictus. Post convictionem autem factam contra principalem debitorem nullatenus audiantur fideiussores seu fideiussor ad exceptiones seu defensiones non probatas ante convictionem factam contra principalem debitorem; sed convicto principali debitore intelligantur tales fideiessores seu fideiussor esse convicti et sint convicti; executio fiat autem prius contra mobilia et immobilia principalis debitoris, quam fideiussorem seu fideiussoris, quibus deficientibus fiat executio in bonis fideiussorum seu fideiussoris. Si vero tales fideiussores vel fideiussor [demonstrare] voluerint, seu demonstraverint de bonis principalis debitoris hoc [facere possint cum hoc], quod si apparerent contradictores dictorum bonorum demonstratorum dicti [fideiussores seu fide]iussor teneantur expedire talia bona demonstrata per eos [seu per eum in spatium] XX dierum peremptorie et tali modo quod creditor ipsa bona demonstrata possit facere vendi ad incantum. Quibus expeditis teneatur creditor tunc uti ipsis bonis. Et pro ipso termino XX dierum elapso et dictis bonis demonstratis non expeditis, fiat executio in bonis fideiussorum, seu fideiussoris, nulla exceptione seu defensione admissa vel obstante. Reservata tamen exceptione peremptoria solutionis debiti, de quo agitur; propter quam obiectionem exceptionis non impediatur executio sententie obtente per creditorem. Et prescripta constitutio cum alia proxime precedenti locum habeat in omnibus debitis exceptis dotalibus, in quibus procedatur secundum continentias constitutionum editarum super iis. Et habeat locum etiam in preteritis contractibus et pendentibus causis, seu nondum pendentibus.

XXIX (LXXV). *De iuribus et actionibus competentibus fideiussoribus solventibus debita.*

Constituimus et ordinamus quod quandocumque fideiussores seu fideiussor satisfecerit seu satisfecerint creditoribus de toto debito vel de parte ipsius vel

(1) om. B. (2) om. B.

aliter dampnum seu interesse aliquod occasione fideiussionis, in qua sunt obligati, substinuerit vel substinuerint, tunc dicti fideiussores vel fideiussor habeant eadem privilegia et favores et eodem modo procedere possit vel possint contra principalem debitorem pro quo fuerint obligati et eius bona etiam contra possessores bonorum alienatorum vel obligatorum per ipsum debitorem post prefatam fideiussionem debiti de quo agitur et que privilegia et favores habebat creditor; et quomodo procedere poterat ipse creditor contra debitorem suum et eius bona, vigore instrumenti debiti et constitutionum proxime prescriptarum de privilegiis, favoribus et modis procedendi introductorum in favorem creditorum; et hoc habeat locum etiam in preteritis.

XXX (LXXVI). *De confideiussoribus valentibus conveniri a confideiussore qui integraliter vel ultra ratam ipsum contingentem solutionem fecerit creditori.*

Item constituimus et ordinamus, quod quandocumque sunt plures fideiussores in solidum obligati vel qui ad instantiam alicuius debitoris constituerant se fideiussores et principales debitores vel qui renunciaverint beneficia iuris dicentis " principalem debitorem prius debere conveniri quam fideiussorem „ vel creditor aliquem ipsorum fideiussorum convenerit in solidum, et ipse fideiussor conventus in solidum satisfecerit creditori et contra eius bona in solidum facta fuerit executio, tunc ipse fideiussor qui satisfecerit in solidum possit convenire et agere et actionem intentare cum illis privilegiis et favoribus et modo procedendi de quibus uti poterat creditor contra principalem debitorem, et ipsos fideiussores simul cum eo obligatos et quemlibet ipsorum pro rata eorum quemlibet contingente de debito pro quo fideiusserunt, de quo ut supra solummodo solutio vel executio facta fuerit ac etiam pro omnibus expensis et dampnis ac interesse que .... (1) fuerit occasione fideiussionis predicte et quod (2) supra dictum est de integra solutione de[biti facta per fidei]ussorem habeat locum etiam in particulari solutione que excedit ratam ipsum [fideiussorem contingentem] de debito integrali. Que omnia vendicent sibi locum, nisi fideiussor, receperit satisfactionem eius, quod solverit creditori a principali debitore et hoc habeat locum etiam in preteritis contractibus et pendentibus causis et nondum [pendentibus].

XXXI (LXXVII). *De dotibus et iuribus dominarum et quis modus teneri debeat in dote promissa solvenda.*

Constituimus et ordinamus, quod quando aliqua mulier, vel eius maritus pro ea, aut eius procurator seu maritus alicuius mulieris petierit aliquid sibi promissum nomine dotis, aut pro fulcimentis, vestibus, seu ornamentis domine, tunc in dicta causa procedatur summarie et simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii, hac forma quod si reus citatus in primo termino personaliter non comparuerit, vel bina vice ad domum citatus nisi personaliter fuerit inventus et non comparuerit et actor ibidem faciat fidem de eo quod petit, quod statim detur sibi nuncius ad accipiendum de bonis rei. Si vero actor ibidem non probaverit, tunc adhuc habeat nuncium ad accipiendum de bonis rei, quandocumque fecerit fidem legiptimam de eo quod petit et de termino. Quod si reus comparuerit in iudicio antequam actor fecerit fidem de eo quod petit, volens irritare quod factum est in eius contumacia, teneatur facere citari actorem ad brevem terminum; in quo termino, si actor non comparuerit, sit cassum et vanum quidquid in contumacia rei erat factum; et si in dicto termino [comparuerit] (3) et fidem fecerit de eo quod petitum est, firma permaneat sententia lata in absencia rei, et ipse reus audiatur ad defensionem contra intentionem actoris, et copiam omnium iurium productorum per actorem obtinere valeat ad spatium trium dierum infra quem terminum et in dicto termino opponere possit quidquid opponere vult contra dicta iura actoris. Si vero in primo termino actor

(1) Joppi: passus. (2) B omette: quod per erosione. (3) B omette: comparuerit.

et reus comparuerint procedatur summarie; et quam brevius fieri potest cum hoc, quod si reus predictus aliquam exceptionem opposuerit contra iura producta per actorem et exceptionem non probaverit, cadat in penam unius marche pro qualibet exceptione proposita admissa et super ea dato termino ad probandum et non probata applicandam actori. Et nihilominus solvat expensas factas in lite secundum morem antiquitus observatum. Et habeat locum etiam in iam constitutis dotibus seu iuribus et pendentibus causis vel nondum pendentibus.

XXXII (LXXVIII). *De repetitione dotis seu dotium soluto matrimonio.*

Constituimus quod ubi emerserit casus restituende seu petende dotis vel aliorum iurium dominarum similiter petendorum silicet morgingab, dismontadurarum, contrapactorum et aliorum quorumcumque ob matrimonium obvenientium, vel per uxorem mortuo eius viro, vel per alios quibus restitutio dotis est facienda defuncto viro (1); tunc si uxor repetit, marito defuncto, aut ab heredibus defuncti mariti aut a fideiussoribus, qui intercesserint pro dote restituenda [et] aliis iuribus persolvendis; et siquidem ab heredibus defuncti aut ipsis heredibus legiptime citatis, et intelligantur omnes legiptime citati, sive personaliter inventa fuerit persona prima vice sive non, sive non inventa personaliter dum tamen ad domum bona voce fuerint citati, et comparentibus vel contumaciter absentibus (si quidem agens facit fidem per publicum instrumentum, vel idoneos testes, vel alios legiptimos (2), de solutione dotis et iuribus sibi debitis) tunc reo contumaciter absente detur et dari (3) debeat ipsi agenti nuncius ad accipiendum de bonis ipsorum heredum usque [ad integram solutionem et] satisfactionem dicte dotis et omnium iurium predictorum cum dampnis [et expensis nec ulter]ius audiatur reus, nisi probare vellet restitutionem iam [factam de dicta dote et] aliis iuribus; quod facere et probare teneatur intra XV [dies. Si autem comparuerit reus] citatus tunc decreta copia instrumenti predicti statuatur terminus reo petenti X dierum ad opponendum et probandum quidquid probare et opponere voluerit, nec opponere possit aliquam exceptionem, nisi falsitatis aut restitutionis eius quod petitum fuerit, seu partis seu aliam evidentissime legiptimam exceptionem. Quo termino transacto procedatur et puniatur secundum formam constitutionis precedentis, quando petuntur dotes. Si autem mulier aut alia persona cui veniat restitutio dotis facienda et solutio aliorum iurium elegerit fideiussores conveniendos pro restitutione dicte dotis et iurium, quos convenire et citari facere (4), ut supra etiam obmisso principali et bonis eius, tunc procedatur modo et forma suprascriptis, quando agitur contra heredes defuncti; nec audiantur fideiussores volentes designare de bonis principalis seu mariti ipsius mulieris vel eius heredum, nisi ipsi fideiussores designaverint et in solidum dederint mulieri tantum de bonis mariti eius vel eius heredum expeditis, et per heredes mariti possessis, quantum fuerit illud pro quo fideiussores convicti apparuerint obligati. Et nichilominus se obligent ad manutenendum eidem mulieri dicta bona. Sed si aliquis appareret qui assereret se habere priora et potiora iura super dictis bonis tunc non intelligantur expedita; sed si adhuc convertat se mulier vel alia persona contra fideiussorem seu fideiussores et eorum bona, que bona fideiussorum venduntur modo proxime suprascripto et delivrentur, et tunc fideiussores cum de suo solverint vel manutentores constituerint, habeant talia iura contra bona principalis, qualia habebat domina predicta. Hoc addito, quod non teneantur dicti principales et fideiussores dotem solvere, nisi domina prestet idoneam securitatem ipsis dotem solventibus et recipientibus nomine et vice omnium quorum interest et in futurum interesse poterit de dote conservanda et restituenda illis ad quos restitutio pertinebit, post mortem ipsius domine. Et habeat locum etiam in pendentibus causis, vel nondum pendentibus, iam tamen constitutis dotibus.

(1) B: uxore cancellato e sostituito con: viro; Ioppi ha: defuncta uxore. (2) Ioppi ha: vel alias legiptimas probationes, che di certo è la versione esatta. (3) B dare. (4) Ioppi qui aggiunge: possit che è nel senso.

XXXIII (LXXVIIII). *De alimentis dominabus prestandis, quando non restituuntur dotes earum.*

Item constituimus et ordinamus quod si quis teneatur ad restitutionem alicuius dotis, et si velit retinere dotem in se usque ad unum annum et diem a die (1) soluti matrimonii, ut moris est, tunc possit hoc facere, sed teneatur ad praesens dare domine alimenta per totum annum. Si vero voluerit (2) sibi dare alimenta vel domina noluerit ab eo recipere, tunc teneatur sibi dare XV pro centenario. Et habeat locum etiam in preteritis.

XXXIV (LXXX). *In quibus rebus debeat fieri restitutio dotis.*

Item constituimus et ordinamus quod si dos fuerit constituta in pecunia et pecunia fuerit soluta, vel aliqua bona fuerint data in solutum pro dicta pecunia promissa, tunc in casu dotis restituende fiat restitutio dotem repetenti in pecunia tantum. Si vero fuerit ab initio dos constituta in fundo dotali, ille fundus veniat in restitutionem [statim mortuo] viro. Si vero dos fuerit constituta in pecunia ut supra dictum est, et pec[unia non fuerit so]luta sed aliqua bona mobilia extimata vel inextimata [fuerint designata] coniugibus sub pacto restitutionis dictorum bonorum, quandocumque pe[cunia pro dote promissa] fuerit soluta, restitutio dictorum bonorum fieri debeat. Tunc si interim antequam bona reddantur, marito mortuo et extante uxore, que velit dotem repetere, teneantur et debeant heredes mariti dotem restituere in pecunia tantum; et hoc quando domina repetit dotem restitui (3), tunc illa bona que sunt designata veniant in iam constitutis dotibus.

XXXV (LXXXI). *Ad quem pertineant fructus dotis restituende antequam sit dicta restitutio facta.*

Item constituimus et ordinamus quod si casus emerserit dotis restituende antequam fructus ex fundo dotali percipiantur illius anni, in quo dissolutum est matrimonium, tunc si contentio esset super fructibus qui sunt percipiendi illo anno, talis modus servetur quod pro quanto tempore illius anni quo vir sustinuerit honera matrimonii, pro tanto fructus provenientes ex illis bonis percipiant illi qui sunt obligati ad restitutionem dotis seu bona (4). Et hoc habeat locum etiam in preteritis.

XXXVI (LXXXII). *De solempnitate que servari debet in alienatione rerum dotalium et quod super iuribus dominarum fieri debeat summarie iustitie complementum.*

Indempnitatibus mulierum quibus propter debilitatem sexus favor debetur, prospicere cupientes ordinamus, seu potius declaramus, quod si mulier coniugata dotes vel res ei pro dotibus vel aliis suis iuribus obligatas, constante matrimonio, una cum viro suo alienare voluerit vel viro alienante suum prestaret consensum ex aliqua iusta causa, presentiam sui ordinarii iudicis adire debeat saltem cum duobus vel tribus idoneis viris ex iis, qui eidem mulieri proximiores fuerint, qui per suum iuramentum affirmaverint ipsam alienationem propter causam utilem vel necessariam fieri oportere, interponat iudex alienationi fiende suam auctoritatem et perpetuam obtineat firmitatem. Si vero hac solempnitate pretermissa, mulier ad faciendum alienationem predictorum suorum iurium vel ad consensum prestandum marito alienanti, seu ad eius factum pacificandum processerit etiam cum gravi obligatione penali, nullum ex hoc eidem mulieri preiudicium convertitur, quominus predictis omnibus non obstantibus, cum voluerit tempore competenti, sine metu pene petere, seu recuperare valeat omnia sua iura. Et eadem solempnitates observentur in casu, quo mulieres

(1) die om. B. (2) Così B e IOPPI: dovrebb'essere però: noluerit. (3) Qui il testo IOPPI pone queste parole omesse da B: Si autem mortua domina alius ad quem spectaret dotis restitutio, seu repetitio, petat sibi dotem restitui. (4) IOPPI: bonorum.

consenserit alienationibus seu obligationibus bonorum mariti suo, et sine dicta solempnitate consensus mulieris sibi in nullo preiudicet. Super dictis autem dotibus et aliis iuribus mulierum exigendis et recuperandis ac super condependentibus et connexis fiat eis summarie iusticie complementum. Et hec habeant locum etiam in iam constitutis dotibus et pendentibus causis vel nondum pendentibus.

XXXVII (LXXXIII). *De vestimentis, ornamentis, iocalibus et bilisiis dominarum et ceteris aliis rebus mobilibus, quas domine secum portant ad maritum vel [que sunt] eis donate tempore nuptiarum, vel ante vel post per maritum vel [alium quemcumque].*

Constituimus quod, mortuo viro, vestes, paramenta, ornamenta, clenodia, belisia, iocalia et cetera alia mobilia per ipsam dominam ad domum mariti portata vel eius nomine ac etiam omnia eidem domine donata tempore nupciarum ante vel post per quamcumque personam, seu donata eidem per maritum suum seu empta vel deputata, vel parata ad usum seu ornamenta persone ipsius domine, libere et expedite sine aliquo impedimento dimittantur, relasentur, et restituantur eidem domine, si extant (et intelligantur eciam si dicta bona fuerint per maritum pignorata vel per eius heredes) et si non extant tunc non teneantur heredes mariti vel eius bona ab emendationem aliquam rerum non astancium.

XXXVIII (LXXXIV). *De bonis uxoris portatis ad domum mariti vel sibi donatis tempore nuptiarum vel post a marito vel ab aliis et quando possit testari.*

Constituimus quod si qua mulier voluerit [testamentum] (1) vel codicillos condere, possit et valeat libere testamentum et codicillum condere non obstante aliqua contradictione mariti super dote sua in casu quo se ipsa dotaverit de bonis suis ad ipsam pertinentibus. Possit etiam testari et codicillari de omnibus aliis suis bonis adventitiis vel undecumque eis obvenientibus, exceptis rebus sibi datis per maritum post nuptias et non contemplatione nuptiarum, de quibus nullo modo possit testari, ut infra. Item super morgengabio et desmontaduris; item super omnibus rebus suis quas secum portavit ad maritum et de aliis rebus sibi donatis a marito et ab alio quocumque tempore nuptiarum vel post, comtemplatione nuptiarum dotiumque testari valeat, et habeat roboris firmitatem etiamsi a patre non fuerit emancipata. Super dote autem constituta sibi per parentes, fratres vel consanguineos ad quos ex consuetudine vel ex pacto dicta dos venit restituenda, non possit nec valeat dicta domina testari, nec aliquam dispositionem facere, nisi a persona, que ipsam dominam de ipsius donantis propriis bonis dotaverit, dicta dos fuerit legata vel aliter (2) in testamento relicta, vel inter vivos data, quo casu non extantibus liberis dicte domine vel ex eius descendentibus, libere valeat ad libitum de dicta dote disponere. Super vestibus autem, iocalibus, clenodiis, paramentis, ornamentis et aliis quibuscumque bonis mobilibus donatis uxori vel emptis seu paratis ad ornamentum uxoris a marito vel per maritum post tempus nuptiarum, testari non valeat nisi cum consensu mariti. Si autem dicta domina decesserit ab intestato vel sine codicillis omnia portata per dictam dominam (3) per maritum vel alium quamcumque tempore nuptiarum, vel post contemplationem nuptiarum, vel post tempus nuptiarum per ipsum maritum, remaneat penes filios suos masculos et sua [sint si habet filios], et si non habet filios remaneant penes maritum et [sua sint excepta] dote que secundum consuetudinem debet reverti; et exceptis aliis [suis bonis adventitiis] mobilibus et immobilibus, in quibus debent succedere proximiores. Ita tamen quod maritus teneatur sibi facere sepulturam et alia funeralia suis sumptibus et expensis.

(1) testamentum om. B. (2) B: taliter. (3) Joppi pone qui le parole: ad domum mariti, vel sibi donata, che probabilmente furono dimenticate dallo scrittore di B.

XXXIX (LXXXV). *De aquisitis per dominam maritatam constante matrimonio presumendis acquisitis de bonis mariti.*

Item constituimus quod omnia acquisita per dominam maritatam constante matrimonio, intelligantur et censeantur acquisita de et ex bonis viri et ad dominium ipsius mariti pertineant (1), nisi evidentissime probetur (2) illa bona aliunde acquisita quam ex bonis mariti.

XL (LXXXVI). *Quibus creditoribus mulier ratione dotis preferatur.*

Item constituimus quod mulieres et alii repetentes dotes in bonis principalis, qui dotem recepit, et in bonis fideiussorum obligatorum ad dotem restituendam, preferantur omnibus creditoribus, qui apparerent creditores fuisse, vel esse ante vel post constitutionem dotis que repetitur; exceptis creditoribus illis, qui haberent aliqua bona personarum predictarum principaliter vel fideiussoris nomine ad restitutionem alterius dotis obligata specialiter et expresse ac nominatim ante constitutionem dicte dotis obligati; quo casu talis creditor habens dicta bona specialiter et expresse et nominatim obligata ante dotis, que repetitur, constitutionem (3), preferatur repetentibus ipsam dotem.

XLI (LXXXVII). *Quod repetentes dotes preferantur repetentibus morgengabia et dismontaduras et contrapacta.*

Constituimus quod si casus emerserit quod dotes repetantur, morgingab, desmontadure per easdem personas, vel diversas contra bona et super bonis mariti vel fideiussorum, quod primo de et super bonis predictis fiat solutio dotis et contrapactorum, postea si bona supersunt fiat solutio desmontadurarum et morgingabii.

XLII (LXXXVIII). *De prescriptione dotis petende vel repetende et morgingab, desmontadurarum et contrapactorum.*

Constituimus quod si persona, cui competit ius petende dotis premisse vel repetende aut ius petendi morgingab, desmontaduras vel contrapacta, supersederit et distulerit dotem et iura predicta petere vel repetere in iudicium per spatium XX annorum continuorum numerandorum a tempore quo prefata persona petere vel repetere potuit dotem prefatam, morgingab vel desmontaduras vel contrapacta, talis elapsus temporis inducat prescriptionem et ipso iure talis persona privetur iure petendi et repetendi dotem et iura predicta, salvo quod minoribus masculis XIV annis et feminis minoribus XII ipso iure nulla talis currat prescriptio, toto tempore quo fuerint in dicta minori etate; et nisi toto tempore vel maiori tempore XX annorum (4) fuisset absens a patria Foriiulii persona petens vel repetens dotem vel iura predicta, quo casu prescriptio predicta non currat. Sed postquam reversa fuerit in patriam Foriiulii currat contra eam dicta prescriptio omni tempore computato quo fuerit in patria antedicta.

XLIII (LXXXIX). *De restitutione dotis fienda filio etiam maiori vel minori XIV annis premortuo supravivente matre vel decedente post matrem.*

Constituimus quod filio vel filia decedente in pupillari etate post obitum matris non superexistentibus aliis fratre vel fratribus vel sororibus ex eisdem parentibus coniunctis defuncto, dos revertatur et restituatur ei qui dotaverit vel eius heredibus aut aliis personis, quibus foret dotis restitutio facienda. Si vero filius maiór XIV annis vel filia maior XII annis decesserit post matrem, dos matris censeatur patrimonium ipsius filii vel filie, de qua dote ipse filius

(1) B interpola: et. (2) IOPPI: probentur. (3) B interpola: et. (4) B per errore evidente: XV annorum.

vel filia possit testari et disponere secundum eius libitum voluntatis, patre mortuo ante filium vel filiam; pater vero supravivens ipsius dotis habeat usufructum. Sed filius maior XIV annis, vel minor vel filia maior [si] decesserit ante matrem, tunc mortua matre dos revertatur ad proximiores vel alios quibus dotis restitutio est fienda de iure. Et idem ius constituimus in dotibus avie vel proavie et ceterarum ascendentium.

XLIV (XC). *De filiabus et aliis descendentibus non institutis heredibus ab hereditate excludendis sed dotandis et alimentandis et de* (1) *legatis prestandis.*

Constituimus et ordinamus quod si quis decesserit condito testamento, superstitibus filiis masculis et aliis descendentibus natis ex prole masculina defuncti et ascendentibus masculis et fratribus masculis et fratrum defunctorum filiis masculis vel aliquo ipsorum et predictis vel aliquo predictorum instituto vel institutis heredibus; tunc filie ipsius defuncti vel neptes et alie feminei sexus descendentes, que non fuerint heredes institute ab hereditate ipsius defuncti repellantur, eciam si non fecerint finem et remissionem de (2) hereditate ipsius defuncti. Ita tamen quod si predicte filie et neptes et alie feminei sexus descendentis quas defunctus alimentare, maritare et dotare et nuptialibus fulcimentis fulcire tenebatur, maritate et dotate non sint seu dotes et fulcimenta eis promissa soluta non fuerint, per heredes defuncti alimentetur, et si sint vel cum fuerint etatis nubilis maritentur et dotentur seu dotes et fulcimenta eis promissa solvantur, ac fulcimentis congruis fulciantur secundum qualitatem et quantitatem dicte hereditatis, atque condicionem et statum maritandarum. Predictis autem descendentibus masculis ex linea masculina defuncti, natis et ascendentibus masculis et fratribus et fratrum filiis masculis vel aliquo ipsorum non extante vel non extantibus, sit salvum ius ipsis filiabus defuncti neptibus et ceteris feminei sexus descendentibus, quibus non maritatis vel non dotatis, non est tamen iure institutionis, vel legati vel fidecommissi in testamento relictum, quod maritari commode valeant et dotari, ius [rumpendi testamentum] ipsius defuncti si in ipso testamento indebite fuerint preterite aut [exheredate et] ad ipsius defuncti hereditatem pro parte eis debita ad[mittantur. Quo casu nihilo]minus legata ad pias causas facta in dicto testamento, quamvis rupto, solvantur et remaneant in sui roboris firmitate.

XLV (XCI). *De legatis factis filiabus et aliis feminis ab hereditate exclusis.*

Constituimus et ordinamus quod filie, neptes et alie descendentes feminei sexus quibus per patrem vel alium ex ascendentibus est aliquid in testamento iure institutionis seu legati, seu fideicommissi relictum, tali relicto debeant esse contenti, quamvis sit minus legiptima eis iure nature debita; ita quod propter hoc ipsius defuncti non valeant rumpere testamentum dum tamen illud relictum sit tantum quod cum eo maritari ac dotari congrue valeant et fulciri secundum qualitatem hereditatis ac condicionem maritandarum. Quo casu si legatum vel relictum tantum non fuerit, agere possint et teneantur eis heredes prestare et tantum ipsi legato supplere, quod se valeant maritare, dotare pariter ac fulcire, testamento remanente nihilominus in sui roboris firmitate.

XLVI (XCII). *De inventariis a curatoribus conficiendis et publicandis.*

Constituimus et ordinamus quod quandocumque datus fuerit tutor in testamento, si presens fuerit testamento et non contradixerit, censeatur statim acceptasse dictam tutelam; si vero fuerit absens a constitutione testamenti, tunc teneatur a die qua sciverit se tutorem datum usque ad X dies dictam tutelam aceptasse vel renunciasse. Omnes vero tutores tam testamentarii quam legiptimi, quam eciam dativi ac etiam curatores dati ad negotia infra XXX

(1) Così IOPPI; B per errore: eis. (2) Così IOPPI; B: ab.

dierum spacium a die acceptationis computandum teneantur et debeant fideliter et plene confici facere per unum idoneum et sufficientem notarium inventarium de omnibus bonis mobilibus et immobilibus ac iuribus et actionibus ac debitis et creditis pupilli et pupillorum vel adultorum quorum tutelam vel curam gerunt. Ad quam confectionem inventarii faciendam teneantur et debeant convocare duos ex parentibus vel affinibus pupilli vel adulti proximioribus sibi, unum ex parte patris et alium ex parte matris. Quod quidem inventarium confectum, teneantur et debeant post XXX dies predictos usque ad octo dies inclusive publicare coram dominio eius, de cuius bonis inventarium fuerit confectum; ad quam publicationem teneantur tutores vel curatores convocare illos qui fuerint sibi dati vel deputati seu interfuerint confectioni inventarii. Si autem ex parentibus vel affinibus dictorum pupillorum vel adultorum non reperiantur persone sufficientes et abiles ad dicti inventarii confectionem, tunc teneantur tutor vel curator comparere coram dominio et petere deputari ad hoc duos bonos viros vicinos; quos dominium deputet ex proximioribus vicinis defuncti. Aliter vero dicto inventario non confecto, nullatenus reputetur pro tutore vel curatore nec administratore, nec in iudicio esse valeat et teneatur pupillis de dampnis interesse et [negligentia].

XLVII (XCIII). *De ratione reddenda per tutores vel curatores annis singulis* [*infra certum tempus*].

Constituimus et ordinamus quod omnes tutores et curatores ad negotia teneantur annis singulis a prima die quadragesime usque ad medium quadragesime reddere rationem sue administrationis coram illo dominio vel deputandis a dominio, sub quo persone existentes sub tutela vel cura obligati ad dictam rationem reddandam habitant et domicilium et forum habent. Quod si ipse tutor vel curator impedimento legitimo impeditus nequiverit dicto tempore rationem reddere nihilominus tunc teneatur illam reddere a media quadragesime usque ad dominicam olivarum seu palmarum. Que quidem ratio reddatur presentibus ipsis pupillis vel adultis et duobus proximioribus pupillorum vel adultorum uno videlicet ex parte patris et alio ex parte matris convocandis et compellendis per dictum dominium ad instantiam tutoris ex ofitio suo; et si tot vel tales non inveniantur tunc deputentur duo boni viri, qui sint magis amicitia vel affinitate coniuncti dictis pupillis, qui intersint dicte rationi reddende; de qua ratione reddita fiat relatio per predictos qui fuerint presentes redditioni rationis predicte, que relatio fiat coram dominio et astantibus per quos dicta ratio approbetur vel reprobetur. Et si quidem bonam reddiderit rationem in officio perseveret. Si vero malam tunc ab officio removeatur et immediate teneatur resarcire omne dampnum et interesse ipsius pupilli vel adulti vel aliter indempnitati sue debeat provideri. Ita tamen quod propter predictam rationem redditam nullum preiudicium generetur pupillis vel adultis quia (2) eorum tutores teneantur tempore finiti sui officii generalem rationem sue administrationis reddere et assignare. Que autem in dicta constitutione et precedenti dicta sunt, in tutoribus et curatoribus pupillorum et adultorum habeant locum etiam in curatoribus furiosorum et prodigorum.

XLVIII (XCIV). *De sublatis obligationibus quas usurarii a suis debitoribus exigebant.*

Quia quidam pestifera et dampnosa in Foroiulii abusio inolevit quod quando fit contractus aliquis mutui vel depositi, creditores non contenti obligationibus in patria antiquitus consuetis alias inexquisitas obligationes invenire conantur: videlicet quod tam fideiussores, quam principales obligent se quod [si] (1) mutuum vel depositum in contractu contentum in statuto termino non solverint teneantur intrare hostariam vel non redire ad patriam donec mutuum aut depo-

(1) Joppi; B om. (2) Joppi: quin.

situm huiusmodi cum dannis et expensis non fuerit persolutum. Ex qua inepta adinvenctione nonnulle domus nobilium communitatum Foriiulii destructe sunt et ad nichilum reducuntur. Propter quod nos volentes una cum prefato generali colloquio ad communem omnium utilitatem providere, constituimus et ordinamus quod nullus creditor, quicumque sit et quocumque nomine mutuet, possit vel debeat ab aliquo de Foroiulii recipere quod obligantes se principaliter vel fideiussorio nomine intrent aut intrare hostariam vel exire patriam Foro[iulii seu aliquam] personalem obligationem preter iura communia facere teneantur, [nec principales nec] fideiussores obligationibus huiusmodi valeant se obligare. Quod si [secus fuerit factum, huiusmodi] obligationes sint nullius valoris, vel firmitatis etiamsi sint iuramento vallate. Et nichilominus notarius conficiens instrumentum ab officio notarie per biennium sit suspensus. Et habeat locum etiam in preteritis, quatenus provisum erat per veterem constitutionem.

XLIX (XCV). *De instrumentis usurariorum ultra quinquennium non valentibus seu cassatis.*

Constituimus quod quilibet mutuans seu mutuari faciens per se vel per alium sub usuris cuiuscumque condicionis existat factis instrumentis in patria Foriiulii et eius districtu, huiusmodi instrumentis uti valeat per quinquennium et non ultra a die celebrati contractus numerandum; et quod talia instrumenta usuraria vel in fraudem usurarum facta elapso dicto quinquennio sint nunc prout ex tunc in perpetuum irrita, cassa, nulliusque valoris seu roboris. Adiicentes quod pacta, conventiones et renunciationes, que furent per feneratores et pignorantes seu obligantes, vel creditores et debitores, quominus in omnibus et per omnia statutum et ordinamentum predictum observetur, nullatenus admittantur, nec ullam obtineat firmitatem.

L (XCVI). *De promissione restitutionis possessionum fiende infra certum tempus.*

Item quod de promissione facta per emptorem de revendendis et reddendis bonis stabilibus venditori ipsorum pro pretio, quo vendita fuerunt, ad certum tempus si ei daretur pecunia; licet de huiusmodi promissione et pacto inter eos confectum non fuerit publicum instrumentum, tamen probari valeat per testes idoneos, saltem tres, infra XV annos a tempore promissionis huiusmodi. Et ultra XV annos probari possit per instrumentum et non per testes. Et hoc habeat locum etiam in preteritis.

LI (XCVII). *Quod non detineatur personaliter homo ruralis vel homo modice facultatis nomine depositi.*

Item si quis ruralis vel homo modice facultatis se obligaverit ad solvendum nomine depositi alicui publice usurario aliquam pecunie quantitatem propter hoc, si non solverit, detineri non debeat personaliter. Sed si depositum contractum fuerit inter pares vel de minoribus ad maiores, ita quod verisimiliter presumi possit depositum, super illo procedatur coram dominio, iustitia mediante. Et hec habeant locum etiam in preteritis.

LII (XCVIII). *Quod maior frater non possit alienare de bonis stabilibus in preiudicium minorum.*

Item quod maior frater, sive administrator domus in dampnum et preiudicium minorum fratrum non possit vendere, donare vel modo aliquo pignorare bona sua seu de bonis eorum stabilium et possessionibus communibus. Sed si pro evidente utilitate et urgenti necessitate ipsum oportuerit de bonis comunibus ipsorum impignorare vendere vel alienare, hoc [facere possit et debeat] per laudum et sententiam auctoritate et decreto d. patriarche inter nobiles; sed inter burgenses et alios inferiores auctoritate dominii seu rectoris terrarum, in

quibus habitant. Si vero aliter maior frater faceret hoc faciat in suum preiudicium sed non in dampnum et preiudicium pupillorum et minorum redundet. De bonis autem mobilibus et fictibus communibus, maior possit administrare et facere bona fide pro necessitate et utilitate minorum fratrum et domus eorum. Sed si videbitur fratribus minoribus, sive ipsorum tutoribus seu gubernatoribus et amicis, quod frater maior sive administrator domus minus bene administret [et] inutiliter gerat negotia et res et bona ipsorum mobilia et communia, facta denuntiatione d. patriarche sive ipsius dominio, compellatur maior dare seu assignare minori seu minoribus suis fratribus seu nepotibus partem eis contingentem de bonis communibus, ita quod tunc de cetero frater maior seu administrator domus nichil possit facere in dampnum seu preiudicium aliorum. Et habeat locum etiam in preteritis.

LIII (XCIX). *Quod interdicantur bona illorum qui dissipant illa.*

Si quis dissipator bonorum suorum vel prodigus, postquam per consanguineos et amicos suos denunciatus fuerit dominio et admonitus non videatur emendatus, dominium per laudum et sententiam faciat bona sua immobilia (1) publice interdici et dari sibi debeat curator et sine ipsius curatoris consensu et voluntate non valeat debita contrahere neque de bonis suis stabilibus obligare seu aliqualiter alienare. Sed si pro evidenti utilitate et urgenti necessitate necesse fuerit de bonis suis stabilibus alienare illud fieri possit per laudum et sententiam auctoritate d. patriarche inter nobiles seu auctoritate dominii seu rectoris terre in qua habitant, si fuerint burgenses vel inferiores.

LIV (C). *Quod nullus de Foroiulii possit vendere, donare vel aliqualiter alienare forensi sua castra.*

Item quod nullus de Foroiulii possit vendere donare vel aliqualiter alienare seu dare alicui forensi castra sua, munitiones, fortilitia vel loca suspecta. Et si contra factum fuerit, talis alienatio non valeat sed bona sic (2) alienata libere cadant cui de iure deferri debent proinde ac si alienans decederet intestatus. Et hoc trahitur etiam ad impleta.

LV (CI). *De successionibus ab intestato.*

Constituimus et ordinamus quod si quis masculus sui iuris vel existens in potestate decesserit intestatus vel ab intestato et ab intestato seu intestatus decessisse intelligatur sive nullum fecerit seu condiderit testamentum sive testamentum [.......... (3) sed illud] aliquo iure facere seu condere non potuerit; sive rumpi po[ssit et adduci ad cau]sam intestati, ad ipsius successionem primo vocentur et veniant filii masculi ipsius defuncti deinde ceteri descendentes masculi nati ex linea masculina defuncti usque in infinitum; ita videlicet ut pares gradu pariter succedant et qui prior est in gradu prius admittatur ad successionem exclusis gradu posterioribus; salvo quod si simul cum filiis masculis defuncti extant ex filio vel filliis premortuo vel premortuis nepotes masculi, illi nepotes una cum filiis masculis defuncti ad eius successionem admittantur ita videlicet ut quotcumque ipsi nepotes sint, eandem partem habeant et illos gradum et locum obtineant quam et quos eorum pater, si viveret, obtineret et haberet. Si autem non extant filii nec alii descendentes ex linea masculina defuncti, tunc si supersunt ascendentes masculi et fratres defuncti masculi ex utroque parente vel ex linea paterna tantum (4) defuncto convincti, ipsi ascendentes masculi proximiores in gradu admittantur una cum fratribus defuncti ad eius hereditatem dividendam pariter inter eos; sic videlicet ut dictorum ascendentium et fratrum singuli equalem habeant portionem. Et si extare (5) cum eis reperiantur masculi filii predefunctorum fratrum ipsi et

(1) B: bonis suis immobilibus. (2) Così Ioppi; B: sint. (3) Ioppi: condiderit, che non torna; forse: condere voluerit. (4) Così Ioppi; B: tamen. (5) Così Ioppi; B: extranei.

fratrum filii quotcumque sint cum ipsis proximioribus gradu ascendentibus et fratribus defuncti eorum patruis admittantur ad successionem in stirpes: videlicet in tanta parte quanta eorum patri si viveret deberetur. Si autem non extant ascendentes masculi nec descendentes masculi et ex linea masculina nati, nec etiam fratres defuncti masculi, tunc si extant masculi fratrum premortuorum filii, ipsi fratrum filii admittantur ad hereditatem defuncti dividendam inter eos in capita et non in stirpes. Et sic predictis descendentibus masculis et ex linea masculina natis et prefatis ascendentibus et collateralibus masculis vel aliquo eorum extantibus vel extante, excludantur a successione defuncti filie eius ac neptes et cetere feminini sexus descendentes femine et ex ipsis descendentes cuiuscumque sexus existant, ac etiam ascendentes femine et collateralis femine, descendentes ex eis cuiuscumque sexus existant, quamvis defuncti sint pares (1) vel priores in gradu ipsis descendentibus masculis et ex linea masculina natis et ascendentibus et collateralibus masculis; dum tamen ipsi masculi sic ut premittitur qui feminas ex eis priores vel pares in gradu a successione volunt excludere, ipsas feminas eis in gradu priores vel pares alimentent et si non fuerint vel sint maritate, maritent ac nuptialibus fulcimentis fulciant condecenter si sint vel cum fuerint etatis nubilis ex bonis dicte successionis, attentis quantitate dictorum bonorum ac statu, conditione ac qualitate ipsarum feminarum maritandarum. Prefatis vero discendentibus masculis [et ex] linea masculina natis et ascendentibus masculini generis [et collateralibus masculis] non extantibus, tunc ad successionem admittantur femine ac si essent masculi; etiam priores gradu prius, pares vero pariter succedant exclusa differentia sexus ac masculorum et feminarum.

LVI (CII). *De heredibus compellendis alimentare, maritare, dotare feminas ratione sexus ab hereditate exclusas.*

Quia per duas precedentes constitutiones (a) mulieres ratione sexus feminini ab ereditate eis de iure communi (b) forte debita excluduntur, dum tamen si maritate non fuerint, si sint vel cum fuerint etatis nubilis, per heredes maritentur dotentur ac fulcimentis condecentibus fulciantur; ideo ne per heredes huiusmodi fienda matrimonia et docium et fulcimentorum prestationes dolo vel negligentia nimium protrahantur constituimus quod si ipsa mulier fuerit etatis nubilis, ad eius vel alicuius sui instantiam et requisitionem per dominium loci, ubi residet heres, preceptum fiat heredi ut, usque ad annum a die requisitionis facte, ipsam dominam debeat maritasse, dotasse ac fulcimentis ut continetur in prefatis constitutionibus fulcivisse. Et nichilominus eam interim teneatur alimentare et ei congruum victum et vistitum prestare. Quod si heres infra annum predicta non adimpleverit, elapso anno statim teneatur et debeat ac per dictum dominium compellatur deponere penes unum bonum fidelem et idoneum mercatorem per dominium eligendum tantam pecunie quantitatem, cum qua, consideratis facultatibus hereditatis decenter maritari ac dotari valeat ac et fulciri. Ex qua pecunia lucrum omne proveniens sit ipsius mulieris seu femine maritande. Et eam nichilominus interim prefatus heres debeat alimentare vestire ac secundum eius conditionem ac statum benevole et honorifice pertractare.

LVII (CIII). *De bonis heredum obligatis dominabus dotandis per heredes eosdem.*

Constituimus quod in casibus in quibus domine debent dotari et fulciri per heredes, omnia bona hereditaria et omnia bona propria illius heredis sint ipso

(1) Così Joppi; B: sui patres.

(a) Ved. sopra le r. XLIV (XC) e LV (CI).

(b) Si noti qui l'accenno alla divergenza fra lo *ius commune* e la norma data dalla costituzione; nella r. XLV si accenna invece al conflitto collo *ius naturae*. Sullo stesso proposito si veda il mio *Parlamento della Patria del Friuli*, Udine 1903 (*Atti dell'Accademia di Udine*) p. 173.

iure obligata dicte domine pro dote et fulcimentis, et quod nulla alienatio dictorum bonorum possit fieri in preiudicium dicte domine. Sed si acceptaret hereditatem cum beneficio inventarii tunc bona propria sua non sint obligata pro illis dotibus.

LVIII (CIV). *De legatis per heredem statim solvendis.*

Constituimus et ordinamus quod legata et relicta in testamentum vel codicillis prestare teneatur statim heres post aditam hereditatem vel postquam se immiscuit ipsi hereditati nisi aliter vel aliud appareat de voluntate testatoris vel legantis, et nisi adita fuerit hereditas cum beneficio inventarii, quo casu conveniri non possit a creditoribus nec solvere [teneatur credita vel] legata, nisi post confectum inventarium vel post elapsum [tempus ipsius inventarii] conficiendi, in constitutione super hoc edita limitatum.

LIX (CV). *De legatis ab herede petendis, non auctoritate propria vel per sententiam aprehendis.*

Constituimus quod hii, quibus est aliquid in testamento iure legati vel fideicommissi vel alio quocumque titulo relictum, teneantur petere rem legatam seu relictam ab herede universali, non autem ipsam rem propria auctoritate accipere, nec etiam per sententiam ipsius possessionis apprehendere, herede non citato detinente. Talem apprehensionem possessionis sine voluntate, vel non citato herede, factam per legatarium vel fideicommissariom declaramus (1) nullius fore effectus, roboris vel valoris nec tribui ius aliquod per eamdem.

LX (CVI). *De pheudis ad aliquam aliquo iure devolutis et volentibus petere eadem pheuda vel eorum possessionem.*

Constituimus et ordinamus quod si qua persona voluerit petere pheuda vel bona aliqua iure pheudi, que asserat per obitum alicuius, vel alio quocumque iure ad se devoluta, debeat comparere coram d. patriarcha et per laudum et sententiam ad minus septem numero circumstantium habentium manum pheudi, coram d. patriarcha obtinere nuncium habentem manum pheudi qui inducat ipsum in possessionem et tenutam dictorum bonorum feudalium pro primo anno sine usufructu, salvo iure cuiuslibet persone. Qui nuncius datus ad inducendum dictam tenutam et possessionem teneatur ad petitionem dicti petentis notificare possessori dictorum bonorum que pro pheudis petuntur de dicta sententia, inductione et tenuta. Post vero notificationem factam si per annum possessor tacuerit, quod nullam litem moverit in ipsis bonis, tunc taliter in possessionem ipsorum inductus debeat comparere coram predicto d. patriarcha et petere se induci in possessionem dictorum bonorum cum perceptione fructuum. Quem nuncium ibidem numero septem astantium habencium manum pheudalem, facta prius fide de inductione et notificatione valeat obtinere.

LXI (CVII). *De depredatoribus et robatoribus stratarum publicarum et communicantibus privatum carcerem.*

Ut strate (2) et itinera publica tam mercatoribus quam aliis quibuscumque personis tuta et secura libere pateant, constituimus et ordinamus, quod quicumque subditus d. patriarche et Aquilegensis ecclesie stratas ipsas, seu itinera publica violare, rumpere, vel turbare, spoliare vel derobationes committere super ipsis presumpserit quocumque modo, sive nobilis sive popularis existat, si haberi vel capi poterit pena capitis puniatur. Si vero haberi vel capi non poterit sub eadem pena perpetuo sit banitus per universas terras patrie Foriiulii et a quocumque dominio Aquilegensis ecclesie; ita quod nec in terris, nec in castris d. patriarche et tocius Foriiulii stare possit. De bonis vero malefactoris predicti

(1) Così Joppi, in B manca: declaramus. (2) B: strata.

si qua habebit vel haberi poterint, satisfiat spoliato usque ad summam eius quod sibi acceptum fuerit, super qua summa accepta vel estima[tione] ipsius stetur sacramento ipsius spoliati. Acceptantes vero [dero]batores et malefactores predictos aut cum re taliter derobata, vel sine et admittentes [eos in castris et for]tilitiis sive domibus suis, si scienter fecerint et ipsum vel ipsos derobatores cum spolio et derobatione huiusmodi infra tres dies, et non requisiti, non presentaverint et assignaverint d. patriarche et mareschalco suo seu eius vicesgerenti (a); vel si quis vel si que ignoranter receptavisset derobatores et malefactores predictos cum spolio vel sine, ut supra, et requisitus ex parte d. patriarche aut per dictos eius officiales vel alterum ipsorum aut eorum vel alterius eorum nuncios infra duos dies computandos a die requisitionis, ipsos malefactores non presentaverit vel assignaverit, ut supra, simili pene subiaceat et cadat in predictam penam et contra ipsum vel ipsos per dominium ita procedatur sicut si per (1) ipsum vel ipsos receptantes scelus huiusmodi fuerit commissum. Quod si dicti robatores non fuerint presentati ut supra et reperiantur vel probari possit ipsos derobatores tempore receptionis vel post esse vel fuisse in dictis castris et fortilitiis, tunc tales receptatores nullam possint pretendere ignorantiam, sed puniantur dicta pena et contra ipsos procedatur simili modo, sicut si scienter a principio acceptassent; et predicta pena puniantur omnes capientes aliquem vel aliquos personaliter tempore pacis etiam extra viam publicam propria auctoritate et sine auctoritate dominii dummodo talis vel tales capti non fuerint servi vel massarii capientium. Et hoc habeat locum etiam in preteritis.

LXII (CIX). *De iis qui auferunt vel rapiunt pignora a preconibus, postquam illa receperunt.*

Dum constituimus quod si preco exequens officium suum, sine (2) d. marescalcho vel eius familia, pignus vel pignora acceperit de domo vel habitatione, vel stabulo, vel curia, vel porticu alicuius et ibi prohibitum fuerit dictum pignus vel pignora exportare vel extra domum ducere seu deducere, aut ipsa pignora fuerint de manu sua ablata, tunc censeatur talis persona prohibens vel auferens fecisse revellum et pro pena revelli solvat denarios XL. Si vero postquam dicta pignora fuerint extra domum, habitationem, stabulum et curiam, baiartium aut porticum transducta vel exportata per preconem et prohibitus fuerit ipse preco dicta pignora ducere, talis prohibens aut auferens fecisse exfortium et pro pena exfortii puniatur in libris L applicandis curie d. patriarche.

LXIII (CIX). *De pluribus cohadunatis pignora de manibus preconibus rapientibus.*

Item constituimus quod si plures cohadunati abstulerint vel rapuerint pignora de manu et tenuta preconis pignorantis sine d. marescalcho et eius familia, et ipsa pignora habeant extra domum et confines domus pignorati, omnes predicti in simul intelligantur [unum] exfortium commisisse et de unico exfortio teneantur; et tunc de numero [eorum q]ui exfortium commiserunt, credatur relationi dicti preconis. [Et hoc casu communitas] ville designet tot numero delinquentes, quot preco predictus retulerit, qui ad solutionem dicte pecunie compellantur. Quod si fecerit dicta communitas, ceteri de dicta villa sint a dicto exfortio absoluti. Si vero dicta communitas tot numero delinquentes non designaverit, tunc ipsa communitas in omni eo quod deberit teneatur (b).

(1) B: contra. (2) Ioppi ha: sine, B invece: sive, ma nelle edizioni a stampa di questa rubrica, si trova: sine. È dunque uno dei molti errori dell'amanuense di B.

(a) Per le disposizioni contenute nel presente capitolo fino a questo punto vedasi il doc. XCIII, 1329, 7 giugno, più sopra.

(b) Ioppi credette (cfr. nota alla fine della r. 141 bis e ter) che questa rubrica come la precedente fossero state cassate fra il 1398 ed il 1412; ciò però non è vero poichè le dette rubriche si trovano anche nelle edizioni a stampa 1524, 1565 (r. 164-155).

LXIV (CX). *De communitatibus revelantibus vel iniuriantibus officiales d. patriarche.*

Constituimus et ordinamus quod quodcumque aliqua communitas aut homines alicuius communitatis, turba coadunata, insecuti fuerint aut offenderint mareschalchum d. patriarche aut eius vicesgerentes, aut eius familiares vel precones exequentes debito et congruo modo officium suum, vel revelaverint pignora eisdem officialibus, omnes existentes culpabiles dicti excessus, solvant marcham mediam pro quolibet et nichilominus penas quas alias inciderint. De numero autem ipsorum excedentium in predictis credatur d. mareschalco dato ei sacramento super hoc, vel eius vicesgerenti et preconi. Et comunitas teneatur tot numero designare, quot mareschalcus vel eius vicesgerens aut preco asseruerit fore culpabiles de excessibus antedictis; alioquin dicta communitas teneatur solvere quidquid deerit (1) de hiis quos mareschalcus vel eius vicesgerens vel preco culpabiles retulerit in predictis. Adiicientes tamen in predictis quod nec mareschalcus nec eius vicesgerens nec aliquis eius familiaris possit ire ad pignorandum vel accipiendum aliqua pignora absque precone et nuncio iurato curie d. patriarche.

LXV (CXI). *De iniuriis factis preconibus vel familiaribus d. patriarche officium suum exercentibus.*

Item constituimus quod si aliquis fuerit tante temeritatis quod percusserit preconem aut familiarem d. patriarche vel mareschalchi exercentem officium suum, si ex dicta percussione non fuerit secuta sanguinis effusio et percussor fuerit masculus, cadat in penam medie marche, patriarchali curie applicande, si eum percusserit una vel duabus vicibus vel ictibus et ultra [puniatur (2)] secundum astantium sentenciam, habita consideratione ad qualitatem et modum percussionis. Si vero ultra duos ictus eidem intulerit tunc puniatur secundum astancium sentenciam habita consideratione ad qualitatem et modum percussionis. Si vero fuerit mulier que dictam percussionem fecerit, tunc solvat medietatem eius quod solvisset masculus si ipse percussisset. Si vero ex percussione subsecuta fuerit sanguinis effusio et vulnus, tunc percutiens cuiuscumque sexus existat, cadat in penam unius marche applicande ut supra, et nichilominus teneatur solvere expensas factas pro medico, medecinis, et liberatione dicti percussi. Et de dictis vulneribus et percussionibus credatur relationi preconis cum uno idoneo teste, si preco fuerit percussus. Si vero fuerit percussus familiaris d. patriarche vel mareschalchi exercens cum precone dictum officium, tunc credatur duobus testibus testificantibus de dicta percussione. Et in istis casibus mulieres admictantur ad testificandum sicut masculi.

LXVI (CXII). *De confiscationibus non tollentibus iura creditorum.*

Constituimus et ordinamus quod si propter delictum alicuius eius bona d. patriarche vel alteri dominio veniant confiscanda, dicta confiscatio nullum preiudicium inferre valeat creditoribus; sed ipsa confiscatione non obstante de bonis confiscandis (3) satisfiat creditoribus, ante dictam confiscationem et sententiam confiscationis habentibus iuste obligatum eum cuius bona ut premittitur confiscantur.

LXVII (CXIII). *De bonis homicide non confiscandis nec rapiendis.*

Constituimus et ordinamus quod [bona eius] (4) qui homicidium perpetraverit, per dominum seu alium quemlibet privatum non arripiantur nec etiam confiscentur: sed si homicida capi poterit capite puniatur et eius bona ad heredes ex testamento vel ab intestato perveniant; si vero ipse homicida capi non

(1) B: adherit! (2) Così IOPPI; B l'omette. (3) Così B per errore del copista; IOPPI e le ediz. a stampa: confiscatis. (4) B omette: bona eius per errore: l'integrazione da IOPPI e dalle ediz.

poterit perpetuo sit bannitus sed bonis ipsius suis uti pacifice valeant absque inquietatione et in eisdem audeant facere suam omnimodam voluntatem. Et hec habent locum etiam in preteritis (a).

LXVIII (CXIV). *De penis non exigendis vel imponendis ultra summam denariorum XL vel in festivitatibus ultra summam unius marche per habentes garitum vel ius custodiendi festum.*

Constituimus quod nulla persona audeat pro delicto vel maleficio commisso sub suo garrito imponere vel exigere maiorem penam frixachensium XL. Sed si ius habeat aliquis custodiendi festa, tunc in die festi possit pro exfortio vel percussione cum sanguinis effusione imponere vel exigere penam unius marche denariorum. Qui vero contrafecerit teneatur ad duplum eius, quod ultra predictas penas acceperit, resarcire (1) curie d. patriarche.

LXIX (CXV) *De rusticis imponentibus guadias aut aggravantibus habitatores villarum ultra debitum modum in preiudicium habentium garritum et dominorum mansorum et eorum massariorum.*

Constituimus quod omnes consuetudines, statuta seu ordinamenta inducta vel acta seu facta per communitatem alicuius ville contra habitatores singulares villarum, que tangunt vel tangere possunt iurisdictionem vel garritum d. patriarche vel aliorum nobilium vel dominorum mansorum sint casse et nulle et cassa et nulla et nullius roboris vel valoris, nec eis uti valeant communitates villarum nec ex eis possit aliquod dampnum seu preiudicium gravari habentibus garritum vel iurisdictionem in ipsius villis vel eorum massariis: quodque nulla communitas alicuius ville de cetero audeat vel presumat imponere aliquam penam alicui habitanti in villa eadem seu vicinis suis ultra summam frixachensium VIII; quam tamen non possit imponere ultra quam semel pro uno excessu. Et quod nulla de causa possit communitas aliqua alicuius ville repellere vel [privare] de vicinantia aliquem ipsius ville habitatorem, vel facere fossatum circa domum, aut interdicere ne ei detur aqua, nec ignis, aut loquela, [aut quod de gravami]ne quod ei inferatur non audeat conqueri domino suo, nec etiam destruere et devastare domos, seu vites seu arbores, altanas super quibus vites iacent mansorum qui remanent in pustota, nec aliquod statutum et ordinamentum facere, quod nullus audeat recipere ad affictum aliquem mansum qui sit pustota vel quod non accipiatur pro tanto affictu vel maiori affictu consueto. Insuper nullatenus audeat aliqua communitas de cetero facere aliqua statuta vel ordinamenta contra homines singulares, villarum habitatores, que tangant vel tangere possint iurisdictionem vel garritum d. patriarche vel aliorum nobilium aut dominorum mansorum, excepta dicta pena VIII frixachensium pro excessu uno. Quandocumque autem communitas villarum fecerit contra predicta vel predictorum aliquid cadat in penam L librarum patriarchali curie applicandarum.

Et si quidem aliqua communitas allegaverit dampnum destructionis seu devastationis, factum in domibus seu arboribus seu vitibus mansorum qui remanserunt in pustota, teneantur dare et denunciare illum vel illos, qui fuerint vel fuerint perpetratores predicti dampni. Quod si fecerit predicta comunitas sit absoluta ab omni pena et denunciatus vel denunciati per eam cadant in penam L librarum, pro qua pena possit personaliter capi et detineri. Si vero non denunciaverit aliquem, tunc ipsa communitas solvat predictam penam L librarum.

(1) Così Ioppi, B per errore: recusare!

(a) Anche di questa costituzione Ioppi credette che fosse stata annullata fra il 1398 ed il 1412; ma essa si trova nelle edizioni a stampa dell'epoca Veneta così in quella del 1565 r. 174.

LXX (CXVI). *De privatis personis minantibus personis recipientibus vel recipere volentibus mansos qui sunt pustota vel non pustota ad affictum.*

Constituimus quod si aliquis tante presumptionis extiterit quod minatus fuerit per se vel per alium alicui volenti accipere aliquem mansum ad affictum vel de ledendo ipsum in persona vel in bonis suis aut super dicto manso et hec probari possint per duos idoneos testes etiam feminei sexus, cadat in penam L librarum patriarchali curie applicandam pro qua pena possit personaliter capi et detineri. Et si post minas predictas offenderit predictum qui receperit mansum in persona cum sanguinis effusione vel aliqua offensione notabili cadat in penam C librarum applicandarum ut supra; sed si offenderit eum in bonis et super dicto manso, restituat ad altressum accepta, et nichilominus solvat libras L, nisi dampnum intulerit imponendo ignem in domum, quo caso et ipse incendio concremetur si capiatur. Si vero capi non possit perpetuo sit bannitus, nec aliquis eum recipere vel receptare audeat sub pena gratie d. patriarche.

LXXI (CXVII). *De massariis valentibus capi etiam si sint servi alterius.*

Constituimus quod si aliquis habet aliquem massarium qui sit servus alterius et qui sit sibi pro affictibus obligatus, illum capere valeat [ac] si esset liber, non obstante contradictione dominii cuius est servus .... ciat ad preterita.

LXXII (CXVIII). *De nato ex ventre libero pro libero reputando.*

Constituimus et ordinamus quod quicumque masculini aut femmini sexus natus fuerit ex matre libera, censeatur ac habeatur et reputetur liber etiamsi pater eius sit vel fuerit servus; quamvis etiam natus et nutritus fuerit et longo tempore steterit vel habitaverit super territorio domini patris sui vel super quo habitat pater eius. Quicumque vero natus fuerit ex ancilla seu muliere serva et de masnata, censeatur et sit servus eius cuius est mulier ex qua natus est etiam si pater eius sit liber et hoc habeat locum etiam in preteritis.

LXXIII (CXIX). *De communi servo manumisso.*

Constituimus quod si aliquis est servus communis duorum vel plurium dominorum et fuerit per unum ex dominis manumissis et liberatus censeatur integraliter liber, dum tamen alteri domino vel alteris dominis fuerit satisfactum de parte quam habet vel habent in dicto servo secundum communem extimationem taxandam arbitrio bonorum virorum et hoc habeat locum etiam in preteritis.

LXXIV (CXX). *De constitutionibus declarandis et novis dubiis super constitutionibus emergentibus.*

Quia nil adeo potest esse clarum et certum quin propter humane nature varietatem et ipsius machinatione inopinabiles ex ipsis emergentibus in dubium valeat revocari, et quia eciam non possunt omnes questiones et dubia in iudicio emergentia per constitutiones presentes terminari ac que de novo emergunt novo indigent auxilio; idcirco ad tollendum omnes lites, causas et questiones, obscuritates et dubia tam occasione constitutionum presentium quam alia occasione quacumque in iudicio vel extra emergentes vel emergentia: proinde duximus constituendum et ordinandum quod bis in annum singulis videlicet sex mensibus anni domini, de mense novembris et madii, quibus duobus mensibus homines ut plurimum non sunt propriis negotiis occupati, eligantur undecim prudentes circumspecti viri scientia et moribus illustrati in consilio generalis colloquii, quando solent per ipsum colloquium deputari: duo videlicet per d. patriarcham; unus a prelatis pro eisdem; duo a nobilibus pro ipsis; unus a civibus Aquilegensibus pro eis; duo a Civitate Austrie pro ipsis; duo ab Utinensibus pro eisdem et unus a Glemonensibus pro eis. Quibus plena

attribuatur potestas presentes constitutiones, si dubia aparerent, interpretari et declarare. Qui quidem XI viri sic electi duobus mensibus suprascriptis teneantur et debeant insimul convenire X vel saltem X[V] diebus et pluribus si eis videbitur expedire ad inter[pretandum et declaran]dum omnia dubia que emergerent super constitutionibus presentibus vel earum occasione ad addendum et minuendum ipsas ut pro eorum vel maiori parti, ipsorum discretioni (1), videbitur expedire. Officium autem predictorum sic electorum volumus per sex menses durare; quibus temporibus valeant et possint et teneantur quandocumque fuerint requisiti per d. patriarcham vel eius locumtenentem aut vicedominum regentem ecclesiam Aquilegensem, dubia in iudicio vel extra super predictis vel occasione premissorum incidentia vel emergentia declarare et terminare et novas constitutiones condere. Que declarationes, terminationes et constitutiones ad perpetuam rei memoriam redigantur in scriptis.

Explicit secunda pars constitutionum.

[hic incipit tertia pars constitutionum]

Constitutiones post primas, noviter edite pubblicate et approbate per coloquium generale celebratum in Sacilo sub anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, indictione quarta, die octavo mensis novembris.

I (CXXI). *De iis que acta sunt extra iudicium negandis vel confitendis.*

Constituimus et ordinamus quod si principalibus personis nominibus propriis aut aliis personis aliorum nomine cum mandatis sufficientibus in iudicio comparentibus et litigantibus ipsis personis vel mandatariis, actor vel reus vel aliquis ex litigantibus alleget vel proponat oretenus vel in scriptis aliqua, que dicat fuisse data, facta, promissa vel gesta extra iudicium; tunc sive sit actor sive sit reus qui illa proposuerit, statim pars contra quam proponitur teneatur illa confiteri, vel negare, clare et aperte, quantumcumque opponatur illa esse superflua vel impertinencia, non obstante quod secundario etiam ipsa pars, contra quam primo tunc et in illo termino in instanti propositum fuit, etiam alleget et proponat aliqua, que dicat fuisse dicta, facta, promissa vel gesta extra iudicium et petat (2) partem prius proponentem confiteri vel negari. Et facta dicta responsione prius propositis et allegatis negando vel confitendo ea tunc teneatur pars primo proponens etiam negare vel confiteri proposita et allegata secundario per partem adversam quandocumque opponatur esse superflua vel impertinentia. Ubi autem predicta fuerint negata per dictas partes vel aliquam ipsarum, intelligatur legiptime facta negatio absque aliqua elevatione manus; etiam si per partem adversam petitum fuerit elevari, sublata de cetero qualibet consuetudine in contrarium hactenus observata in iis extraiudicialibus et in iudicialibus negotiis, exceptis casibus, in quibus iuramenta testibus vel partibus deferuntur. Si vero unaqueque partium predictarum vel aliqua ipsarum [non confiteatur vel neget] proposita et allegata contra eam, sed taceat vel respondeat per alia verba, ex quibus et per que teneatur iudicium in pendenti, tunc pars ipsa taliter tenens iudicium in pendenti, interrogetur et requiratur per ius reddentem duabus vicibus, inter unam et reliquam interveniente aliquo modico intervallo, quod confiteatur vel neget allegata et proposita contra eam. Et tunc si confiteatur vel negaverit procedatur ulterius prout de iure fuerit procedendum. Si vero post prestitam binam interrogationem et requisitionem non responderit clare et aperte non confitendo vel negando allegata et proposita

(1) Ioppi meglio: prout eis vel maiori parti eorum ipsorumque discretioni. (2) A: petatur.

contra eam, et eius reddens dixerit parti alteri quod procedat, habeatur immediate absque alia sententia pro confessa et procedatur in causa perinde ac si clare et lucide confessa fuisset allegata et proposita contra eam; etiam si postquam ius reddens dixerit parti alteri quod procedat, velit negare proposita contra eam vel aliquid de eisdem; salvo tamen, isto casu, quod ubi predicta proponuntur et antequam pars confessa fuerit, vel reputata fuerit pro confessa, aliqua dictarum partium peteret inducias ad deliberandum, et iuret se non esse super illis propositis informatam; tunc detur sibi terminus sex dierum non computato die termini assignati ad deliberandum, et clare et aperte respondendum negando vel confitendo; vel alius brevior terminus secundum astantium sententiam, considerata facti qualitate ibidem statuendus. Adiicentes tamen et constituentes quod per predictas responsiones negative factas per aliquam partium predictarum non preiudicetur aliquibus exceptionibus, iuribus et defensionibus ipsi parti neganti competentibus, que illos possit negare, excipere, opponere et probare ut prius poterat ante responsionem prefatam. Et habeat locum etiam in pendentibus causis.

II (CXXII). *De negantibus acta in iudicio et nolentibus illa confiteri.*

Constituimus et ordinamus quod si actor vel reus proposuerit vel allegaverit aliquem terminum fuisset assignatum parti sue, vel parti adverse, aliquem processum factum vel aliquam sententiam latam pro se vel contra partem adversam in iudicio sive coram arbitris, seu arbitratoribus, presente parte contra quam proponitur et allegatur, teneatur clare et lucide negare statim, vel confiteri illud quod contra eum proponitur et allegatur; et si quidem fuerit confessa proposita vel allegata contra eam tunc ulterius procedatur, prout de iure fuerit procedendum. Si vero negaverit proposita vel aliquid de propositis contra eam, et illa vel illud que vel quod negaverit probentur vel probetur contra eam cadat ipsa pars que negaverit in penam constitutionis edite contra negantes acta curie et ultra penam illam, salvas expensas factas congrue vel promissas, fide facta de et super negatis per eam. Si autem pars proponens et allegans non probaverit proposita et allegata per eam, tunc ipsa pars proponens et allegans cadat in penam XL denariorum applicandorum parti adverse, que negaverit et ei illico solvendorum; quibus non solutis ulterius non audiatur sed procedatur in ipsa causa, ac si pars que ceciderit in penam et eam non solverit, fuerit absens et contumax. Si vero statim non confiteatur vel neget, ut superius dictum est, sed taceat vel respondeat per aliqua verba, que teneant iudicium in pendenti qualitercumque, etiam si dicat se velle habere consilium vel deliberare, tunc sublatis premissis et quibuscumque aliis subterfugiis et dilationibus, pars contra quam proponitur et allegatur interrogetur et requiratur per iusreddentem duabus vicibus, inter unam et aliam interveniente aliquo modico intervallo, quod confiteatur vel neget proposita et allegata contra eam. Et tunc si confiteatur vel negaverit procedatur ut superius dictum est. Si vero post prefatam binam interrogationem et requisitionem pars interrogata non responderit clare et aperte confitendo vel negando et iusreddens dixerit parti alteri quod procedat, habeatur, postquam iusreddens sic dixerit, post prefatam binam interrogationem et requisitionem, ipsa pars interrogata immediate absque aliqua sententia astantium pro confessa et procedatur in causa perinde ac si clare et lucide confessa fuisset allegata et proposita contra eam, etiam si postquam iusreddens dixerit parti alteri quod procedat, velit negare contra eam proposita et allegata aut aliquid de eisdem. Predicta tamen habeat locum, quando premissa que proponuntur et allegantur fuerunt in iudicio facta citra annum unum proxime precedentem diem, qua predicta proponuntur. Si vero illa que proponuntur et allegantur facta fuerint ante prefatum annum unum elapsum, tunc parti contra quam proponuntur et allegantur petenti terminum ad deliberandum, et iuranti se ignorare an sint vera proposita contra eam, detur vel assignetur terminus sex dierum, non computato die termini assignati, in quo termino vel infra quem terminum, presente alia parte vel

contumaciter absente teneatur precise confiteri vel negare clare et lucide contra eam proposita, ut superius est expressum, alioquin habeatur perinde ac si de illis omnibus contra eam propositis expressa confessio facta foret. Ubi autem ambe partes aliqua acta esse hinc inde proponant, que petantur hinc inde confiteri vel negare per dictas partes: tunc teneatur pars, contra quam tunc et in illo termino instanti primo fuerit propositum, prius negare vel confiteri et postea immediate teneatur pars, contra quam secondario est propositum, confiteri vel negare proposita et allegata secondario contra eam, sub forma ordine et penis premissis. Et habeat locum etiam in pendentibus causis.

III (CXXIII). *De terminis actori et reo datis peremptoriis ad conclusionem.*

Constitutioni superius situate sub rubricha de terminis ad probandum actori et reo limitatis addendo constituimus quod si transactis terminis ad probandum actori et reo secundum predictam constitutionem datis et limitatis, litigantes vel aliquis eorum infra tres vel quatuor dies utiles connumerandos a die expirati termini XX dierum reo assignati voluerint vel noluerint contra, infra terminos in dicta constitutione reo et actori assignatos, producta opposita vel excepta, aliqua de novo opponere excipere vel producere ad repelendum, probandum vel excludendum predicta vel eorum aliquid vel aliqua producta opposita vel excepta per litigantes vel aliquos eorum infra terminos proxime .... antur vel teneatur pars de novo volens producere opponere vel excipere aliqua de repulsione et exclusione predictorum ibidem statim declarare que et quallia sint illa que vellit producere opponere vel excipere. Et tunc si per astancium sentenciam fuerit terminatum quod sint talia que etiam si probarentur non repellerent vel reprobarent vel excluderent illa que opponuntur: nullus ulterior terminus asignetur sed intelligatur in causa exclusum; si vero per sententiam astantium terminatum fuerit quod sint talia que si probarentur repellerent vel excluderent illa contra que opponuntur et relevarent partem allegantem et proponentem tunc assignetur utrique parti terminus peremptorius sexdecim dierum ad proponendum et probandum quidquid voluerint tam super exceptis, replicatis et oppositis qualitercumque hinc et inde in dictis terminis in dicta constitutione contentis quam post lapsus dictorum terminorum super oppositis et declaratis et per sententiam astancium ad probandum admissis. Quibus terminis elapsis sit et reputetur in causa conclusum et ulterius non valleat per aliquam parcium produci vel probari aliqua in dicta causa, sed partibus petentibus vel aliqua ipsarum elligatur refferendarius unus in quo partes concordent et si de uno non concordent elligantur duo vel plures eguali numero pro qualibet parte qui predictorum et probatorum in iudicio relationes faciant. Qua relatione facta illico ad definitivam sententiam procedatur sive coram d. patriarcha, sive coram eius officialibus sentencia fuerit proferenda; addicientes quod termini statuendi ad opponendum replicandum triplicandum et quadruplicandum secundum formam aliarum constitutionum de materia ista loquencium non excedant terminos in presenti constitutione statutos.

IV (CXXIV). *De allegantibus terminos probationum non expirasse.*

Constituimus et ordinamus, quod si aliquis allegaverit vel opposuerit terminum vel terminos ad probandum vel ad aliquem aliam actum faciendum fore transactos et pars adversa contrarium affirmaverit et probaverit se esse infra terminum, quod probare teneatur, cadat allegans et proponens terminum fore transactum in penam XL denariorum parti adverse illico solvendorum, et solvat expensas factas pro dicta probatione facta; et in eadem pena cadat pars dicens terminum non fore transactum si apparuerit ipsum transactum fore. Que pena parti adverse ibidem persolvatur. Qua pena non soluta per illum qui in eam ceciderit, procedatur in eius contumacia perinde ac si foret absens et contumax.

V (CXXV). *De mandatis et actis iudicii non valentibus probari per testes.*

[Constituimus et ordinamus quod] mandata procuratorum, actorum, sindicorum, curatorum, tutorum et aliarum quarumcumque personarum nomine aliorum in iudicio intervenientium et legiptimationes ipsorum probari non possint per testes, sed per notam. Et quod acta in iudicio vel coram arbitris et arbitratoribus facta presente parte, vel contumaciter absente probari non possint per testes, nisi illa acta que quisque velit probare per testes, fuerint acta infra XX dies proxime precedentes diem, qua dicta probatio conceditur; quo casu concedatur probatio per testes, quam tamen probationem debeant facere infra terminum sex dierum non computata die allegate et concesse probationis. Et secundum predicta intelligatur restricta constitutio " de negantibus acta curie „ Et habeat locum in causis pendentibus.

VI (CXXVI). *De diebus non feriatis computandis in terminis actori vel reo limitatis ad probandum.*

Constituimus et ordinamus quod in terminis in constitutionibus limitatis ad probandum vel alium actum faciendum, computentur omnes dies quantumcumque feriati sint, exceptis diebus feriarum nativitatis et resurrectionis domini ac messium ac vindemiarum, excepto etiam si per guerram vel aliam necessitatem vel causam per iusreddentem fuerit causarum audientia suspensa vel facta prorogatio terminorum.

VII (CXXVII). *De instrumentis et aliis actis, quorum copia est decreta, in iudicio non legendis.*

Constituimus et ordinamus, quod quando est decreta copia in iudicio productorum vel aliquorum actorum et pars cui copia fuerit decreta petat in iudicio, quod illa instrumenta vel acta legantur, quod non audiatur, nec legantur instrumenta vel acta predicta, nisi pars voluerit contra dicta instrumenta vel acta aliquid opponere oretenus et ibidem in iudicio.

VIII (CXXVIII). *De actore seu reo expediendis secundum ordinem, secundum quem scripti sunt in cedula.*

Constituimus et ordinamus quod sive actor sive reus litigans qui sit descriptus in cedula in qua litigantes faciunt se describi, teneatur cum vocatus fuerit per iusreddentem, tunc cum secundum ordinem cedule ipsum tangit, procedere in termino suo: alioquin ad instantiam alterius partis eo invito procedi valeat per inde ac si foret absens et contumax, nisi procedat et procedi consentiat. Si vero neutra partium voluerit procedere, tunc intelligatur ille terminus circumductus et cassus et pro casso penitus habeatur pro illa die.

IX (CXXIX). *De reservatione consilii habendi.*

Constituimus et ordinamus quod si aliquis in iudicio, postquam partes ince-pe[rint litigare] petierit et dixerit se velle habere consilium audiatur et admittatur, dummodo antequam recedat de conspectu iudicii pro dicto consilio habendo, solvat salarium advocati partis adverse pro illo termino, tantum. Aliter autem in eius contumatia procedatur, si consilium habere voluerit ultra formam supradictam: et nichilominus teneatur iurare advocatus eius quod per malitiam non petit tale consilium; exceptis miserabilibus et evidenter egenis personis que possint habere consilium, etiam salario advocato partis adverse non soluto.

X (CXXX). *De depositione testium* (a).

Constituimus et ordinamus quod si examinandi fuerint testes in iudicio, sive extra, unus examinator eligatur et non plures per litigantes in causa, si de uno examinatore valeant concordare. Et si dicti litigantes de uno examinatore concordare non possint ius reddens eligat unum partibus non suspectum; que suspicio si per aliquam partem allegetur, per sententiam astantium definiatur utrum sit suspicionis causa. Et habeat dictus examinator si examinat extra iudicium frixacherios IV pro quolibet teste; et si dictus examinator extra terram sue habitationis conductus fuerit vel missus, pro testium examinatione fienda, habeat ultra expensas suas et equi frixacherios XX pro qualibet die, et ultra frixacherios IV pro teste quolibet ut prefertur. In copia vero danda pro dictis testium publicandis habeat pro dicto cuiuslibet testis frixacherios duos in sui recompensatione laboris.

XI (CXXXI). *De sententiis super futuris non proferendis* (b).

Constituimus et ordinamus quod ius reddens ad instantiam litigantium vel alicuius eorum non debeat petere a circumstantibus sententiari et definiri quid iuris super futuris contingentibus scilicet quod ex nunc petat quid iuris, si tali die non fecerit fidem de tali facto, vel si sic fiet, vel erit tali die quid iuris, et similium in quibus petatur aliquam definiri controversiam vel litem aliquam antequam orta fuerit inter partes; exceptis casibus in quibus propter contumaciam partis conceditur in futurum fieri in absentia partis.

XII (CXXXII). *De exceptionibus, oppositionibus et replicationibus oretenus fiendis, quando est decreta copia per viam informandi.*

Constituimus et ordinamus quod quando est decreta copia aliquorum productorum in iudicio per viam informandi tantum, sicut de consuetudine hactenus observata, sic etiam fieri de cetero. Constituimus de instrumentis productis ad probandum iura dominarum et de instrumentis, compromissis, actis et sententiis arbitrariis et coram arbitris seu arbitratoribus actitatis ac etiam de aliis actis iudicialibus et sententiis latis sive parte absente et non citata, sive parte absente et citata, sive presente, et sint elapsi annus et dies a die late sententie seu facti processus, de quibus copia petitur et terminus sit ad opponendum et excipiendum, opponens seu excipiens contra predicta seu aliquod predictorum opponat et excipiat ibidem in iudicio oretenus tantum aliquid opponere et excipere voluerit. Quibus oppositionibus et exceptionibus factis, si quidem placuerit parti contra quam opponitur et excipitur ibidem oretenus respondere et quod ibidem determinetur questio, tunc debeat ibidem determinari sine aliqua protelatione. Si autem placuerit parti contra quam oppositum et exceptum est, habere terminum ad replicandum contra opposita et excepta, tunc sibi statuatur terminus unus tanti temporis, quanti habuit pars que opposuit et excepit et in die termini replicare non possit nisi oretenus, sicut oretenus fuit oppositum et exceptum; et ulterius neutri partium aliquis terminus statuatur sed ad sententiam procedatur; hoc addito quod sive in termino ad opponendum et excipiendum sive in termino ad replicandum, in casibus suprascriptis exceptionis oppositiones et replicationes fiant oretenus prout dictum est. Si partes voluerint ultra unam exceptionem vel oppositionem facere vel contra ipsas replicare, teneantur et debeant exceptiones et replicationes facere quotquot volunt, antequam petatur per sententiam, dummodo non excedant quatuor et tunc petatur per sententiam super predictis exceptionibus, oppositionibus vel replicationibus propositis et factis. Et si post latam sententiam super ipsis oppositionibus, exceptionibus et replicationibus voluerint iterato dicte partes, vel aliqua earum alias denuo oppositiones, exceptiones vel replicationes facere, possit et valeat, teneatur et debeat, dummodo non ultra quatuor, opponere et replicare simili

(a) Si veda sopra la r. XXX.

(b) Si veda sopra la r. XLVII.

modo, ut supra expressum est, et iterum tertio simili modo; ita quod tribus vicibus possint opponere, excipere, replicare pro qualibet parte. Et predicta habeant locum quod possint tribus vicibus fieri oppositiones, exceptiones et replicationes in casu quo in qualibet vice de primis duabus vicibus fuerint facte pauciores quatuor oppositiones, exceptiones et replicationes. Si vero in aliqua vice fuerint facte non pauciores quatuor per aliquam dictarum partium, non audiatur ipsa pars ulterius opponere, excipere vel replicare volens.

XIII (CXXXIII). *De debentibus producere exceptiones, oppositiones seu replicationes in scriptis et non producentibus contra aliqua iura quorum copia est decreta per viam copiandi.*

Item constituimus et ordinamus quod quando aliquorum iurium in iudicio productorum est decreta copia per viam copiandi et in termino statuto ad opponendum et excipiendum, pars que opponere et excipere debet suas exceptiones et oppositiones in scriptis non produxerit, sed oretenus eas in iudicio proponat, petens alium terminum sibi assignari ad dictas exceptiones et oppositiones in scriptis reducendas nullus sibi terminus penitus statuatur, sed oretenus ibidem, si vult, eas proponat et proponere teneatur et debeat secundum modum et formam in constitutione proxime precedenti declaratos. Et si pars contra quam opponuntur dicte exceptiones et oppositiones voluerit ibidem oretenus respondere, audiatur et in causa procedatur et per sententiam super ipsis petatur. Si autem dicta pars, contra quam opponuntur dicte exceptiones, seu oppositiones ibidem noluerit oretenus respondere sed petierit terminum ad replicandum, tunc statuatur terminus tanti temporis, quanti habuit illa pars que opposuit seu excepit. Quo termino adveniente, sive replicationes producantur in scriptis sive oretenus proponantur, ulterius neutri partium aliquis terminus statuatur ad triplicandum vel quadruplicandum sed procedatur per ordinem secundum formam constitutionis proxime precedentis, quando copia est decreta per viam informandi.

XIV (CXXXIV). *De propositionibus et allegationibus bina vice tantummodo pro parte qualibet audiendis.*

Constituimus et ordinamus, quod quando litigantes comparent in termino eis vel alteri eorum statuto, declarato termino, et ad quem actum sibi fuerit statutus, que declaratio pro allegatione non reputetur, audiantur litigantes et eorum advocati proponentes et allegantes duabus vicibus pro qualibet parte et non ultra; sed quieto animo sileant, nec aliquid amplius allegent, postquam inceptum fuerit sententiari sub pena contenta in costitutione posita sub rubrica " de verbis redargutoriis et reprehensibilibus " (a).

XV (CXXXV). *De termino dato manutentori quod sufficiat citatio ad domum.*

Constituimus et ordinamus quod si aliquis intendit producere manutentorem suum, sibi ipsum facere citari per cedulam teneatur, que presentetur manutentori [personaliter] si haberi potest; alioquin sufficiat quod cedula dimittatur ad domum seu locum sue solite habitationis, vel alicui de familia existenti in loco seu in domo dicte habitationis seu prope.

XVI (CXXXVI). *De proferitione bonorum immobilium seu stabilium ad incantum fienda debitori per cedulam* (b).

Constitutionem que dicet " proferitionem pignorum fiendam per cedulam " declarantes constituimus quod debitor, cui fienda est proferitio per preconem

(a) Ved. rubr. XXXVII.

(b) Questa rubrica del cod. B corrisponde (salvo varianti nell' esordio) alla seconda parte della r. 76 dell' ed. IOPPI; nell' indice a pagina CLXXX, per errore, fu indicata la r. 66.

non fuerit inventus personaliter, si tunc ad domum sive locum habitationis eius alicui ex eius familiaribus seu habitatoribus domus vel in domo propinquiori quam possit, dicta cedula sit dimissa, dum tamen isto casu iterum fiat proferitio personaliter invento vel ad domum habitationis eius cedula proferitionis ut supra premittitur dimittatur, censeatur legiptima proferitio antedicta.

XVII (CXXXVII). *De spoliato etiam per sententiam obtentam, ipso non citato nec presente, restituendo contra spoliatorem etiam possessionem annuam allegantem.*

Constituimus et ordinamus quod si aliquis fuerit per annum et diem in pacifica possessione bonorum vel iurium aut rerum mobilium et ipso non citato vel presente alter illius ei..sdem rei possessionem apprehenderit etiam cum auctoritate dominii, et in ea possessione etiam per annum et diem pacifice steterit: et compareat ille qui asserat se per annum et diem pacifice possedisse antequam possideret ille, contra quem super possessionem querimoniam exponit, teneatur ipse, contra quem querimoniam super dicta possessione intendit exponere, citari facere cum tribus terminis rationabilibus, prout in causis ante (1) agitur de territorio est (2) observari consuetum, petendo quod relaxetur (3) possessio rei vel bonorum, de quorum possessione est questio. Et in superveniente tercio termino si citatus non comparuerit tunc in eius contumaciam facta fuerit fides per agentem quod habuerit possessionem (4) rerum vel bonorum de quorum possessione agitur, factaque etiam fide de terminis supradictis, de quibus si per sententiam astantium fuerit determinatum, plenam et ydoneam fidem fore factam, tunc immediate detur sibi nuncius ad inducendum ipsum in possessionem rerum vel bonorum de quibus agitur: post quam sententiam non audiatur citatus contra inductum in possessionem et in possessione manentem, nisi vellet contra eum agere super proprietate; quo casu agere debeat cum ordine consueto quando agitur de territorio. Si vero citatus in aliquo terminorum sibi datorum comparuerit, tunc si actor voluerit consentire reo volenti quod disputetur super proprietate et possessione, super utraque valeat disputari et utraque possit et valeat terminari secundum constitutiones causas territorii decidentes. Si vero ipse actor voluerit super possessione tantummodo disputari, tunc exclusa productione et probatione quorumlibet iurium facientium ad proprietatem, disputetur et definiatur solummodo super possessione, nisi ipse reus allegaret se in bonis vel rebus de quibus est quaestio ius aquisivisse a dicto actore seu petitore vel ab aliquo alio habente causum ab eo; quo casu disputari et determinari debeat quaestio tam super proprietate quam super possessione. Et etiam eo casu, quo, ut praemittitur, super possessione tantum sit (5) disputandum et dicendum, reserbata sint partibus et cuilibet ipsarum omnia iura que habent in proprietate rei vel bonorum de quibus est quaestio.

XVIII (CXXXVIII). *De notariorum salario recipiendo pro scripturis causarum.*

Constituimus et ordinamus, quod quilibet notarius deputatus ad officium curie d. patriarche seu eius vicarii pro quacumque cedula citatoria habeat unum frixacherium et tantundem de relatione et tantundem de fide fienda in iudicio pro termino dicte citationis. Pro singulis autem terminis recipere possit pro quolibet termino ab eo ad cuius instantiam datus est terminus, frixacherios duos vel soldos; et nichilominus pro omnibus scripturis reductis in quaterno possit recipere ab eo ad cuius instantiam est facta dicta scriptura, vel pro quo illa scriptura facit, frixacherios tres pro qualibet petia. Pro sententia definitiva in publicam formam redigenda recipere possit notarius a XII marchis infra superve dicte estimationis frixacherios XX. Si autem asendit ultra summam XII marcharum usque ad marchas XXV recipere possit frixacherios XXV; ab inde vero supra frixacherium unum pro marcha. Notarius vero qui ultra spon-

(1) Joppi: quando. (2) Joppi: et. (3) Joppi: retrahatur. (4) Qui Joppi intercala annuam, antequam ille a quo petitur tenuerit possessionem. (5) B: eciam forse per: est.

taneam voluntatem solvere debentis, ultra dicta salaria in suis extorserit casibus, restituat quod extorsit, et nichilominus cadat in penam medie marche, dominio, cui subest, applicande.

XIX (CXXXIX). *De salario notariorum ad ostendendum notas.*

Constituimus et ordinamus quod si aliquis notarius fuerit requisitus ostendere protocollum suum, per eum ad quem dignoscitur pertinere, teneatur et debeat eisdem ostendere protocollum per modo; videlicet quod si protocollum quod petitur dicatur esse scriptum per ipsum notarium a quo petitur, debeat dictus notarius sine aliqua solutione perquirere; quo invento ostendere debeat parti petenti pro VIII frixacherios. Si vero fuerit protocollum ex notis alterius notarii, tunc debeat habere pro requirendo et ostendendo denarios XVI. Quod si contrafecerit solvat nomine pene mediam marcham patriarchali curie applicandam.

XX (CXL). *De salario notariorum.*

Constituimus et ordinamus quod quilibet notarius debeat habere pro instrumento in publicam formam redacto emptionis non facte ad incantum a C libris infra XII frixacherios; a C libris supra unum frixacherium pro marcha et non ultra, nisi de spontanea voluntate ementis. Idem de contractu dotis, morgingabii et dismontadurarum. Idem de contractu cuiuslibet donationis. Idem de contractibus cessionis, locationis, permutationis, societatis, depositi. Idem de instrumento compromissi, seu arbitrii et sententiis eorum vigore latis. De instrumentis vero contractus mutui, finis et remissionis et relationis facte de rebus venditis ad incantum a centum libris infra habeat VI frixacherios: ab inde vero supra VII parvulos pro marcha et non ultra nisi fuerit de spontanea voluntate contrahentium. Pro instrumentis vero procuratorie seu actorie frixacherios XII. Pro instrumentis tutele, sindicatus, curatorie, factorie solvantur frixacherii XII et non ultra, invito petente aliquod de huiusmodi instrumentis. Pro testamento vero solvat heres frixacherium unum pro qualibet marcha, facta estimatione hereditatis, deductis debitis et legatis ed aliis quibuscumque hereditatis oneribus. Pro legatis vero solvatur frixacherius unus pro marcha qualibet. Et si fuerit minus legatum una marcha, solvantur pro particula legati ad minus frixacherii XI. Pro inventario autem facto causa hereditatis, que aditur cum beneficio, vel facto pro tutore a XX marchis citra, habeat frixacherium unum pro marcha; ab inde vero supra non solvantur ultra frixacherii XL pro toto inventario antedicto. Notarius vero qui ultra predicta pretia que ipsi in suis casibus ultra spontaneam voluntatem debent solvi, extorserit, extorta restituat et in penam medie marche cadat, solvende dominio cui subest notarius, qui extorsionem fecerit inscriptam.

XXI (CXLI). *De salario referendariorum.*

Constituimus et ordinamus quod quando iura partium committuntur uni vel [pluri]bus refferendariis in iudicio referenda, statim facta commissione, ius reddens cum consilio astantium, habito respectu ad quantitatem cause et considerationе ad laborem quem in providendis et recitandis partium iuribus est dictus referendarius subiturus, taxet salarium referendarii vel referendariorum; qua taxatione facta mandet fieri per partes depositum dicti salarii penes aliquem bonum virum infra tempus relationis fiende; quod depositum illico per depositarium post relationem factam ipsi referendario vel referendarius impendatur.

XXII (CXLII). *De apprehensione hereditatis cum beneficio inventarii.*

Cum fraudes in aditione hereditatum cum beneficio inventarii et confectione ipsius inventarii committantur, illis obviare volentes constituimus et ordinamus quod si quis vel si qua voluerit adire aut acceptare aliquam hereditatem aut

hereditati se immiscere cum beneficio inventarii, hoc facere non possit nisi coram dominio cui subiciebatur et subiectus erat defunctus, de cuius bonis vel hereditate agitur; sed predictus volens adire, acceptare vel se immiscere cum beneficio inventarii, teneatur et possit coram dicto dominio, laudo et sententia mediantibus, eamdem hereditatem adire, vel ei se immiscere infra spatium XX dierum a die mortis defuncti exclusive; et tunc ibidem statim postquam adiverit, acceptaverit ve se immiscuerit hereditati deputetur de voluntate dominii et ipsius se immiscentis seu acceptantis, vel adeuntis unus idoneus notarius et sufficiens qui conficiat et scribat inventarium de bonis hereditatis de qua agitur; et prestet dictus acceptans, adiens vel se immiscens ibidem sacramentum, quod omni dolo vel fraude remotis fideliter, scribi et poni faciet in inventario omnia et singula bona hereditaria tam mobilia quam immobilia, iura et actiones, debita et credita spectantes ad hereditatem. Quod quidem inventarius teneatur heres inchoare, mediare et finire et publicare infra terminum XXX dierum post acceptationem numerandorum exclusive, teneaturque predictus heres octo diebus ante publicationem inventarii preconizari, seu proclamari facere publice et alta voce quod omnes creditores et legatarii et quicumque quorum interest, compareant diebus, loco et hora in quibus fienda est publicatio coram dominio, coram quo est facta acceptatio. Prefatis vero non observatis per dictum heredem, vel aliquibus bonis ponendis in inventario per ipsum heredem, dolo vel fraude vel evidenti negligentia in inventario non positis, sed omissis, confectio inventarii ei penitus nihil prosit, qui ymo teneatur omnibus creditoribus et legatariis perinde ac si hereditatem sine beneficio inventarii acceptasset.

XXIII (CXLIII). *De iis qui petunt se poni in possessione aliquarum rerum vel bonorum alicuius defuncti.*

Constituimus et ordinamus quod si quis comparuerit coram dominio et petat se poni in possessione aliquarum rerum seu bonorum: si quidem eligat se heredem illius de cuius bonis sit mentio et ibidem probat per instrumentum continens testamentum vel per legiptimum numerum testium, scilicet septem testium, se heredem legiptime, et nullus appareat ibidem contradictor, tunc statim detur sibi nuncius ad ponendum eum in possessione dictorum bonorum, in quorum possessione vel quasi erat defunctus tempore mortis sue salvo iure uniuscuiusque persone. Si vero ibidem non probaverit se legiptimum heredem, non detur sibi nuncius, donec legiptimam probationem fecerit de eo quod allegavit; et hoc quando allegat se heredem per testamentum. Si vero asserat (1) se heredem ab intestato, tunc servetur isto modus quod fiat publica proclamatio in platea loci ubi solebat habitare ille cuius erant bona, de quibus sit mentio, et coram loco solite habitationis ipsius in hac forma per cedulam que affixa remaneat super platea infrascripta: « Noverint universi, quod talis persona petiit coram dominio se poni in possessione rerum et bonorum que fuerunt olim talis defuncti tamquam proximior ab intestato. Quapropter si quis credit ius habere in dictis bonis, seu vult contradicere quod non ponatur in possessione predicta, compareat coram dominio infra XV dies ad dicendum et allegandum causam quare contradicere vult quod non ponatur in possessione; alioquin ponetur in possessione salvo iure cuiuslibet persone „. Quod si nullus comparuerit contradictor, tunc transactis dictis XV diebus ponatur in possessione dictorum, salvo semper iure uniuscuiusque persone super proprietate; tamen facta fide de proclamatione predicta et cedule affixione. Qui sic positus in possessione teneatur in dicta possessione contra omnes personas exceptis pupillis et aliis personis existentibus extra patriam tempore XV dierum suprascriptorum, et exceptis his qui postea comparent allegantes se heredes ex testamento; quo casu infra annum inde a die quo primo fuit positus in posses-

(1) B: abserat.

sione connumerandum, admittantur tales suprascripte persone ad petendum possessionem dictorum bonorum, non obstante possessione primi positi in possessione per sententiam. Et isto casu talis possessio per sententiam obtenta, per primum qui petit et eidem assignata non prosit nec noceat ipsi qui eam obtinuit, nec predictis absentibus, pupillis aut heredibus testamentariis sed novo discutiatur, quis debeat poni in possessione dictorum bonorum, perinde ac si ab initio nunquam fuisset assignata possessio alicui dictarum partium. Interim autem, donec fuerit determinatum quis debeat poni in possessione bonorum de quibus est questio, eligatur per partes persona aliqua, penes quam possessio dictorum bonorum remaneat, donec fuerit definitum quis eorum habere debeat possessionem dictorum bonorum seu partes habeant materiam rixandi. Quod si de una persona concordari non possint partes predicte, tunc eligatur per dominium persona aliqua non suspecta (que suspicio et causa suspicionis per sententiam approbetur, vel reprobetur alicui parti) penes quam et ad cuius gubernationem bona remaneant, donec fuerit determinatum, ut supra, sumptibus et expensis hereditatis et bonorum de quibus contenditur (a).

CCXXVII.

Udine, [1366], 16 Novembre. — *Proposta fatta da Francesco di Savorgnano al parlamento di trovar danaro per le ambascerie da mandarsi al pontefice, giusta le deliberazioni del parlamento.*

MSS. A *Annales civitatis Utini* to. IV nell'archivio comunale presso la biblioteca civica. EDD. inedito. TESTO da A.

Die lune XVI novembris. Super propositione per d. Franciscum militem de Savorgnano de inveniendis pecuniis pro ambaxiatoribus destinandis per dominum nostrum ad Romanam curiam, prout in colloquio convocato pridie in Sacilo ordinatum et deliberatum fuit, nec non circa reparationem terre, salariatorum provisorum per commune, aliarumque ambaxiatarum occurrentium continue et aliarum expensarum que de necessitate fieri debent.

CCXXVIII.

Udine, 1367, 8 Agosto. — *Dinanzi al parlamento, i capitoli di Aquileia e di Cividale ed il monastero maggiore di Cividale protestano contro l'imposizione della milizia ed Andelpretto procuratore di Giacomo q. Ermanno di Cividale presenta un'appello* (b).

MSS. A manca. B c. nel cod. diplomatico Frangipane da cui c. nella racc. Bianchi n. 4541. EDD. inedito. TESTO da B.

MCCCLXVII indictione V, die dominico octavo augusti in Utino in sala inferiori patriarchalis palatii. Presentibus nobilibus viris, dd. Biachino milite de Pratta, Francisco milite de Savorgnano, Simone milite de Valvasono, Nicu-

(a) Qui finisce il testo della terza parte delle costituzioni. La prima parte delle *additiones* che correggono varie costituzioni, si troverà alla data: maggio 1368, la seconda parte al 1380. (per queste date v. prefazione p. CLXXXI).

(b) TRAVERSA, *op. cit.*, p. 114 n. 5 mette in dubbio la genuinità di questo documento, ma senza motivi attendibili. Io non esito a collocarlo nella raccolta come genuino.

Iussio de Villalta, Simone de Cucanea, Rizardo de Strasoldo, Doymo de Castello, Meynardo de Villalta, Philippo de Portis de Civitate, Nicolussio Varbitti de Utino, Iacobo de la Porta licentiato in iure civili, et Henrico de Glemona testibus, et aliis pluribus in multitudine copiosa. Coram reverendissimo in Christo patre et dd. Marquardo dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha dignissimo et aliis dominis franchis, nobilibus, diesmannis et civibus ecclesie Aquilegensis subiectis ad colloquium ut moris est specialiter congregatis et convocatis. Venerabilis vir d. Matheus de Motio canonicus Aquilegensis et nuntius capituli Aquilegensis dixit et protestatus fuit, quod suo, ac vice et nomine capituli Aquilegensis non consentit, nec consentire intendit alicui impositioni militie, cum seculares nihil habeant capitulo ipso imponere, etiam quia ipsum capitulum sententialiter est exemptum ab omni onere militie. Item etiam quia numquam ipsum capitulum aliquam fecit militiam.

Protestatio capituli Civitatensi facta in colloquio generali. Item dicto die, loco et testibus. Venerabilis et circumspectus vir d. Ottobonus de Ceneta decanus suo, ac vice et nomine dd. canonicorum et capituli Civitatensis dixit et protestatus fuit quod non consentit, nec consentire intendit alicui impositioni militie in dampnum et preiudicium capituli Civitatensis, cum capitulum ipsum ad aliquam militiam non teneatur, nec unquam aliquam fecerit militiam, nec layci aliquid habeant mandare seu imponere clericis etc.

Protestatio maioris monasterii Civitatensis.

Nota quod Andalprettus notarius de Civitate debet ipsam protestationem scribere, quia ego Nicolaus notarius tamquam sindicus conventus ipsius monasterii protestatus fui prout predictus d. decanus protestatus fuit, nomine capituli Civitatensis, de verbo ad verbum.

Protestatio Andalpretti procuratoris Iacobi q. Hermanni.

Item dicto die, loco et testibus. Ibidem Andalprettus notarius de Civitate tamquam procurator, ut asserit Iacobi q. Hermanni de Civitate presentavit quamdam appellationem interpositam ad colloquium generale in questione cum Marcucio becario de Civitate protestans quod pro eo non deficit procedere et prosequi ipsam appellationem: ubi quidem dictum fuit quod determinentur appellationes in consilio colloqui generalis etc. Qui Andalprettus protestatus fuit quod non intendit quod consilium colloquii determinet huiusmodi appellationem.

CCXXIX.

Udine, 1367, 26 Ottobre. — *Il decano del capitolo di Cividale invia notizie al vescovo Guido di Concordia intorno al reclamo presentato al parlamento da Vicardo di Prampero contro la citazione fatta ad istanza del vescovo stesso dinanzi al legato apostolico per il castello di Cusano.*

MSS. A or. cart. col sigillo nel vol. 262 dell'archivio vescovile di Portogruaro. EDD. DEGANI, *Monografie friulane*, S. Vito 1888, p. 189 n. XXXI. TESTO dal DEGANI.

Reverendissime pater. Pridie erravi scribendo vobis die tercia mensis septembris proxime preteriti quod Mathiusius de Prampergo fuerat conquestus in publico parlamento die prima mensis septembris in Utino celebrato, de citatione facta ad instantiam vestri coram d. Legato ut apostolice sedis comissario supra facto Cusani, quia non fuit ipse sed Vicardus et licet tunc erraverim in nominibus personarum scribendo unum pro alio, tamen ut possem vobis scribere veram et puram veritatem fui die XXV dicti mensis in Utino et volui me informare ad plenum et inveni quod ille qui dicta die prima fuit conquestus vocatur Vicardus, et non solum a complurimis qui fuerunt in parlamento sed etiam ab advocato suo qui proposuit querelam pro ipso Vicardo in dicto parlamento, videlicet a Nicolao de le Done hoc habui et idem per omnia habui hodie in dicta terra Utini, et ita vobis assertive et pro omnimoda veritate sub

bullitino meo supradicta die XXV septembris propria manu scripsi quod et nunc etiam propria manu et sub testimonio sigilli mei a foris pro veritate omnimoda scribo, ex quibus concludo ut tunc, quod non est necessaria alia citatio.

Data Utini die XX mensis octobris, V indictione. Ottobonus de Ceneta Civitatis Austrie decanus.

A tergo.

Reverendissimo in Christo patri et dd. G[uidoni] dei et apostolice sedis gratia episcopo dignissimo Concordiensi (1).

CCXXX.

Udine, 1367, 18 Dicembre. — *Il patriarca Marquardo nomina un vicedomino perchè regga lo stato durante la sua assenza dal Friuli, dandogli, fra gli altri poteri, quello di convocare il parlamento.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Bianchi 4545 da c. nella racc. Pirona. EDD. CARLI, *Antichità italiche*, Appendice p. 225 dalle note di Iacopo q. Torre di Cividale allora esistenti nell'Archivio di Udine. TESTO da B e dal CARLI.

Marquardus dei gratia sancte sedis Aquileiensis patriarcha dilectis nobis universis et singulis prelatis, nobilibus, ministerialibus et universis ac aliis quibuslibet nostris Aquilegensis ecclesie fidelibus et subditis cuiuscumque status gradus et condictionis existant salutem et gratiam nostram. Congruum imo necessarium fore conspicimus, ut ubi actualiter nostram nequimus exibere presentiam pro nostrorum gubernatione et conservationem fidelium, de tali loco nos provideamus personam cum eaque de oneribus nostris incumbentibus humeris partiamur, quae virtute et circumspectione polleat in agendis. Cum igitur pro nonnullis arduis et urgentibus causis, ad partes marchionatus nostri Histriae decreverimus in persona propria brevius nos transferre, nos de virtuose circumspectionis, industrie ac prompte fidelitatis constantia nobilis militis Francisci de Savorgnano fidelis nostri carissimi specialem non immerito gerentes fiduciam, eundem Franciscum ad regimen et gubernationem nostram et totius patrie nostre Aquilegensis preelegimus et precipue deputavimus eumque fecimus, ac tenore praesentium facimus et constituimus nostrum locumtenentem et vicedominum generalem sibi regendi mandandi, gubernandi, generale colloquium patrie et ipsius consilium semel et pluries convocandi et congregandi, et in eis, que statum nostrum, ecclesie nostre et patrie respexerint narrandi et proponendi, terminationem seu terminationes dictorum colloquii et consilii quaslibet audiendi seu committendi, sententias quaslibet executioni debite mandandi, condemnandi et absolvendi ac puniendi et generaliter omnia et singula in premissis et premissorum qualibet faciendi et liberaliter exercendi, disponendi et ordinandi, que nos ipsi facere possemus si nostra adesset presentia; auctoritatem, facultatem et potestatem plenariam concedentes, super quibus omnibus et quibuscumque aliis hic non expressis ad officium vicedominatus, huiusmodique gubernatione et regimine pertinentibus in ipsum Franciscum transferimus totaliter vices nostras, donec eas ad nos duxerimus revocandas; mandamus igitur vobis omnibus et singulis nec non cunctis officialibus nostris sub obtentu nostre gratie, penaque et penis aliis nostre potestatis arbitrio infligendis harum tenore distincte quatenus eidem Francisco tamquam vero vicedomino nostro et rectori in premissis et hiis omnibus que ad dicti vicedominatus spectant officium ut prefertur pareatis et obediatis fideliter tamquam nobis, alioquin penas et sententias quas rite tulerit in rebelles habebimus ratas

(1) A tergo trovasi pure l'annotazione: recepte die IX novembris in S. Quirico quod noticia citationis pervenit ad Vicardum.

et gratas, et faciemus eas, auctore deo, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, decernentes ex nunc omnia et acta, gesta, seu quomodolibet ordinata extiterit executioni mandari et obtinere perpetuam roboris firmitatem, ac si per nos seu coram nobis facta forent, harum sub nostri appensione sigilli testimonio. Datum in nostro palatio Utini, die decimo octavo decembris, anno domini millesimo tricentesimo sexagesimo septimo indictione quinta.

CCXXXI.

Udine, 1368, 25 Aprile. — *Il consiglio del comune di Udine delibera d'inviare i suoi rappresentanti al parlamento che si terrà in Aviano.*

MSS. A Annales Civitatis Utini to. IV f. 329 nell'archivio comunale presso la Biblioteca civica di Udine. EDD. Ioppi, *Constitutiones*, doc. XXIX con data 5 maggio. TESTO da A.

Super propositis de colloquio celebrando in Aviano deliberatum fuit quod mittantur ex parte communis aliqui ad dictum colloquium celebrandum in Aviano ut alias de more est et electi fuerunt ad illuc eundum ser Missius de Remanzacho, d. Franciscus de Savorgnano et ser Hector notarius. Miulitus.

CCXXXII.

Udine, 1368, 29 Aprile. — *Il patriarca invita il capitolo Aquileiese ed i membri del parlamento a confermare singolarmente con lettere munite del lor sigillo i patti conclusi coll'assenso del parlamento col comune di Cividale per il ricupero di Tolmino.*

MSS. A or. cartaceo nel vol. LXXIV, 4 della collez. Concina a S. Daniele. EDD. Ioppi, *Documenti Goriziani* n. CCLXVII da A. TESTO da A.

Marquardus dei gratia Aquilegensis sedis patriarcha. Dilectis in Christo filiis.... decano et capitulo nostre ecclesie Aquilegensis nec non universis prelatis, nobilibus, comunitatibus nostris et ecclesie nostre fidelibus dilectis gratiam nostram et omen. Dudum pro statu et conservacione nostra et nostre ecclesie Aquilegensis pacta contraximus cum fidelibus nostris...... provisoribus, consilio et comune nostre Civitatis Austrie pro redemptione castri, curie et contrate Tulmini (a), que in nostro generali parlamento edito et celebrato supra hiis plene legi audivistis et deinde per omnes nemine discrepante ut fructifera confirmari. Quia vero ad roborandam confirmationem eorum singuli carebant ibidem notariis et sigillis, iuxta eis promissa per nos et dictum colloquium vos omnes idcirco et vestrum singulos requirimus et hortamur attente quatenus confirmationes ipsas ipsis pactis vestris sigillis munitas cum omnibus que pro securitate dictorum pactorum expedire videritis, nostri consideratione sine difficultatibus apponatis.

Datum in castro nostro Utini die XXIX. aprilis, indictione sexta.

(a) Tolmino nell'alta valle dell'Isonzo, era caduto già da molto tempo nelle mani del conte di Gorizia contro il quale invano lo rivendicò Ludovico della Torre. Al patriarca Marquardo riuscì di ricuperarlo mercè l'esborso d'una forte somma di danaro e per rifarsi della spesa lo diede in affitto per sei anni al comune di Cividale; ved. il successivo n. CCLXXXII.

CCXXXIII.

Aviano, 1368, ... Maggio. — *Aggiunte e correzioni alle " constitutiones patrie Foriiulii " deliberate dal parlamento.*

MSS. A manca. B cod. dell'Archivio notarile di Udine, Documenti antichi n. 144 come al n. CCXXIV, da fol. 32 r. a 37 v. EDD. in parte inedite, in parte edite da Joppi, *Constitutiones* ma incorporate nelle costituzioni: ved. prefazione a questo volume p. CLXXXI. TESTO da B.

Additiones super veteribus constitutionibus et cetere alie nove constitutiones edite et firmate in castro Aviani.

Additio I. *De feriis et festivitatibus* (a).

Corrigendo et reformando constitutionem proxime scriptam, constituimus et ordinamus quod propter vindemias quinque diebus tantum ante festum S. Michaelis et ipsi constitutioni addentes, constituimus quod quindecim diebus post dictum festum S. Michaelis cesset iudicialis ordo predictus; ceteris autem in dicta constitutione contentis in sua remanentibus firmitate.

Additio II. *De potestate vicarii* (b).

Addentes proxime constitutioni constituimus et ordinamus quod pars contumax ita demum teneatur ad penam et expensas in dicta costitutione contentis ac si pars presens et procedens contra eam fidem fecerit de termino et aliis de quibus sententia eum ibidem oneraverit ad suam intentionem fundandam.

Additio III. *Quod nullus advocatus patrocinari audeat parti adverse* (c).

Addentes proxime constitutioni ordinamus et constituimus quod si contencio esset inter partes, que ipsarum partium prius advocatum pro quo fit contentio, informaverit, de hoc stetur iuramento dicti advocati qui sub pena XL den. curie applicandorum compellatur iurare, et suo sacramento declarare partem, que eum primitus informaverit.

Additio IV. *De delationibus dandis propter absentiam advocatorum* (d).

Constituimus et ordinamus, ut dilationes que propter advocatos habendos, ut plurimum peti contingunt, in quantum possumus, refrenemus quod si aliquis petat dilationem pro advocato suo habendo, qui ibi fuerit illa die hora causarum in iudicio, quod talis dilatio sibi non detur, quamvis eius advocatus ibidem se absentet nisi iustissimo impedimento interveniente, approbando per sententiam astancium, appareret dictam dilationem dandam, que tamen non detur, si alias habuerit tres dilationes ob illam causam secundam formam alterius constitutionis.

Additio V. *De verbis redargutoriis vel reprehensibilibus per advocatos non dicendis contra sentenciantes* (e).

Constitutionem proxime scriptam reformando declarantes, et illi addentes constituimus et ordinamus quod factis bina vice allegationibus per advocatos partium, mandet d. patriarcha, seu eius vicarius, vel officialis advocatis, quod sedeant, et sileant ipsi et litigantes: quo mandato facto teneantur statim advo-

(a) Alla costituzione I della prima parte.
(b) Alla costituzione III della prima parte.
(c) Alla costituzione IV della prima parte.
(d) Alla costituzione V della prima parte.
(e) Alla costituzione VI della prima parte.

cati sedere ipsi et litigantes silere; nec possint vel debeant aliquid in allegando dicere vel supplere, nec sentencias adstantium verbo vel facto interrumpere vel impedire, nec advocati habitantes in terra, ubi iudicium redditur, a iudicio audeant recedere sine licentia auditoris, donec tunc iudicium duraverit. Si quis vero contrafecerit cadat in penam XX den. applicandam hospitali S. Marie Magdalene in terra Utini, si ibi fuerit iudicium, et si fuerit in alio loco iudicium, applicetur dicta pena alteri magis egenti hospitali, pena XL den. contra dicentes verba iniuriosa, vel redargutoria contenta in proxima constitutione in suo robore permanente et applicanda etiam hospitali, ut supra dictum est. Si autem aliquis in dictas penas vel aliquam ipsarum inciderit, non audiatur in iudicio in dicta causa, vel aliis, donec predictam penam integre persolverit dominio vel cui dominium eam commiserit exigendam et dandam ut superius est expressum.

Additio VI. *De notariis scribere debentibus notas eorum in quaterno eorum ligato, continente saltem quadraginta cartulas; et de penis contrafacientium* (a).

Ut constitutio proxima precedens per notarios melius observetur, constituimus et ordinamus, quod omnes notarii teneantur et debeant eorum notas, sive imbreviaturas in quaterno scribere ad dictas imbreviaturas scribendas apto et ligato seu quaternato et habente seu continente saltem quadraginta cartulas. Si quis vero contrafecerit scribendo in cedulis, seu in cartulis non quaternatis numero quadraginta cádat in penam XL den. applicandam dominio sub quo notarius ille residet. Et si postea producat in iudicio notam non scriptam in quaterno, ut premittitur, cadat in penam medie marche applicandam dominio coram quo producetur.

Additio VII. *De negantibus personas fore legiptimatas in iudicio* (b).

Constitutionem proximam reformantes constituimus quod notarius cause, apud quem producitur aliquod mandatum, teneatur et debeat in actis cause scribere nomina omnium mandatorum in mandato cuiuscumque generis producto contentorum et utrum sit vel fuerit specialiter ad causam vel generaliter constitutus, vel constituti, ac etiam millesimum annum et diem facti dicti mandati et nomen notarii qui compilavit et publicavit dictum mandatum et nomen constituentis, ac etiam si legiptimatum est dictum mandatum et quod legiptimato uno de mandatariis in instrumento mandati contentis, intelligantur omnes alii mandatarii in eodem contenti legiptimati, nisi aliqua exceptione legiptima opposita contra personam alicuius ex mandatariis repelletur per sententiam astancium, et ipse legiptimationi scripte in actis, ut prefertur, adhibeatur plena fides etiam si mandatum non producatur.

Additio VIII. *De tutoribus dandis pupillis ad petitionem cuiuscumque petentis et recordantis.*

Quia plerumque propter carenciam tutorum res et bona pupillorum negliguntur et dissipantur ac etiam creditores pupillorum sepe frustrantur, ex eo quod non habent personam legiptimam ad conveniendum pro credito suo, constituimus et ordinamus, quod si aliqua persona pietatis intuitu, seu quia agere intendat contra aliquem pupillum carentem tutore, petierit eidem pupillo de tutore idoneo provideri, teneatur et debeat d. patriarcha et eius vicarius, aut officialis, coram quo predicta petuntur ex debito sui officii eidem pupillo de idoneo tutore providere; videlicet inquirendo de proximioribus dicti pupilli ex linea paterna si possint reperiri idonei; quibus deficientibus ex linea materna, vel duo ex utraque parte, si videbitur astantibus, tutores deputentur; quibus deficientibus alius extraneus compellatur tutelam subire. Et si quidem nominatus

(a) Alla costituzione XIII della prima parte.

(b) Alla costituzione XVII della prima parte.

in tutorem et citatus personaliter vel ad domum bis in spatio octo dierum pro qualibet citatione, non venerit ad acceptandum tutelam, vel ad se excusandum, quod ulterius non audiatur excusans sed procedatur ad compulsionem contra ipsum ut tutelam suscipiat sub pena et penis, prout videbitur astantibus, pignoribus captis et venditis usque in infinitum. Si vero comparuerit ad iudicium et aliquas excusationes fecerit pro dicta tutela evitanda, et per sententiam sue excusationes sint reiecte, tunc compellatur tutelam subire cum pena et penis prout superius est expressum.

ADDITIO IX. *De curatore dando hereditati seu aliis bonis vacantibus seu iacentibus.*

Constituimus et ordinamus quod si contingat aliquam hereditatem, seu bona aliqua esse iacentia, petentibus creditoribus vel aliis quorum interest, debeat dari curator ipsis bonis idoneus et sufficiens, qui teneatur facere inventarium a die sue creationis usque ad XV dies facta incontinenti publica proclamatione in loco solite habitationis defuncti, cuius bona erant. Quod si aliquis vult interesse confectioni dicti inventarii debeat talibus diebus certis esse ad videndum dictum inventarium confici. Quod inventarium teneatur publicare in iudicio infra dictos dies; et nisi modo et forma predictis inventarium confecerit, cum eo procedi sicut procedi possit contra tutores non conficientes inventarium.

ADDITIO X. *De citationibus rubrica* (a).

Constitutionem supradictam sub rubrica de citationibus editam in infrascriptis casibus locis et membris et particulis reformantes et corregentes et de novo constituentes, verba illa primo loco posita in dicta constitutione tollimus et cassamus loco quorum ponimus et posita esse volumus verba hec videlicet: ad certam diem, ultra terminum X dierum. Item verba illa secundo loco posita similiter cassamus et anullamus et loco illorum ponimus et posita esse vollumus verba hec scilicet: ad certum diem ultra spacium X dierum. Item verba illa in tercio loco dicte constitutioni posita similiter tollimus et cassamus loco quorum ponimus et posita esse volumus verba hec videlicet: ad certam diem citetur ultra terminum XV dierum computandorum a die presentationis seu proclamationis dimissionis dicte cedule et illo die non computato. Item verba illa in dicta constitutione quarto loco posita similiter tollimus et cassamus loco quorum ponimus et posita esse volumus verba hec videlicet: sufficiat si citetur ad certam diem ultra X dies computandus ut supra. Item ad evitandum cavillationes que possunt contingere declaramus a dicta constitutione de citationibus fuisse et esse exceptatas citationes que fiunt pro debitis instrumentorum convinctionum depositorum sentenciarum arbitrariarum exforciorum nec non citationes manutentorum ac etiam citationes que fiunt pro iuribus dominarum in quibus casibus observari vollumus modum et ordinem in aliis constitutionibus super illis casibus editis limitatis non obstantibus forma dicte constitutionis de citationibus et in eadem contentis.

ADDITIO XI. *De terminis et modo procedendi in causa territorii et manutentoribus contumacibus* (b).

Constitutionem olim editam situatam sub predicta rubrica penitus abolentes et tollentes ac cassantes constituimus et ordinamus quod si aliqua persona vel comunitas citata fuerit in causa territorii et super bonis immobilibus et non comparuerit in tertio termino vel in aliquo aliorum duorum terminorum precedentium, aut si comparuerit et voluerit in causa procedere, tunc post dictos tres terminos et in ipso tertio termino superveniente limitetur per dominium terminus XV dierum computandorum a die limitationis facte et ipsa die exclusa,

(a) Alla costituz. XXIII della prima parte.

(b) Alla costituz. XXV della prima parte.

ad producendum omnia iura sua que habet et ad probandum quicquid voluerit super et pro sua intentione fundando super petitis per eum expressis in cedula prime citationis. Infra quem terminum si ipse actor voluerit aliqua producere, possit et valeat semel et pluries producere quibuscumque diebus iuridicis et utilibus, infra tamen terminum XV dierum; sed teneatur et debeat ipse actor facere citare reum personaliter, vel ad domum ad diem, vel dies, qua vel quibus voluerit ipse actor aliqua sua iura producere, vel aliquid probare; ita tamen quod per unicam cedulam non possit eum citare ad plures dies ad videndum et audiendum produci iura et probationes que ipse actor voluerit producere. Et sufficiat quelibet citatio facta personaliter, vel ad domum; in quo vel quibus terminis, reo presente, vel absente possit actor quecumque iura producere. Sed ipso reo citato personaliter vel ad domum non comparente in aliquibus terminis sibi, ut premittitur, statutis per actorem, ulterius non audiatur ad aliquam probationem, vel defensionem faciendam, sed intelligatur totaliter conclusum in causa, nisi ipse reus infra dictum terminum XV dierum etiam citari fecerit actorem ut infra subiicitur. Si vero ipse reus infra dictum terminum XV dierum nullatenus comparuerit, tunc possit, elapso tamen termino dictorum XV dierum et limitato, ut supra facere citari reum ad definitivam sententiam audiendam coram persona d. patriarche, vel eius cui commiserit, si d. patriarcha propter aliquas occupationes, quas diceret vel scriberet se habere specialiter et expresse, definitivam sententiam audiendam duxerit committendam. Et fiat proxime dicta citatio ad terminum quem actor duxerit eligendum. Coram quo d. patriarcha aut cui commiserit, si commissa fuerit super iuribus et probationibus coram d. patriarcha seu eius vicario vel officiali productis in termino superius limitato et ante diem termini prefixi vel statuti ad definitivam sententiam audiendam, proferatur definitiva sententia coram ipso d. patriarcha, vel coram illo cui commiserit, nullis admissis defensionibus, exceptionibus, oppositionibus, testibus, instrumentis vel aliis probationibus rei predicti ipso reo contumace vel presente citato tamen ad definitivam sententiam audiendam ut supra; nec etiam admissis aliquibus defensionibus, exceptionibus, oppositionibus, testibus, instrumentis vel aliis probationibus ipsius actoris, quas vellet de novo illa die vel post dictum terminum XV dierum producere vel probare ultra prius producta et probata.

Si vero reus in aliquo ex tribus primis terminis X dierum pro quolibet termino sibi statutorum comparuerit volens se defendere et procedere in causa, tunc primo legiptimentur persone datis copiis mandatorum hinc et inde si partes petierint secundum formam constitutionis de hoc loquentis; post quam legiptimationem ulterius procedatur in causa non datis sed potius sublatis dilationibus ad se informandum cum aliqua persona, vel hominis mortui que quidem dilatio hominis mortui de cetero in nulla causa detur, preterquam in causis pupillorum. Sed tunc si neutra nominaverit, vel allegaverit manutentorem, limitetur per dominium actori et reo ad probandum de iuribus eorum.

Si autem partes vel aliqua ipsarum nominaverit vel allegaverit manutentorem vel manutentores, quem vel quos velit ad iudicium vocari, tunc teneatur tam actor quam reus nominantes vel allegantes, seu alter ipsorum nominans vel allegans manutentorem vel manutentores, quotquot sint nominantes vel allegantes et nominati facere citari personaliter vel ad domum, ibi dimissa cedula, omnes suos manutentores infra spatium XX dierum, computandorum a die nominationis seu allegationis manutentorum et illo die non computato sed excluso sine alia aliqua limitatione termini fienda per dominium tribus vicibus; prima vice videlicet sub pena XX sold., secundo sub pena XL den., tertia ad negandum seu confitendum, sublatis quibuscumque aliis dilationibus nominandi, convitandi et sub penis aliis citandi dictos manutentores. Et si quidem aliquis manutentor citatus personaliter vel ad domum ut supra, non comparuerit in aliquo ex duobus primis terminis ad quos citatus fuerit, tunc si compareat in tertio termino, non audiatur nisi solutis dictis penis dominio et refectis expensis parti que fecerit eum citari; quas penas et expensas nisi solverit, habeatur et reputetur pro manutentore et convicto ab illo qui eum nominavit in casu in

quo ille nominans convinceretur; et ipse nominans possit in eo casu iudicium in se suscipere et in causa procedere cum parte usque ad definitivam sententiam audiendam inclusive, et eo convicto manutentor intelligatur convictus. Si autem comparuerit in primo vel secundo termino ad quos citatus fuerit, tunc procedatur ulterius in causa et idem si comparuerit in tertio termino et solverit expensas et penas predictas. Si vero non comparuerit manutentor citatus ut supra in aliquo dictorum terminorum, tunc habeatur pro manutentore et pars que eum nominaverit possit et teneatur iudicium in se suscipere et litigare et in causa procedere[a] usque ad finem cause et definitivam sententiam inclusive; et ipso qui nominavit convicto, convictus sit ipse manutentor nominatus, citatus et non comparens ut supra. Si autem pars nominans et allegans manutentorem seu manutentores fuerit negligens et non fecerit infra dictum terminum XX dierum quod supra dictum est, procedatur in causa principali cum ipso nominante vel allegante manutentorem vel manutentores, perinde ac si nullum manutentorem allegasset. Quod si manutentor vel manutentores nominatus vel nominati comparuerit vel comparuerint, et nominaverint vel allegaverint alios manutentores, tunc intra alium terminum XX dierum computandorum ut supra teneatur facere citari suos manutentores; et in ipsis manutentoribus manutentorum et nominantibus seu allegantibus eos, habeant locum que supra dicta sunt quando primi manutentores allegantur et procedatur contra eos.

Si vero reus comparuerit in termino aliquo post limitationem predictam termini prefati XV dierum actori limitati, sibi assignato per actorem ad videndum produci iura et probationes ipsius actoris, vel in aliqua alia die infra dictum terminum XV dierum, ad quam diem fecerit citari, et facere teneatur citari actorem ad audiendum et videndum ea que ipse reus vult dicere vel producere; tunc ante omnia priusquam audiatur teneatur reficere parti adverse expensas per eam a principio litis usque ad illam diem factas, ibidem et illico taxandas; quibus expensis refectis et solutis admittatur ad opponendum productis et producendis per actorem et ad producendos suos manutentores, nec non ad probandum et producendum de iure suo quicquid voluerit, dummodo omnia predicta faciat, opponat, excipiat, producat et probet infra dictum terminum XV dierum dicto actori ut supra limitatum; ulterius vero minime audiatur, nisi infra dictum terminum XV dierum allegaret iustissimum impedimentum, propter quod non potuerit predicta facere, opponere, excipere, producere et probare, quo impedimento cassato per sententiam, ab illa sententia appellare non possit, nec in protectionem se ponere. Et si in protectionem se posuerit, nichilominus illa non admissa et non obstante procedatur in causa ut supra usque ad definitivam sententiam inclusive, ut superius est expressum. Dicto vero impedimento probato per proponentem et per sententiam legiptimato limitetur ipsi reo per dominium terminus X dierum computandorum a die probati et legiptimati impedimenti et dicto die non incluso; infra quem terminum possit opponere, excipere, producere et probare, ac omnia et singula facere que poterat ante lapsum tempus dictorum XV dierum actori limitatorum. Quo termino transacto procedatur ulterius secundum quod fuerit procedendum.

ADDITIO XII. *De controversiis inter nominantes manutentores et ipsos manutentores in iudicio comparentes.*

Constituimus et ordinamus quod quilibet nomine alieno agens legiptimatus cum parte sibi adversa intelligatur legiptimatus etiam cum manutentore dicte partis sibi adverse nominato ad iudicium et productum. Ubi autem esset controversia inter nominantem seu nominantes ex una parte et nominatum seu nominatos ex altera, nominato negante se manutentorem, vel recusante, vel defendente in se iudicium suscipere ex quibuscumque causis; tunc statim legiptimatis personis in presentia utriusque partis vel in contumacia alterius per dominium limitetur dictis nominantibus et nominato terminus XXV dierum a die limitationis computandorum et illa die exclusa; infra quem terminum teneantur et debeant dicti nominantes et nominati taliter processisse, quod

definitum sit an dictus nominatus sit manutentor et teneatur in se suscipere iudicium vel non. Quod si infra dictum spatium XXV dierum dicta controversia non fuerit definita, tunc sive defecerit pro nominante sive pro nominato, possit et teneatur ipse nominans respondere et procedere cum suo adversario, cum quo allegavit seu nominavit manutentorem usque ad definitivam sententiam inclusive; sed nichilominus possit, transacto etiam dicto termino ipse nominans, si voluerit, procedere supra dicta controversia cum nominato, non tamen quod propter hoc suspendatur vel differatur iudicium inter ipsum nominantem et principalem eius adversarium; et non obstante quod idem nominans receperit iudicium in se et litigaverit cum suo principali adversario, tamen omnes processus et sententie interlocutorie et definitive facti et late inter ipsum nominantem et principalem eius adversarium, valeant et prosint vel preiudicent ipsi nominato quemadmodum si ipse iudicium in se suscepisset etiam secum processum fuisset; adeo quod ipso nominante convicto intelligatur et sit convictus et ipse nominatus; dummodo ipse nominans processerit et obtinuerit contra nominatum quod sit eius manutentor rei vel quantitatis, cuius vel quorum occasione eum nominavit. Addentes predictis quod si oriretur controversia secundum quod dictum est supra, inter nominantem manutentorem aliquem pupillum, et ipsum pupillum nominatum, vel contra, tunc statim legiptimatis personis ut supra, limitetur terminus XL dierum intra quem debeat dicta controversia finiri; quo termino elapso idem servetur in isto casu quod in supra proximis dictum est. Et hec eadem habeant locum in manutentoribus nominantibus alios manutentores et in ipsis manutentoribus nominatis per alios manutentores.

Additio XIII. *De allegantibus manutentores qui sunt extra patriam.*

Constituimus et ordinamus quod si quis allegaverit aliquos manutentores, qui sunt extra patriam Foriiulii, petentes illos citari et ad iudicium vocari, teneatur et debeat infra tres dies utiles, die allegationis non computato, illos nominare, probare in iudicio et fidem facere quod sint manutentores, que tamen probatio non preiudicet ipsis manutentoribus nominatis. Et tunc petatur per sententiam astantium, an dicti manutentores sint citandi; et declarato per sententiam quod sic, tunc citentur ipsi manutentores absentes, sive sint vagabundi sive notum sit ubi morantur, in platea loci ubi iudicium redditur et ante domum sue solite habitationis, si qua est, alta voce preconia cum cedulis, tribus diebus; scilicet prima vice ut compareat XV die iuridica computanda a die proclamationis, illa die non inclusa sub pena XX sold., secunda vice, ut compareat XV die iuridica computanda a die secunde proclamationis, illa die non inclusa sub pena XL den., tertia vice ut compareat XV die iuridica, computanda a die tertie proclamationis, ad negandum vel confitendum se manutentorem, premissis cedulis affixis in platea supradicta pro qualibet vice. Quas quidem proclamationes teneatur et debeat nominans dictos manutentores fecisse usque ad LX dies inclusive a die nominationis et illo non computato. Quibus LX diebus elapsis et ipsis manutentoribus in terminis eis statutis in iudicio non comparsis, teneatur nominans, sive fecerit fieri dictas proclamationes, sive non, in se iudicium suscipere et procedere cum adversario suo usque ad finem litis inclusive; et eo convicto, nominati per eum, si non comparuerint ut supra, intelligantur et sint dicti manutentores convicti perinde ac si fuissent et iudicium in se suscepissent et personaliter convicti fuissent. In casu autem quo comparuerint in aliquo dictorum trium terminorum, procedatur secundum formam constitutionum superius editarum.

Additio XIV. *De conservatoribus.*

Constituimus et ordinamus quod si aliquis alicui promiserit, ipsum conservare indempnem de aliqua re, facto vel debito contra aliquas personas, statim cum fuerit citatus ille, qui prima facie apparet debitor principalis, possit et

valeat ipse citatus facere citari suum conservatorem, seu relevatorem, et procedi debeat cum dicto conservatore sicut proceditur contra principalem ad petitionem creditoris et quod causa creditoris non impediatur nec proteletur propter iudicium quod est inter debitorem et suum conservatorem.

ADDITIO XV. *De terminis ad probandum limitatis actori et reo* (a).

Constitutionem proxime precedentem quoad quedam supplentes et declarantes constituimus et ordinamus quod termini XV dierum actori et XX dierum reo limitandi de quibus in proxime dicta constitutione cavetur, statim simul et semel limitetur per dominium cum fuerint legitimate persone, in casu quo partes vel aliqua ipsarum aliquo nomine compareat vel compareant et si nominati fuerint manutentores, finita causa inter ipsos manutentores nominatos et nominantes eos, vel per receptionem iudicii per ipsos manutentores in se factam, vel per lapsum terminorum nominantibus et nominatis limitatorum secundum formam constitutionis de hoc loquentis. In casu vero quo non nominarentur manutentores, tunc statim legiptimatis personis fiant dicte limitationis dictorum terminorum per ius reddentem partibus presentibus, sive altera parte presente et altera contumaciter absente, partibus ipsis vel altera ipsorum petentibus, seu non vel etiam resistentibus. Que quidem limitatio terminorum fiat non super una vel pluribus oppositionibus, deffensionibus, vel allegationibus, sed generaliter super omnibus que partes, vel aliqua ipsarum voluerit procedere, vel probare in et super tota causa, terminis dandis occasione impedimentorum in predicta proxima constitutione contentis, ac etiam termino comuni XV dierum utrique parti dando secundum formam constitutionis infra tertio loco posite in sua permanentibus firmitate. Et predicta omnia observentur in causis tam pecuniariis, quam territorii, exceptis causis instrumentorum, convictionum et depositi et iurium dominarum et sententiarum arbitrariorum, et exfortiorum, in quibus procedatur secundum formam constitutionum super ipsis editarum. Insuper predicte constitutioni adiicimus quod intra terminos limitatos actori possit et reus testes suos et sua iura et alias probationes producere etiam si illi termino actor sponte renunciaverit.

ADDITIO XVI. *De actore renunciante termino dato ad probandum et de teste volente deliberare.*

Constituimus et ordinamus quod si actor renunciaverit termino XV dierum sibi limitato ad probandum et producendum, hoc facere possit in suum preiudicium; ita quod in illo termino amplius actor iura et probationes suas post renunciationem non possit producere; sed predicta renunciatio reo non preiudicet, qui valeat infra predictum terminum XV dierum actori limitatum iura et probationes suas producere, ac etiam non obstante dicta renunciatione facta per actorem, terminus XX dierum ipsi reo limitatus incipiat currere ipsi reo tantum a lapsu et post expirationem XV dictorum dierum. Quodque dicti termini actori et reo limitati et alia tempora eisdem limitata ad producendum et probandum currant et currere intelligantur, etiam si aliquis ex eorum testibus productis per aliquam partium dixerit se velle cogitare et deliberare antequam deponat et terminum obtineat predictis.

ADDITIO XVII. *De terminis assignandis actori et reo ad opponendum excipiendum et replicandum* (b).

Addentes proxime suprascripte constitutioni constituimus et ordinamus quod decretis copiis per viam copiandi et opponendi, termini statuendi ad opponendum, excipiendum, replicandum, triplicandum et quadruplicandum, per sententias astantium moderari et dari non possint ita et tales quod excedant tempus XL

(a) Alla costituzione XXVI della prima parte. (b) Alla costituz. XXXIII della prima parte.

dierum computandorum a die, quo statuitur terminus primus sive actori sive reo ad opponendum et excipiendum et illo die non incluso, etiam si infra tempus statutum actori et reo ad probandum, aliqua de novo producerentur, contra que partes vel aliqua ipsarum excipere, replicare, triplicare vel quadruplicare; sed abbreviari possint de partium voluntate, vel secundum sententiam astantium abbreviantes secundum facti seu negotii qualitatem. Insuper addendo constitutioni predicte constituimus et ordinamus quod proxime suprascripta constitutio non deroget nec propter eam derogetur nove constitutioni sequenti sub rubricha de termino limitato actori et reo ad probandum contenta in exceptionibus, replicationibus, triplicationibus, quadruplicationibus et refferendariis elligendis et iuribus eis consignandis (a).

CCXXXIV.

Udine, 1369, 3 Marzo. — *Lettere convocatorie del consiglio del parlamento dirette al comune di Gemona.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Concina a S. Daniele vol. XX p. 21 da cui copia c. nella racc. Ioppi. EDD. inedito. TESTO da B.

Marquardus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha.

Fideles carissimi. Intendentes supra nonnullis arduis occurrentibus die dominica XI presentis mensis nostrum in terra nostra Utini generalis colloquii celebrare consilium fidelitatem et dilectionem vestram requirimus vobis mandantes quatenus consiliarium vestrum faciatis consilio huiusmodi causa remota qualibet interesse.

Datum in castro nostro Utini die tercio martii indictione VII.

A tergo

Dilectis fidelibus nostris capitaneo, consilio et comuni Glemone.

CCXXXV.

Gemona, 1369, 17 Maggio. — *Il consiglio di Gemona nomina il suo rappresentante al parlamento da tenersi a Cividale.*

MSS. A Deliberaz. or. del comune di Gemona, busta I, fasc. 1367-1371, fol. 21. EDD. inedito. TESTO da A.

Et dominus Iulianus ire debet Civitatum ad consilium coloquii generalis die martis proximum post Pentecostem.

CCXXXVI.

Udine, [1369], 26 maggio. — *Nel consiglio di Udine si discute intorno alle spese da sostenersi per gli ambasciatori a Venezia.*

MSS. A Annales civitatis Utini to. IV nell'archivio comunale presso la biblioteca civica di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

Die veneris XXVI maii. Super propositis per d. Franciscus de Savorgnano circha delegationem destinandam Venetiis ex parte totius universitatis Foro-

(a) Le parole: insuper addendo... iuribus eis consignandis, dovettero esser aggiunte in seguito, dopo l'emanazione dell'additio XVIII Ved. più oltre al n. CCCI.

iuliensis, in qua electus est pro comunitatibus patrie omnibus prudens vir d. Azolinus legum doctor et militie decoratus, cui deputati fuerunt in consilio colloquii generalis pro expensis ducati quadraginta et totidem aliis duobus ambaxiatoribus pro singulo euntibus pro prelatis et nobilibus. Super quibus deliberatum fuit quod pro celeri expeditione provideatur [quod] per camerarium comunis Utini dentur eidem d. Azolino de pecunia dicti comunis quadraginta ducati et fama publicetur quod predictus d. Azolinus eosdem sub usuris acceperit, ad hoc ut melius exigi possint ab aliis communitatibus rate ipsorum eos tangentes, facta impositione eorundem.

CCXXXVII.

Cividale, 1369, 24 Giugno. — *Leonardo da Cividale presenta appello al parlamento per una sua lite.*

MSS. A atti del notaio Giovanni q. Guglielmo di Cividale nella biblioteca civica di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

Anno MCCCLXIX, indictione VII, die XXIV iunii, in Civitate Austria supra patriarchali palatio, presentibus nobilibus viris dd. Francisco milite de Savorgnano, Simone milite de Valvasone, Simone de Cuchanea, Andalpretto notario de Civitate, Iohanne notario q. Gumbertini notarii de Utino, Pauliti q. Francisci apotecharii, Guillelmo q. Dionisii de Civitate testibus et aliis pluribus.

Leonardus stationarius q. Nicholai tamquam heres cum beneficio inventarii q. Bartholomei calcificis sui fratris et tamquam procurator Gigloni de Civitate, constitutus coram reverendissimo in Christo patre et d. Marquardo dei gratia patriarcha Aquilegensi in pleno coloquio prelatorum, nobilium et comunitatum et ceterorum Foriiulii, ibidem ut moris est solempniter congregato, dixit et protestatus fuit, quod in casu quo quedam appellatio per eum interposita seu per dictum Giglonum, in quadam lite vertente inter eos ex una parte et Nicolaum q. Main tamquam procuratorem Alberti de Civitate, in ipso colloquio, non determinaretur, quam ibidem finiri et determinari instabat, sibi ut supra nomine non debeat aliquod preiudicium imminere, cum per eum non deficiat.

CCXXXVIII.

Sacile, 1369, 1 Luglio. — *Il banditore del comune di Sacile proclama il divieto di esportazione delle biade dal Friuli stabilito dal patriarca e dal consiglio del parlamento.*

MSS. A manca. B copia antica nel volume *Statuta communitatis Sacili* nell'archivio di quel comune, da cui c. nella racc. Ioppi. EDD. inedito. TESTO da B.

MCCCLXIX, indictione VII die I iulii, Sacili, sub lobia portus; Petrus nuncius et preco comunis Sacili, sacramento sui officii de mandato d. Guigelmi capitanei terre Sacili et eius consilii proclamavit in platea Sacili supra scanno voce preconia more solito proclamationem infrascripti tenoris.

Notum sit omnibus hominibus et personis terre Sacili et eius districtus quod nullus homo vel persona de terra Sacili nec eius districtus presumat neque sit ausus conducere bladum, vinum nec aliqua alia victualia extra terram Sacili nec eius districtus nec extra districtum Foriiulii et hoc pena et banno librarum XXV parvorum et victualium que conducentur cum curru, et animalium victualia huiusmodi portantium et conducentium.

Et hec quidem proclamatio facta fuit vigore littere d. patriarche et consilii sui colloquii in Civitate Austrie celebrati.

CCXXXIX.

Gemona, 1369, 21 Luglio. — *Il consiglio di Gemona delibera d'inviare un suo rappresentante al consiglio del parlamento.*

MSS. A Deliberaz. or. del consiglio di Gemona, busta I, fasc. 1367-1370 fol. 22. EDD. inedito. TESTO da A.

Die sabati XXI iulii, Glemone in conscilio minori, existentibus Bonvicino vicecapitaneo, Nicolao ser Francischini vicemasario, Ruberto masario, provisore d. Iuliano de Brugnio, Nicolao de Tramis, Coletto, ser Maynardo, Niculutto de Laporta, Honestasio et aliis. Deliberatum fuit, prout alias deliberatum fuit per mayorem partem post litteras d. patriarche, debet mitti d. Iulianum consiliarium conscilii coloquii generalis, Civitatum ad conscilium domini, etc.

CCXL.

Udine, [1369], 18 Ottobre. — *Provvedimenti militari presi dal consiglio di Udine in ordine alle deliberazioni del patriarca e del consiglio del parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini, to. IV nell'archivio comunale presso la biblioteca civica di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

Die Iovis XVIII octubris, quia propter guerram et dissensiones inter Venetos, duces Austrie, Trigestinos et eorum pessimas expandentes influentias, deliberatum extitisset per dominum nostrum et eius generalis colloquii consilium attendentes pro defensione et custodia patrie gentes Furlanas pedites et equites sollicite retinere, inspectis predictorum occasione minantibus, futura provisione et necessaria pro predictorum conservatione, et ne aliquis ad stipendium aut servitium extra patriam exire presumat: quo circa, predictis non obstantibus ac proclamationibus alias factis, nonnulli de vicinis terre Utini presumentes excedere, stipendio aliquorum recepto, terram et Patriam ad serviendum exire conantur. Propter quod, tali et tante presumptioni obviare intendentes, statutum igitur et ordinatum fuit per predictos dd. capitaneum et consilium quod nullus vicinorum terre Utini, pedes aut eques, audeat nec presumat ad servitium aut stipendium alicuius persone extra terram nec patriam se transferre. Et qui contrafecerit hac declarata pena puniatur: videlicet quod si contrafaciens capi poterit detineatur personaliter in carceribus per d. capitaneum per tres menses integros a die captionis eiusdem computandos et ultra ad beneplacitum dd. capitanei et consilii et solvat nichilominus centum libras venetorum parvorum. Si vero talis delinquens capi non poterit proclametur in banno terre Utini et eius confinium per tres annos a die contrefactionis eiusdem et ultra ad beneplacitum predictorum dd. capitanei et consilii et solvat nihilominus centum libras venetorum parvorum antequam terram Utini reintret.

CCXLI.

Udine, [1371], 17 Febbraio. — *Il consiglio del comune di Udine elegge i suoi rappresentanti al parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini, to. IV, f. 329 nell'archivio comunale presso la biblioteca civica di Udine. EDD. Ioppi, *Constitutiones*, doc. n. XXIX. TESTO da A.

Die lune, XVII februarii; super propositis de mittendis ad colloquium d. nostri d. patriarche ad Portumgruarium, deliberatum fuit quod mitti debeat ad dictum colloquium, ad quod eundum electi fuerunt dd. Azulinus et Solonus de Savorgnano atque Dietalmus de Indriottis.

CCXLII.

Udine, [1371], 22 Settembre. — *Nel consiglio comunale di Udine ser Missio di Remanzacco si oppone a che i delegati della città al parlamento da tenersi in Sacile abbiano facoltà di portar mutamenti alle costituzioni.*

MSS. A Annales civitatis Utini vol. V, f. 134 nell'archivio comunale di Udine presso la civica biblioteca. EDD. Ioppi, *Constitutiones*, n. XXX da A. TESTO da A.

Die lune XXII mensis septembris. Super propositis de mittendo Cividatum ad colloquium generale deliberatum fuit quod eligantur mittendi ad dictum colloquium prout electi fuerunt dd. Azulinus, ser Hector et ser Nicolaus d. Gabrielis; ubi quidem ser Missius de Remanzacho protestatus fuit quod ipsi non habeant auctoritatem concedendi aliquam licentiam mutandi aliquam constitutionem (a) nec renovandi et si qua concederentur sibi non generet preiudicium.

CCXLIII.

Udine, 1371, 13-15 Novembre. — *Il consiglio nomina i suoi rappresentanti al parlamento che deve riunirsi ad Aquileia.*

MSS. A Annales civitatis Utini to. V, 156t. EDD. inedito. TESTO da A.

Die Iovis XIII novembris.
Super propositis per d. Franciscum de Savorgnano recordantem quod eligantur domino solempnes ambasiatores qui ire debeant Aquilegiam ad coloquium generale et n. (sic).
Deliberatum fuit quod elligantur ambasiatores predicti et quod committatur eisdem quod si aliqua proponerentur in coloquio per d. patriarcham, ipsi ambasiatores ex parte comunis Utini nullam faciant confirmationem nisi prius ea proponenda notifficent conscilio et comuni nostro de Utino et nichilominus quod mittatur unum ambaxiatorem ad Civitatenses quod si eis placet eamdem comissionem eorum ambaxiatoribus ituris ad dictum colloquium faciant.
Electus fuit d. Paganus de Savorgnano.
Et ser Hector notarius Miulite.
Die XV novembris. D. Paganus miles de Savorgnano et ser Hector notarius electi fuerunt per consilium ad eundum pro commune Utini ad Aquileiam ad colloquium generale.

CCXLIV.

Aquileia, 1371, 16 Novembre. — *Il patriarca propone al parlamento l'abrogazione della costituzione che esclude le figlie dalla successione legittima: i deputati di Udine si oppongono, ma il patriarca dichiara, senz'altro, cassata la detta costituzione.*

MSS. A manca. B c. nell'archivio capitolare di Udine da cui racc. Bianchi 4623. EDD. Ioppi, *Constitutiones*, n. XXXI da B. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCLXXI, indictione nona, die XVI mensis novembris. Convocato et congregato colloquio generali prelatorum nobilium et communitatum patrie Foriiulii per reverendissimum in Christo patrem et d. nostrum d. Marquardum dei gratia S. sedis Aquilegensis

(a) La costituzione a cui si allude nel testo è quella che escludeva le figlie dalla successione legittima; costituzione che il patriarca voleva abrogare, come infatti volle fare nella seduta del 16 novembre 1371.

dignissimum patriarcham in patriarchali palatio Aquilegensi in sala magna superiori in quo quidem colloquio interfuerunt venerabiles et nobiles viri:

d. Floramundus abbas Biliniensis
Georgius de Tortis de Papia decanus Aquilegensis
Ottobonus de Ceneta decanus Civitatensis
Iohannes de Lisono canonicus Aquilegensis
Presbiter Nicolaus Homo canonicus Utinensis
Guido de Bononia prepositus S. Felicis de Aquilegia
Iacomutius de Purcilliis
Paganus miles de Savorgnano.
Simon de Cucanea
Iohannes de Monticulis in temporalibus préfati d. patriarche vicarius generalis
Azolinus miles de Gumbertinis de Utino
Pilleus de Murutio
Hector de Pulcinico
Petrus et Rizzardus fratres et Bernardus q. d. Ossalchi de Strassoldo
Vicardus de Prampergo
Hector de S. Daniele
Nicolaus de Mels
Nicolaus de Maniacho
Varnerius et Federicus de Manzano
Rizardus de Valvason
Iohannes de Colloreto
Balardinus de Pers
Gulielmus et Nicolussius de Ragonea
Raynoldus de Vincentia gastaldio Civitatensis
Cichinus hospes et Nicolaus de Flagonea
.... de Aquilegia
Rodulphus de Portis et Iacobus domine Bellent de Civitate
Zulianus Brugnus et Nicolaus Francisci de Glemona
Iohannes notarius et Iacobus de Clusa de Venzono
Nicolaus notarius de Azzano
Iohannes notarius de Marano

et alii quamplures de patria Foriiulii ad dictum colloquium convocato necessarii pro dicto colloquio generali celebrando.

Inter alia que ibidem proposuit idem d. patriarcha pro utilitate et bono statu servitorum et subditorum suorum de patria Foriiulii proposuit etiam infrascripta videlicet, quod ad ipsius notitiam nuper pervenerat quod inter alias constitutiones parlamentales que post ipsius d. patriarche translationem ad Aquilegensem ecclesiam, et sub ipso fuerunt edite et firmate, facta et confirmata fuerat una constitutio de successionibus ab intestato (a) per quam filie feminini sexus, etiam nullis filiis masculis seu earum carnalibus fratribus patri intestato defuncto superviventibus, ab ipsius patris successione excludebantur per fratres patris earum et alios ipsarum patri remotiores eis in gradu; cujus constitutionis tenorem ipse alias ignoravit ei si advertisset, alias, ipsam constitutionem fuisse talis effectus, ut nunc perpendit, ipsam numquam confirmasset, nec procedere permisisset: quia quod filia excludatur ab hereditate paterna est notorie et manifeste contra ius divinum, canonicum et civile ac naturale et etiam contra omnem iuridicam consuetudinem maxime quando non extant defuncto filii masculi earum fratres prout ibidem in scripturis divinis pagina publice legi fecit. Unde proposuit et dixit quod nullo modo volebat constitutionem predictam durari nec robur aliquod obtinere sed eam penitus fore cassandam, revocandam et annullandam subiungens quod sibi

(a) Si tratta della cost. CI (ossia LV della parte seconda). Quanto alle vicende di questa lotta fra il patriarca ed il parlamento per la soppressione di questa preferenza accordata ai discendenti e collaterali maschi, vedasi sopra prefaz. p. CXXIX.

reputabat ad magnum peccatum, et ex hoc suam animam non modicum aggravatam, quod sub ipso fuisset edita talis constitutio tam absona et iura contraria ut profertur quam permitteret perdurare. Et ideo, motus ex predictis et aliis iustis et rationabilibus causis omnibus iure, via, modo et forma, quibus melius et efficacius potuit, in presentia predictorum in dicto generali colloquio congregatorum, ex premissis verbis, ipsam constitutionem et omnem eius effectum aut continentiam et tenorem cassavit, annullavit et irritavit, ac pro cassa et irrita haberi voluit et mandavit, revocando ex nunc omnem suam auctoritatem si quam dicte constitutioni alias interposuit, asserens id si processit, ex inadvertentia processisse. Ex quibus et aliis per prefatum d. patriarcham in dicto parlamento propositis, petito, ut moris est, a prelatis, nobilibus ac nunciis communitatum et aliis qui intererant parlamento prefato et eorum quolibet quid sibi videretur, super propositis per dictum d. patriarcham, multi ex eis expresse consuluerunt et consulendo affirmaverunt predictam constitutionem omnino cassandam et irritandam fore ac debere integraliter suis viribus enervari et eam debere haberi pro cassa et irrita verbis clarissimis expresserunt, cassationem et revocationem prefatas per dictum d. patriarcham factas laudantes, et eas quantum efficaciter potuerunt tanquam iustas et rationabiles in omnibus approbantes. Multi autem alii ex congregatis in colloquio supradicto nihil expressum dixerunt super fienda vel non fienda cassatione constitutionis prefate propositioni iam facte per dictum d. patriarcham sub breviloquio de cassanda constitutione predicta ac cassationi de ea per ipsum facte aliqualiter non contradicentes nec ipsam cassationem aliqualiter seu nullatenus pugnantes vel reprobantes sed aliorum consilia super omnibus tunc propositis per dictum d. patriarcham sub breviloquio commendantes. D. vero Paganus de Savorgnano et Hector notarius q. Odorici Miulitte de Utino, qui pro communitate Utini aderant parlamento prefato, dixerunt et consuluerunt quod in casu quo ipsa constitutio deberet innovari, bonum foret, quod reformatio ipsa ostenderetur nobilibus et communitatibus patrie Foriiulii, ut super ipsa reformatione possent plene deliberare, et in alio parlamento celebrando super ipsa reformatione maturius consilium suum dare, quia tunc tanquam improvisi non poterant ita celeriter plene consulere super reformatione constitutionis prefate; protestantes ibidem dictus d. Paganus et ser Missius de Remanzacco quod si fieret aliter, aliqua reformatio prefate constitutionis non deberet eis aliquod preiudicium generari. Demum auditis per prefatum d. patriarcham omnibus et singulis narratis et dictis per quoscumque in parlamento prefato, ipse d. patriarcha iterato, repetitis causis ipsum moventibus ad cassandam constitutionem prefatam, eandem statuit et decrevit fore cassam, inefficacem, irritam et inanem et in iudicio suo et sub eius officialibus nullatenus observandam, mandans ex tunc omnibus et singulis officialibus suis quod ipsam constitutionem coram eis non permittant allegare seu aliqualiter ea uti. Quibus verbis tunc etiam non fuit per aliquem contradictum, sed sub taciturnitate fuit illico dictum colloquium dissolutum.

Ego Iohannes q. d. Gubertini de Novate. Utini residens publicus imperiali auctoritate notarius et prefati d. patriarche officialis et scriba premissis omnibus interfui et rogatus scripsi et publicavi meumque hic signum apposui consuetum in testimonium premissorum.

CCXLV.

Aquileia, 1371, 23 Novembre. — *Il patriarca condanna quei di Carlin a pagar la pena per aver violato il divieto parlamentare d'asportare il frumento.*

MSS. A manca. B c. nella raccolta Bianchi 4624 dall'or. allora esistente nell'archivio notarile. EDD. inedito. TESTO da B.

Marquardus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha dilectis decano, iuratis hominibus et universitati ville de Carlins gratiam nostram. Ad nostri noviter notitiam est deductum fama ex nunc publica precedente quod vos seu

aliqui vestrum contra ordinationem et deliberationem nostram et nostri colloquii generalis ac proclamationes factas de nostro mandato in nostra patria Foriiulii frumentum et alia blada ac victualia per ripaticum nostrum Carlins cum curribus et barris ac navibus extra dictam nostram patriam temerarie conduxistis et aliis volentibus extra ducere auxilium prebuistis pariter et favorem; ex quo iuxta edicta, inhibitionem et proclamationem huiusmodi in penas plurimas incidistis, propter quod harum tenore vos et quemlibet vestrum requirimus vobis districte mandantes quatenus nobis singulas penas in quas incurristis ex transgressione seu violatione inhibitionis et proclamationes iam dicte solvere et satisfacere plenarie debeatis et si de nostro mandato antedicto vos vel aliquis vestrum se reputat aggravatum compareat coram nobis Aquilegie in nostro patriarchali palacio die sabati proxime nunc venturi allegaturi dicturi et producturi causas propter quas ad penas antedictas non teneanimi et omnia et singula facientia pro excusatione vestra. Alioquin si non comparueritis ut premittitur contra vos et vestrum quemlibet ad exactionem penarum huiusmodi et alia graviora procedemus prout et in quantum honori convenerit, vestraque inobedientia meruerit et contemptus. Has autem litteras etc. Datum in nostro patriarchali palacio Aquilegie die XXIII mensis novembris anno domini MCCCLXXI indictione nona.

CCXLVI.

Udine, 1372, 28 Gennaio. — *Provvedimenti presi in parlamento contro i nobili di Valvason e Colloredo per eccessi commessi in giudizio; convocazione dei nobili di Polcenigo e di Spilimbergo per sedare le loro controversie: nomina del consiglio.*

MSS. A manca. B c. del sec. XVIII in Codice diplomatico (Frangipane) nella biblioteca comunale di Udine to. II, 174 seg. da copia antica esistente a Castel Porpeto. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno domini millesimo tricentesimo septuagesimo secundo indictione decima die XXVIII ianuarii, in castello Utini in camera cubiculari infrascripti d. patriarche celebratum est consilium generalis colloquii per d. nostrum d. Marquardum patriarcham Aquileiensem in quo consilio interfuerunt venerabiles viri Gregorius Aquileiensis et Octobonus Civitatensis decani et Iohannes de Lisono canonicus Aquileiensis, dd. Iohannes de Monticulis et Zanninus de Prata iuris periti, nobiles viri dd. Nicolaus et Morandus de Porcileis milites, Symon de Valvasono, Paganus de Savorgnano et Azolinus de Gubertinis legum doctor, Symon de Cuchanea, Pellius et nepos de Morutio, Rizardus et Bernardus uterque de Strassoldo, Paulus, Federicus, Iohannes et Odoricus de Colloreto, Varnerius de Manzano, Nicolaus et Vicardus de Prampergo, Hector de S. Daniele, Odoricus et Zaninus de Tricano, Rodulphus de Portis et Iacobus Belénde de Civitate et Iohannes Brugnus et Nicolaus de Glemona.

D. Gregorius Aquileiensis et Octobonus de Ceneta decani. Pro nobilibus d. Symon de Valvasono et Guilielmus de S. Daniele. Pro communitatibus etiam debent elligi duo. Electi fecerunt inter se dictis nobilibus impositionem de denariis quadraginta pro quolibet armigero causa solvendi dictis eorum ambasciatoribus. Super scandalo, seu excessu commisso in iudicio coram excellenti d. Vicario per illos de Valvasono et de Colloreto difinitum fuit, quod dominus inquiri faciat de hiis qui fuerunt culpabiles in premissis et puniat delinquentes totaliter, quod pena huiusmodi cadat aliis in exemplum. Item diffinitum fuit quod detur ordo et ponatur pena, quod talia in futuro non occurrant.

Super depredatoribus reducentibus se ad certa loca patrie diffinitum fuit quod dominus districte iniungat, quod nullus presumat de cetero tales homines receptare.

Super infamia seu differentia illorum de Pulcinico et de Spilimbergo pars utraque debet esse in proxime futuro colloquio ad faciendam excusationem [a].

CCXLVII.

Aquileia, 1372, 27 Marzo. — *Il patriarca Marquardo invita il comune di Gemona ad inviare i propri rappresentanti al consiglio del parlamento.*

MSS. A or. cart. nell'archivio di Gemona, Lettere di principi, p. 2 v. EDD. inedito. TESTO da A.

Marquardus dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha.
Fideles carissimi, volentes ex nonnullis causis arduis imminentibus, die dominica octava Pasce proxime venture, in terra nostra Utini, nostri generalis colloquii celebrare consilium, fidelitatem vestram requirimus, vobis mandantes quatenus consiliarium vestrum faciatis consilio huiusmodi, causa remota qualibet interesse. Datum in nostro patriarchali palacio Aquilegensi die XXVII marcii. indictione X.
A tergo
dilectis fidelibus nostris capitaneo, consilio et comuni terre nostre Glemone.

CCXLVIII.

Udine, [1372], 23 Luglio-27 Agosto. — *Varie deliberazioni del consiglio del comune di Udine concernenti il parlamento e le trattative fra il patriarca, i duchi d'Austria ed i nobili di Prata.*

MSS. A Annales civitatis Utini to. V, 216 nell'archivio comunale presso la biblioteca civica di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

Die veneris XXIII iulii. Super propositis et expositis per d. Paganum de Savorgnano exponentem de auxilio et favore petitis per d. nostrum patriarcham contra nobiles de Pratta recusantes d. nostrum patriarcham accipere tenutam Pratte, videlicet partis olim d. Manfredi qui instituit ecclesiam Aquilegensem heredem. Deliberatum fuit per dd. Zaninum capitaneum, consiliarios et ultra consiliarios per quinque pro quolibet quinterio communis terre Utini quod eligantur, prout electi fuerunt dd. Missius de Remanzacho et Iohannes de Lisono legum doctor ad componendum et tractandum inter d. nostrum patriarcham et nobiles de Pratta et respondetur ipsi domino nostro quod sunt parati servire ipsi domino nostro debite et prout de iure tenentur cum deliberatione parlamenti generalis colloquii.
Die lune XXIII augusti. Electi ambaxiatores ad eundum parlamentum celebrandum die mercurii proxime futuri in Glemona, d. Paganus de Savorgnano, Azolinus de Gubertinis, Solonus de Savorgnano et Nicolaus de Gabriellis.
Die XXVII mensis augusti. Super responsione facta per dd. Paganum militem et Solonum de Savorgnano, Azolinum legum doctorem et militem de Gubertinis et Nicholaum d. Gabrielis qui fuerunt ambaxiatores ad generale colloquium celebratum in Glemona pro responsione fienda d. nostro patriarche de unione tractata per ipsum d. patriarcham cum ducibus Austrie.

(a) Segue il giudizio avvenuto addì 19 gennaio davanti al Patriarca in causa fra i signori di Tricano e di Colloredo per una parte del Castello di Tricano *Per maiorem partem astantium*, alla domanda *quid iuris?* del Patriarca, vien deciso che sia commesso a due giurisperiti di fare una relazione se i beni in questione fossero o no feudali e tali che non potessero essere ereditati in via femminile e poi si debba procedere ulteriormente.

CCXLIX.

Udine, [1372], 23 Agosto-1 Settembre. — *Annotazioni del cameraro del comune di Udine relative al parlamento.*

MSS. A registri originali nella biblioteca comunale di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XXIII augusti Detalmus transmissus est ad Civitatem super facto colloquii celebrandi.

Die XXV augusti dd. Paganus et Salonus de Savorgnano, Azolinus de Gubertinis et Nicolaus d. Gabrielis iverunt Glemonam ad colloquium generale ibi celebratum facto unionis fiende inter d. nostrum patriarcham et duces Austrie.

Die prima septembris camerarius et ser Missius de Remanzacho missi fuerunt ad Cividatum ad respondendum in consilio colloquii, qualiter Utinenses non volunt consentire unioni superius declarate.

CCL.

Udine, [1372], 15 Ottobre. — *Il consiglio del comune di Udine elegge i suoi rappresentanti al parlamento da tenersi a Portogruaro.*

MSS. A Annales civitatis Utini to. V, nell'archivio comunale presso la civica biblioteca di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XV mensis octubris electi ad eundum ad colloquium d. patriarche in Portugruario ser Fantus Archolinianus et Franciscus de Valentinis.

CCLI.

Portogruaro, 1372, 18 Ottobre. — *Il patriarca, per deliberazione del parlamento, ordina che tutti i sudditi della chiesa Aquileiese prendano le armi, e che i castelli siano muniti e fortificati.*

MSS. A manca. B c. nell'archivio capitolare di Udine da cui c. nella racc. Bianchi 4642. EDD. inedito. TESTO da B.

Marquardus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha dilectis fidelibus nostris capitaneo, consilio et communi terre nostre Glemone.

Fideles carissimi: iuxta deliberationem consilii nostri generalis colloquii vim obtinentis, fidelitatem et dilectionem vestram tenore presentium requirimus vobis districte mandantes, quatenus auctoritate nostra in plateis et locis viis publicis faciatis, visis presentibus, publice proclamari quod omnes nostri nostreque Aquilegensis ecclesie fideles et subditi tam nobiles quam ignobiles cuiuscumque status et conditionis existant equis et armis opportunis se statim studeant preparare, ita quod quilibet iuxta facultatem suam ad conservationem honoris et status nostri et patrie ac proprie libertatis quandocumque expedierit et requisitus per nos extiterit sit paratus, et insuper quod quilibet castra et loca sua munire et fortificare efficacius ut expedit studeat et procuret.

Datum in castro nostro Portusgruarii die XVIII octobris indictione X.

CCLII.

Aquileia, 1373, 17 Marzo. — *Il parlamento rinnova l'abrogazione della costituzione che esclude le figlie dalla successione legittima del loro padre in confronto degli agnati.*

MSS. A manca. B c. nell'archivio capitolare di Udine da cui c. nella racc. Bianchi n. 4655. EDD. Ioppi, *Constitutiones*, n. XXXIII. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCLXXIII, indictione XI, die XVII mensis martii convocato et congregato generali colloquio prelatorum, nobilium et communitatum patrie Foriiulii per reverendissimum in Christo patrem et d. nostrum d. Marquardum dei gratia S. sedis Aquilegensis dignissimum patriarcham, Aquilegie, in sala magna patriarchalis palatii in quo interfuerunt venerabiles viri d. abbas Sextensis, Georgius de Tortis de Papia decanus Civitatensis, Michael prepositus S. Petri de Carnea et Albricus canonicus Utinensis, ac nobiles viri d. Simon miles de Valvasono, Simon de Cucanea, Nicolaus de Spegnembergo, Iohannes de Monticulis in temporalibus vicarius generalis prefati d. patriarche, Azolinus miles et Helias fratres de Gubertinis de Utino, Petrus de Strassoldo, Pregonia de Sbrogliavaca, Nicolaus de Prodolon, Vicardus de Prampergo, Facina de Partistagno, Tatarus de la Fratina, Bernardus de Strassoldo, Nicolussius de Castello, Iohannes de Colloreto, Salonus de Savorgnano, Varnerius de Manzano, nec non providi et discreti viri Cichinus et Iohannes de Aquilegia, Nicolaus ser Gabrielis de Utino, Rodulphus de Portis, Iacobus Hermani, Ulvinus de Canussio de Civitate Austrie, Zulianus de Glemona, Pantaleon et Iacobus de Sclusa de Venzono, Durdinus de Montefalcono, et Nicolaus notarius de Marano et alii quamplures de patria Foriiulii ad dictum colloquium convocati necessarii pro eodem colloquio celebrando.

Ibique inter alios defectus tunc in patria Foriiulii imminentes, reductum fuit per nonnullos prelatos et nobiles antedictos ad memoriam prefato d. patriarche, quod erant certe constitutiones parlamentales sub ipso edite, que aliquali reformatione penitus indigebant quas bonum foret committi aliquibus ut eas in melius reformarent, et quod alias (1) etiam fuerat edita quedam constitutio situata sub titulo de successionibus ab intestato que erat totaliter contra utilitatem et statum patrie Foriiulii, que constitutio alias cassata et irritata fuerat in generali colloquio prelatorum, nobilium et communitatum patrie antedicte celebrato in patriarchali palatio Aquileie, anno domini, MCCCLXXI, indictione nona, die sextodecimo mensis novembris [a], sed quia multi ex congregatis in ipso parlamento de mense novembris ut premittitur celebrato, nihil expresse dixerunt de cassatione et irritatione dicte constitutionis fienda vel non fienda, sed simpliciter super omnibus in ipso parlamento propositis aliorum consilia commendarunt, in controversiam deducebatur per aliquos dicentes dictam cassationem et irritationem non fuisse plenarie confirmatam, ideo bonum et utile erat quod in ipso parlamento quod tunc celebratur, declararetur cassationem et irritationem dicte constitutionis de successionibus ab intestato factas in dicto parlamento de mense novembris congregato valuisse et tenuisse, ut validitas cassationis et irritationis dicte constitutionis fiat et sit omnibus magis clara, et ignorandi materia cuilibet auferatur. Quibus sic ut premittitur memoratis, prefatus d. patriarcha dixit, quod dicta constitutio fuerat alias cassata et irritata in dicto parlamento de mense novembris celebrato, et quod ipsa constitutio vigorem aliquem nullatenus obtinebat quia ex eo quod cassata et irritata non fuisset, tamen de se et minime valebat, nec valere poterat quia erat contra ius divinum, naturale, canonicum et civile, sed tamen contentus erat ad maiorem claritatem quod ibi declararetur dictas cassationem et irrita-

(1) Ioppi: alia.

(a) Vedasi sopra il n. CCXLIV.

tionem valuisse et tenuisse, et quod reformatio ipsius constitutionis et aliarum reformatione indigentium alias commissa fuerit nobili et prudenti militi d. Azzolino legum doctori de Gubertinis de Utino, et sic adhuc ei committebatur, ita quod reformationes quas faciet de constitutionibus antedictis producere debeat in primo colloquio celebrando ad hoc, ut per ipsum d. patriarcham et deputatos vel deputandos ad hoc videre possit et diligenter examinari, et cum maiori maturitate firmari: super quibus omnibus tam per dictum d. patriarcham quam per prefatos prelatos et nobiles ibidem ut prefertur dictos et memoratos, petito ab omnibus et quibuscumque prelatis, nobilibus et nunciis communitatum existentibus in colloquio tunc ibidem celebrato, sententiatum, definitum, deliberatum et declaratum fuit per omnes, nemine penitus discrepante, quod dicte cassatio, irritatio et annullatio constitutionis predicte alias facte in dicto parlamento de mense novembris Aquilegie celebrato valuerant et tenuerant, et quod omnes qui tunc temporis cassationi et irritationi expresse non contradixerant presumi debeat ipsis cassationi et irritationi totaliter consensisse, et quod dicta constitutio saltem ab eo tempore citra non valuit nec tenuit nec ullam habuit nec habere debuit roboris firmitatem sed pro cassa et irrita censeri debet et debuit penitus et haberi. Et sic multi qui ibi presentes erant et interfuerant etiam dicto parlamento alias de dicto mense novembris celebrato affirmaverunt se fuisse illius opinionis quod dicta constitutio pro tunc et in antea deberet esse et remanere cassa et irrita, licet quod tunc de ea cassanda nihil expresse dixissent, sed simpliciter et sub breviloquio aliorum consilia commendassent. Insuper deliberatum fuit per omnes qui aderant dicto parlamento, quod suprascriptus ordo datus per ipsum d. patriarcham circa correctionem et reformationem constitutionis predicte et aliarum reformatione indigentium debeat adimpleri et integraliter observari.

Actum ut supra in patriarchali palatio Aquilegie in sala magna superiori.

Ego Iohannes q. d. Gubertini de Novate Utini habitans publicus imperiali auctoritate notarius et prefati d. patriarche officialis et scriba premissis omnibus interfui et de mandato ipsius d. patriarche scripsi et publicavi, meumque hic signum apposui consuetum in testimonium premissorum.

CCLIII.

Udine, [1373], 25 Marzo. — *Il consiglio del comune di Udine elegge i suoi rappresentanti al parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini to. V, f. 280 nell'archivio comunale presso la biblioteca civica di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XXV martii. Super propositis de eligendis aliquis ex parte communis Utini ad eundum ad parlamentum generale celebrandum deo dante in Aquilegia, electi fuerunt ser Salonus de Savorgnano, d. Azolinus legum doctor et Nicolaus de Gabrielis.

CCLIV.

Udine, [1373], 28 Marzo. — *Il comune di Udine manda i suoi rappresentanti al parlamento riunito ad Aquileia.*

MSS. A manca. B racc. Bianchi n. 4650 dal registro originale del cameraro allora esistente nella racc. Ciconi a S. Daniele. EDD. inedito. TESTO da B.

Die XXVIII martii; d. Elias legum doctor, Absalon de Savorgnano, et ser Nicolaus d. Gabrielis missi sunt ambaxiatores Utini ad dominum nostrum patriarcham in Aquilegia super facto colloquii generalis in eodem die celebrati.

CCLV.

Pinzano, 1374, 18 Aprile. — *Il vicedomino del patriarcato invita i rappresentanti del comune di Cividale ad intervenire al consiglio del parlamento.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Bianchi n. 4673 da c. nella racc. Guerra. EDD. inedito. TESTO da B.

Prudentibus viris Rodulfo de Portis et Altrusino de Civitate nobis sincere dilectis. Franciscus de Savorgnano d. nostri d. patriarche Aquilegensi vicedominus generalis.

Carissimi. Propter nonnulla occurrentia ardua decrevimus ex iniuncti nobis officii debito die dominica proxima ad octavam, in terra Utini generalis colloquii consilium celebrare. Fidelitatem igitur vestram qua domino nostro et Aquilegensi ecclesie constricti estis, tenore presentium attente requirimus, mandantes quatenus consilio huiusmodi alter vestrum studeat, causa cessante qualibet, interesse.

Datum in castro Pinzano die XVIII aprilis, indictione XII.

CCLVI.

Udine, 1374, 19 Aprile. — *Il vicedomino Francesco di Savorgnano invita i rappresentanti di Gemona ad intervenire al consiglio del parlamento.*

MSS. A or. cart. nell'archivio di Gemona, Lettere di principi, fol. 13 t. EDD. inedito. TESTO da A.

Franciscus de Savorgnano d. nostri M[arquardi] patriarche Aquilegensis vicedominus generalis.

Carissimi. Consilio generalis coloquii quod super arduis patrie statum tangentibus die dominica ultima huius mensis aprilis in terra Utini decrevimus celebrari interesse sub iuramento debito debeatis. Datum Utini die XVIIII aprilis, indictione XII.

A tergo

Prudentibus viris Iuliano Brugno vel Nicolao Francischini de Glemona sincere dilectis.

CCLVII.

Portogruaro, 1374, 22 Maggio. — *Il patriarca Marquardo invita i rappresentanti del comune di Gemona ad intervenire al parlamento.*

MSS. A or. cart. nell'archivio di Gemona, Lettere di principi, fol. 4 r. EDD. inedito. TESTO da A.

Marquardus dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha.

Fideles carissimi. Consilio generalis colloquii quod super arduis decrevimus die veneris proxime futuro in terra nostra Utini celebrare interesse sub sacramento debito debeatis.

Datum castro nostro Portusgruarii die dominico XXII mai indictione XII.

A tergo

Consiliariis nostris generalis colloquii pro comuni Glemone nobis dilectis.

CCLVIII.

Udine, 1374, 8 Settembre. — *Il consiglio del parlamento, dopo aver ascoltato alcuni reclami, delibera di rimettere al prossimo parlamento i provvedimenti intorno all'esportazione dei grani.*

MSS. A manca. B c. nella busta parlamenti, nella biblioteca civica di Udine. EDD. inedito. TESTO da B.

Millesimo tricentesimo septuagesimo quarto, indictione XII, die VIII mensis septembris. Convocato et congregato [consilio] colloquii generalis in terra

Utini in sala domus communis Utinensis per egregium et potentem militem d. Franciscum militem de Savorgnano d. nostri d. patriarche Aquileiensis vicedominum generalem, in quo consilio interfuerunt venerabilis vir d. Marquardus plebanus Glemonae et nobiles et discreti viri dd Byanchinus et Iacomutius de Purciliis, Paganus et Salonus de Savorgnano, Nicolaus de Ragonea.... Azzolinus miles de Gubertinis, et Elias fratres de Utino, Iohannes de Monticulis vicarius in temporalibus; Doymus de Castello, Vuicardus de Prampergo, Guielmus de S. Daniele, Rudulphus de Portis, Ottacus de Civitate.... Fantus, Fantussius della Frattina, Nicolaus q. Gabrielis Utinensis, Zulianus Brugnis de Glemona etc. In quo quidem consilio primo lecta fuit quedam littera, qua adducebatur....... pro parte....... V. Arvi de Ragonea habitantis in Madrisio.......

Item pro parte Civitatis Austriae facta fuit ambaxaria per.. ..... de novitate facta per Steffanum Sbrugi de Cormono in personam........ capiendo absque aliqua causa, et modo scripsit per duas litteras ipsi Iohanni........ relaxari quod veniat cum colligatis suis de...... Super quibus communitas Utinensis et Glemone etiam supplicavit de remedio opportuno.

Item providus Gubertinis conquestus est de novitate quam facit Benevenutus.. ..... Aquilegie contra bona et massarios pro tertia parte domine Thadee filie olim ser Margarite........ Item proposuit dictus vicedominus super facto litterarum, quas miserunt Trauner et Famius et socii sui. Deliberatum fuit quod scribatur super hoc comiti, capitaneo Goritiae et dicto Trauner.

Item super facto victualium non ducendarum extra patriam: deliberatum fuit quod convocetur parlamentum, et in hoc detur ordo.

CCLIX.

Udine, [1375], 22 Gennaio. — *Il consiglio del comune di Udine delibera di dare venti ducati d'oro al dottor Elia de Gubertinis che deve andar a Venezia a nome delle comunità Friulane, insieme agli ambasciatori dei prelati e dei nobili per trattare intorno alle differenze fra il patriarcato e la repubblica.*

MSS. A Annales civitatis Utini to. VI. EDD. inedito. TESTO da A.

Die Mercurii XXV mensis aprilis. Deliberatum fuit in pleno consilio quod camerarius de pecunia communis det et solvat d. Elie de Gumbertinis legum doctori ducatos aureos XX pro expensis eius qui iturus est Venetias ad dominationem ducalem in ambaxiatorem pro omnibus communitatibus patrie una cum ambaxiatoribus prelatorum et nobilium pro tota universitate Foroiulii super vertentibus inter dominum nostrum et suam ecclesiam Aquilegensem et ipsam dominationem occasione terre Mugle. Qui viginti ducati secundum impositionem universalem factam de omnibus communitatibus patrie tangunt hanc Utinensem communitatem.

CCLX.

Soffumbergo, 1375, 4 Febbraio. — *Il patriarca Marquardo invita i rappresentanti di Gemona ad intervenire al parlamento.*

MSS. A or. cart. nell'archivio di Gemona, Lettere di principi, fol. 4 v. EDD. inedito. TESTO da A.

Marquardus dei gratia Aquilegensis patriarcha.

Carissime, decrevimus super nonnullis occurrentibus nostrum et patrie statum concernentibus consilium generalis coloquii die sabati proximo veniente in castro nostro Utini celebrare. Cui sicut honorem nostrum patrieque statum diligitis studeas omni causa postposita interesse. Datum in castro nostro Sorphenbergi die IIII mensis Februarii, indictione XIII.

A tergo

dilecto nobis Iuliano Brugno vel Nicolao Francischini de Glemona consiliario nostro.

CCLXI.

Udine, [1375], 16 Agosto. — *Il parlamento discute intorno al divieto di esportazione delle granaglie e ad altri oggetti.*

MSS. A manca. B. c. nella raccolta Ioppi da una c. fatta da Eliseo Sforza notaio nel sec. XVI dagli atti del notaio Nicolusso di S. Maria la Longa una volta esistente nell'archivio Savorgnan, busta 159. EDD. inedito. TESTO da B.

Anno domini MCCCLXXV indictione XIII die XVI augusti.

Convocato et congregato generali colloquio prelatorum, nobilium et communitatum patrie Foriiulii, Utini, in castro, in tinello per reverendum in Christo patrem et d. Marquardum dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcham, in quo quidem colloquio interfuerunt reverendus pater d. Guido episcopus Concordiensis et venerabiles viri d. abbas Mosacensis, Georgius decanus Aquilegensis Ottobonus Utinensis, Ribisinus de Civitate Aquilegensis et Civitatensis canonicus et nobiles viri domini Franciscus miles de Savorgnano vicedominus domini nostri predicti, Walterius Pertoldus miles de Spilimbergo, Paganus miles de Savorgnano, Iacomucius de Purciliis, Nicolussius de Villalta, Azulinus miles de Gubertinis, Doimus de Castello, Wolvinus de Valvasono, Pileus de Morutio, Rizardus de Strasoldo, Simon de Cucanea, Iohannes de Colloreto, Nicolaus de Polcenico, Bregonia de Sbroglavacha, Nicolaus de Maniaco, Tatarus de la Fratina, Rizardus de Prampergo, Petrus de Attems........

De Aquilegia Cichinus et Iohannes notarii, Rodulphus et Iacobus Bell........ de Civitate. Rolandinus de Ravanis capitaneus Utini et Elias de Gubertinis, Zulianus de Glemona, Ulficlerius et Nicolaus de Sacillo, Gaspar et........ de Venzono, Nicolaus notarius de Marano.

Primo propositum fuit per dominum nostrum super ordine dando et tenendo ne blada ducantur extra patriam Foriiulii.

Secundo super facto iustitie que negligit fieri in patria.

Tertio super facto feudorum.

Quarto super derobatione mercatorum.

CCLXII.

Udine, [1375], 17 Agosto. — *Al consiglio del parlamento sono presentati alcuni appelli.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Ioppi come nel precedente. EDD. inedito. TESTO da B.

Die XVII augusti convocato consilio colloquii generalis per reverendum patrem d. Marquardum dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcham in castro Utini in salla ante cameram ipsius in quo interfuerunt reverendus pater d.d. Guido episcopus Concordiensis et venerabiles viri dd. abbas Rosacensis et Mosacensis, Georgius decanus Aquilegensis, Ottobonus decanus Utinensis et Odoricus de Ragonea canonicus Aquilegensis et nobiles viri dd. Iacomutius de Purcileis, Franciscus miles et Paganus de Savorgnano, Walterius Pertoldus de Spilimbergo, Simon de Cusano, Iohannes de Monticulis, Vicardus et Doimus de Castello, Nicolaus de Maniaco, Pileus de Morutio, Bregonea de Sbroglavaca, Tatarus de la Fratina, Nicolussius de Villalta, Warnerius de Manzano, Helias de Gubertinis, Hector notarius de Utino, Odoricus de Tricano Cichinus et Iohannes notarii de Aquilegia, Rodulphus de Portis et Iacobus Bell........ de Civitate, Iulianus de Glemona.

Sironus notarius procurator ut supra, Iohannes a Puteo procurator ut supra, Petrus cerdo predictus, Leonardus Palman predictus, Ricardus de Brazacho, ... de Venzono.

Protestationes facte in dicto Consilio supra appellationibus pendentibus in curia per ipsos.

CCLXIII.

Udine, [1375], 18 Agosto. — *Al consiglio del parlamento sono presentate varie proteste.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Ioppi come nel precedente. EDD. inedito. TESTO da B.

Die XVIII augusti in consilio celebrato, Ioachinus protestatus est ut supra Ricardus de Brazacho et Gaspar notarius de Utino procuratores . . . .

CCLXIV.

Udine, 1376, 27-28 Luglio. — *Il consiglio del parlamento al quale sono aggregati molti altri parlamentari, prende varie determinazioni intorno alla lega col re d'Ungheria, alle trattative coi Veneziani ed alla difesa del paese; vengono poi deputati alcuni consiglieri che debbano assistere il sovrano nelle sue deliberazioni.*

MSS. A manca. B c. autentica del notaio Nicolò Pace dell'or. del padre Tomaso Pace notaio, esistente nel cod. lat. XIV, 49, nella R. Biblioteca Marciana di Venezia. EDD. inedito. TESTO da B.

Anno domini MCCCLXXVI indictione XIV die XXVII iulii in castro Utini in sala magna patriarchalis palatii celebratum fuit consilium generalis colloquii in quo interfuerunt consiliarii et ultra consilium infrascripti:

d. episcopus Concordiensis
Michael abbas Rosacensis
Sextensis
Bondi Mosacensis } abbates
Georgius decanus
Paganus de la Turre
Odoricus de Ragonea } canonici Aquilegenses
Ribisinus canonicus Civitatensis et Marquardus Utinensis canonicus.

.... Prepositus Carnee, nobiles et sapientes viri dd. Franciscus de Savorgnano, Bertholdus de Spegnimbergo et Simon de Walvesono milites, Rizardus de Pratta et Iohannes Furlanus de Porcilleis, Iohannes de Monticulis, Elias de Gumbertinis et Rolandinus de Ravanis iuris periti, Doymus de Castello, Simon miles, Odoricus et Iohannes de Coloreto, Petrus et Bernardus d. Osalci de Strasoldo, Iacobus de Pulcinico, Nicolaus de Prampergo, Fridericus de Fontebono, Hector de S. Daniele, Salonus de Savorgnano, Tatarus et Fantucius de Fratina, Iohannes et Prettus de Zucho, Simon de Pers, Iohanninus de Tricano, Lodoycus de Villalta, Conradus de S. Daniele, Warnerus de Manzano, Duracius de Attens, Guecelus et Iohannes notarius de Faganea, Fradonus de Brazacho, Rodulfus de Portis et Iacobus Hermani et Ottobonus provisores de Civitate Austrie, Nicolaus de Glemona, Hermanus et Fraducius de S. Vito, Montobellus et Gaschetus de Aviano, Bevilaqua de Venzono, Cambius de Tumecio, Franciscuttus de Portogruario et....... de Meduna, Hector Miulitte notarius, Cichinus et Nicolinus de Aquilegia. In dicto consilio proposita fuerunt infrascripta:

Primo de munitione et preparatione diligenter fienda pro patrie defensione conservatione et statu, deffinitum fuit quod paratus pro posse sit quilibet et attentus.

Item de conservatione domini regis Ungarie erga istam patriam facta et ibidem lecta pro se, heredibus, prelatis, principibus suis omnibus et toto regno suo usque ad annos quinquaginta proximos, diffinitum fuit quod in tam desiderabili et generoso negotio quilibet ad litteras ponat libentissimo animo sigilla sua.

Item de ambaxiatoribus iterato ad Venetias ad dominium transmittendis, diffinitum fuit quod ambaxiatores huiusmodi [transmittantur] pro novitatibus exortis et scienda certius voluntate Venetorum.

Ambaxiatores electi ad predicta d. Paganus de la Turre, d. Raynardus capitaneus de Glemona, d. Simon de Walvesono.

Item de eligendis aliquibus melioribus patrie et ydoneis cum plena auctoritate ad providendum penes d. nostrum d. patriarcham supra patrie defensione, et conservatione et statu diffinitum fuit quod predicti eligantur qui tam circa patrie defensionem, conservationem et statum, quam alia quecumque oportuna in patria etiam si guerra esse deberet una cum dicto domino nostro habeant potestatem et auctoritatem plenariam ordinandi et esponendi ut eis inde melius et utilius visum fuerit.

Item de evacuandis cortinis ita quod victualia omnia ad fortilicia reducantur, diffinitum fuit quod ita fiat.

Die XXVIII iulii ad spacium trium mensium electi pro prelatis d. abbas Mosacensis; pro nobilibus d. Rizardus de Pratta, d. Tatarus de la Fratina, d. Doymus de Castello, d. Iohannes de Coloreto, pro comunitatibus Cichinus de Aquilegia, d. Franciscus de Savorgnano, d. Rodulfus de Portis, Nicolaus de Glemona (a).

CCLXV.

Udine, [1377], 13 Marzo. — *Il consiglio del comune di Udine è convocato per la nomina dei rappresentanti al parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini vol. VI nell'archivio comunale presso la civica biblioteca di Udine.
EDD. inedito. TESTO da A.

Die XIII martii: super propositis de mittendo ambaxiatores ad generale colloquium celebrandum per d. patriarcham in Aquilegia die dominica proxima.

(a) Segue nel cod. lat. XIV, 49 un'elenco così intitolato: loca et fideles huius patrie vocati ad consilium generalis colloquii. Deve essere invece un elenco preparato per l'imposizione della taglia e dei pedoni come si vede dal fatto che a due di esse sono attribuiti i contingenti, cioè: a Monfalcone, 116 pedoni ad Aviano 1 elmo, 1 balista e 100 pedoni. Le voci sono le seguenti: d. patriarca, episcopus Concordiensis, capitulum Aquilegie, abbas Belliniensis, prepositus S. Stephani penes Aquilegiam, prepositus S. Felicis penes Aquilegiam, abbas Rosacensis, abbas Mosacensis, abbas Sextensis, capitulum Civitatense, capitulum Utini, prepositus Carnee, Prata, Porcilee, Pulcinicum, Cucanea, Partistagnum, Valvasonum, Strasoldum, Manzanum, Castellum, Varmum superius, Varmum inferius, Zeiacum, Cerneum, Avianum, Maniacum, Toppum, Spegnimbergum, S. Vitus, Sbroglavacha, Laurenzaga, Salvarolum, Meduna, Azanum, Gruarium, La Fratina, Villalta, Cavoriachum, Faganea, Murucium, Tricanum, Brazachum superius, Brazachum inferius, Fon-tanabona, Castrumpaganum, Colloretum, Mels, S. Daniel, Pers, Susanum, Ragonea, Pramper-gum, Artenea, Vendoglium, Attems, Aquilegia, Civitas Austrie, Utinum [et] Savorgnanum, Glemona, Venzonum, Tulmetium, Sacillum, Canipa, Maranum, Portusgruarium, Monsfalco.

Segue poi la seguente annotazione: MCCC-LXXVI indictione IV, die dominico XXVIII iulii, in castro Utini in magna sala patriarchali vocati sunt ad consilium generali colloquii omnes infrascripti ut venirent propter imminentia pericula informati de facultatibus ipsorum et de armigeris tam equitibus quam peditibus pro defensione et libertate propria conservanda.

CCLXVI.

Gemona, 1378, 24 Aprile-4 Giugno. — *Il consiglio di Gemona delibera d'inviare i proprii rappresentanti al parlamento e dà loro istruzioni.*

MSS. A Registro or. delle deliberaz. del comune, nell'archivio di Gemona, busta I, fasc. 1378-79, fol. 13. EDD. inedito. TESTO da A.

Die vigesima quarta mensis aprilis.

Congregato consilio maiori ad sonum compane in quo consilio interfuerunt Coradus Vizecapitaneus, Fabianus massarius, Dominicus Francischi, Turinus Brugni, Francischus abbas, Fantinus devilla provisores, magister Laurentius cengicus, Odoricus Fugarum, Iohannes Fraxinus, Leonardus Bruni, Nicolus Ghibili Arthicus Deulude, Anzichus Giglardi, Nicolutus Thomasinus, Nicolaus Tribossii, Iacobus Martini, Nicolaus magistri Stephani, Zinulinus, Leonardus a Ponte, Dominicus ser Francischi, Guarnerius, Iohannes pictor, Glemias Muzzuronus, Pussinus, Dentonus, Vuinzislaus et alii consiliarii in quo consilio interfuerunt predicti et ultra duas partes consilii.

Primo auditis proposicionibus factis per massarium, deliberatum fuit quod mittatur Utinum ad coloquium et quod ambaxiator facere debeat quod alie comunitates facient. Ellectus fuit Nicolaus ser Franceschi.

Die quarta mensis iunii.

Item quod mittatur ad colloquium Utinum. Electus fuit Leonardus notarius.

CCLXVII.

Sacile, [1378], 23 Giugno. — *Per conforme deliberazione del consiglio del parlamento il patriarca vieta l'esportazione delle vettovaglie dal Friuli.*

MSS. A or. del notaio Giovanni q. Guglielmo nella biblioteca civica di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

Marquardus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha. Carissime, iuxta deliberationem consilii nostri vim generalis colloquii obtinentis tibi harum tenore committimus mandantes, quatenus, visis presentibus, in nostra Civitate Austria in locis consuetis facies autem publice proclamari et inhiberi ne aliquis presumat farinam vel victualia alia quecumque extra patriam transducere sub pena ammissionis animalium et curruum conducentium ac victualium extraducendorum omnium, ut prefertur (a). De qua quidem proclamatione confici facias ad cautellam publicum instrumentum.

Data in castro nostro Sacili die XXIII mensis iunii indictione prima.

A tergo

dilecto nobis........ gastaldioni nostre Civitatis Austrie.

CCLXVIII.

Monfalcone, 1378, 8 Agosto. — *Il patriarca Marquardo ordina al comune di Gemona d'inviare il suo contingente militare a Monfalcone sotto la pena stabilita dal parlamento.*

MSS. A manca. B. c. nell'archivio capitolare di Udine d'onde c. nella racc. Bianchi n. 3738. EDD. inedito. TESTO da B.

Marquardus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha dilectis fidelibus capitaneo, consilio et provisoribus universis terre nostre Glemone.

(a) Sono provvedimenti amministrativi presi dal parlamento per la guerra contro la repubblica Veneta, che il patriarcato combatteva insieme al re d'Ungheria, ai Genovesi ed a Francesco da Carrara.

Fideles carissimi, pro iminentibus, vigentibusque et necessariis causis honorem et statum nostrum nostreque Aquilegensis ecclesie evidenter cernentibus, fidelitatem et dilectionem vestram tenore presentium requirimus vobis mandantes quatenus sub fidelitatis debito, quo nobis et dicte ecclesie astricti estis et pena dudum inde in nostro generali colloquio ordinata, apud nos in loco nostro Montisfalconis visis presentibus cum talia militie vos tangentis, esse, causa cessante qualibet, procuretis insignia ipsius nostre ecclesie quocumque porrexerint in Christi et gloriosissime Virginis cuius res agitur nomine, feliciter secuturi, atque per mensem in nostro et ipsius ecclesie servicio, ut opportunum extiterit permansuri.

Datum in castro nostro Montisfalconis die quinta mensis augusti indictione prima sub sigillo dilecti filii nostri abbatis Mosacensis quia carebamus sigillo nostro.

CCLXIX.

Udine, 1378, 2 Settembre. — *Il parlamento approva la lega del Patriarcato coi Da Camino.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Pirona nella biblioteca comunale di Udine, da cui c. nella racc. Bianchi n. 4743. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo octavo, indictione prima die secundo septembris. Actum in patriarchali castro Utini, in camera aquilarum infrascripti d. patriarche. Presentibus sapientibus et prudentibus viris d. Iohanne de Monticulis iuris utriusque perito generalis vicario in temporalibus infrascripti d. patriarche, Ianni q. d. Belli de Savorgnano, Hectore notario q. Odorici milite de Utino Nicolao magistri Gregorii notarii de Utino et Candido notario de S. Vito Utini habitante testibus et aliis pluribus vocatis et rogatis.

Cum inter reverendissimum in Christo patrem et dd. Marquardum dei gratia S. sedis Aquileiensis dignissimum patriarcham pro se suisque successoribus et ecclesia Aquileiensis ex parte una et egregios viros dd. Guecellonem q. nobilis viri d. Gerardi et Gerardum q. nobilis viri d. Tolberti de Camino comites Cenetenses pro se et eorum filiis et heredibus ex altera infrascriptas compositiones, pactiones, promissiones, recognitiones et obbligationes solempnes alias fuerint pertractate sic quod ipse omnes in pleno generali colloquio prelatorum, nobilium et communitatum patrie Foriiulii reformari, solempnizari, de novo stipulari, ratificari et approbari et ad maiorem cautelam partium et perpetui roboris firmitatem deberent iuxta morem et ritum patrie colloquii supradicti in talibus observatum: idcirco congregato consilio prefati generalis colloquii prelatorum, nobilium et communitatum patrie Foriiulii specialiter ad infrascripta omnia a dicto generali colloquio, obtinente solito more, ad sonum campane in camera predicta aquilarum castri Utini per prefatum d. patriarcham super infrascriptis omnibus specialiter peragendis, in quo quidem consilio et plusquam consilio interfuerunt infrascripti prelati, nobiles et communitates videlicet reverendi patres et dd. fratres Iacobus Rosacensis, Michael Sextensis Monasteriorum Abbates, venerandi viri dd. Gregorius de Tortis Aquilegensis, Iohannes Civitatensis et Ottobonus Utinensis ecclesiarum decani et Odoricus de Ragonea canonicus Aquilegensis et nobiles, egregii et prudentes viri dd. Biachinus comes Prate et Schinella de Cucanea milites, Bregonea de Pulcinico, Federicus de Savorgnano, Nicolaus de Spignimbergo, Bernardus et Iacobinus de Strasoldo, Nicolussius de Castello, Pileus de Morutio, Salonus de Savorgnano, Iohannes de Cucanea, Ulvinus de Valvasono, Iohannes, Paulus et Odoricus de Colloreto, Simon de Prampergo, Iohannes de Sbroiavacca, Francescus de Pers, Balardinus de Mels, Henricus et Facina de Partistaneo, Luisius de Villalta et Tatarus de Frattina, Cidinus et Iohannes notarii de Aquilegia, pro dicta communitate, Rodolphus de Portis et Egidius de Civitate pro dicta communitate, Rolandinus

capitaneus Utini et Azolinus de Gubertinis legum doctor et miles pro communitate Utini, Thomas et Luisius de Glemona pro dicta communitate, Romanus de Venzono pro dicta communitate, Conradus de Sacilo pro dicta communitate, Odoricus notarius de S. Vito pro dicta communitate et Mainardus de Faganea et alii quamplures facientes et constituentes consilium generalis colloquii et plusquem consilium supradictum: in quo quidem consilio et plusquam consilio habitis semel et plurius deliberationibus, solempnitatibus et maturis ex ipsius consilii tractatu, voluntate, consensu, arbitrio atque deliberatione matura et unanimi, prefatus reverendissimus pater et d.d. Marquardus patriarcha Aquilegensis pro se suisque successoribus et Aquilegensi ecclesia ac etiam prelatis, nobilibus et communitatibus patrie Foroiulii ac ipsi prelati, nobiles et communitates patrie Foroiulii et patriarchatus Aquilegensis cum voluntate expressa, deliberatione et consensu prefati d. patriarche in perpetuum pro se et eorum successoribus, filiis et heredibus ex nunc receperunt prefatos egregios viros dd. Guecellonem et Gerardum fratres et eorum filios, heredes, castra, bona, subditos fideles et servitores ad eas spectantes nunc et in futurum in perpetuam protectionem tutelam et defensionem ipsorum et Aquilegensis ecclesie, patriarchatus Aquilegensis, prelatorum, nobilium et communitatum eiusdem. Ita quod contra omnes volentes eis, vel filiis, heredibus, subditis, fidelibus et servitoribus suis iniuriare vel ipsos aliqualiter molestare, cum omni eorum posse sine fraude prefati d. patriarcha et successores seu prelati nobiles et communitates, successores, filii et heredes eorum, prefatos dd. Guecellonem et Gerardum filiosque et heredes ipsorum nec non possessiones et castra ac fideles servitores et subditos omnes ad eos nunc et in futurum, ut premittitur, pertinentes, adiuvabunt in perpetuum et defendent sic et tali modo quod prefati dd. Guecellonus et Gerardus pro se suisque filiis heredibus et successionibus in perpetuum assistent et erunt atque adiuvabunt totis eorum viribus et posse prout ibidem nominibus supradictis esse, assistere et adiuvare solemniter promiserunt et se ex nunc solempnibus stipulationibus perpetue obligaverunt, predictum d. patriarcham, Aquilegensem ecclesiam et successores suos, prelatos, nobiles et communitates patrie Foriiulii et patriarchatus Aquilegensis eorumque successores, filios et heredes ac subditos et dictum patriarchatum Aquilegensem contra quascumque volentes offendere prefatos d. patriarcham et successores suos, Aquilegensem ecclesiam, prelatos nobiles at communitates patrie Foriiulii et patriarchatus Aquilegensis et successores filios et heredes ac sudditos eorum et dictum patriarchatum Aquilegensem bona fide et sine fraude.

Item promiserunt et se solempnibus stipulationibus obligaverunt prefati d. patriarcha, prelati, nobilis et communitates patrie Foriiulii facere et procurare bona fide et sine fraude quod prefati dd. Guecellonus et Gerardus, eorumque filii, heredes et bona, castra, fideles et subditi et servitores eorum qua et quos habent et tenent ad presens, seu in futurum aquirent, erunt et recipiantur, per patentes litteras regias per regiam maiestatem Ungarie in eisdem protectione, liga et conventionibus in quibus sunt prefati dd. patriarcha, prelati, nobiles et communitates patriarchatus Aquilegensis et quod magnificus d. Franciscus de Carraria dominus Padue tamquam collegatus prefate regie maiestatis in liga prefata eisdem astabit ad eorum defensionem prout prefatis dd. patriarche, prelatis, nobilibus et communitatibus patrie Foroiulii et patriarchatus Aquilegensis assistere debet iuxta formam prefate regie protectionis et lige sic et taliter quod ipsi dd. Guecellonus et Gerardus prout ibidem contenti fuerunt et se ac filios et heredes ac subditos bona omnia solempnibus stipulationibus obligaverunt cum heredibus filiis et successoribus subditis, fidelibus et servitoribus et omnibus castris, locis terris et bonis tam presentibus quam futuris durante termino in ipsa liga contento erunt cum regia maiestate Ungarie et ipsius regno ac aliis colligatis dicte regie maiestati et prefato domino Padue iuxta formam et tenorem prefate protectionis et lige regie maiestatis prefate in omnibus et per totum; idem inter prefatos d. patriarcham prelatos, nobiles et communitates patrie Foriiulii nominibus supradictis ex parte una, et prefatos dd. Guecellonem et Gerardum dictis nominibus ex altera conventum extitit

solempniter et firmatum. Quod si contigerit, quovis modo, castra Opitergii,
Serravalli ac terram Vallis Marini seu aliquod ipsorum cum fortaliciis et eorum
iuribus et pertinentiis universis ad manus dicti d. patriarche vel successorum
suorum pervenerint, ipsa castra ac terra Vallis Marini et quodlibet ipsorum,
fortalitiis iuribus et pertinentis suis universis ipsis dd. Guecellono et Gerardo
per ipsum d. patriarcham et eius successores statim debeant effectualiter assi-
gnari, dari et tradi iure tamen antiqui feudi Aquilegensis ecclesie. Quod quidem
feudum tamquam antiquum ecclesie Aquilegensis ipsi dd. Guecellonus et Ge-
rardus ac filii heredes et successorus eorum recognoscent prout recognoscere
libere et sine omni impedimento dicto casu exsistente dicti dd. Guecellonus
et Gerardus dictis nominibus, solempnitatibus ex nunc promiserunt et se dictis
nominibus obligaverunt ab ipso d. patriarcha suisque successoribus modo pre-
dicto, et prestare debite fidelitates homagium et sacramentum et omnia et sin-
gula alia facere et prestare que fideles vassalli eorum dominis in talibus
prestare consueti sunt, tenentur et debent. Si vero predicta castra et terre
Serravalli, Opitergii et Vallis Marini, seu aliquod ipsorum ex causa aliqua ad
manus predictorum dd. Guecellonis et Gerardi seu heredum eorum filiorum
sed alicuius ipsorum quomodolibet pervenerint, tunc et eo casu ipsi dd. Gue-
cellonus et Gerardus et eorum filii et heredes ipsa castra et terras ab ipso
d. patriarche et successoribus et ipsorum quodlibet cum predictis fortalitiis,
iuribus et pertinentiis suis in feudum recognoscent et recognoscere teneantur
et obligati sint, prout ex nunc nominibus antedictis stipulatione solempni pro-
miserunt et se obligaverunt quandocumque apparebit legitime ipsa fuisse vel
fore feuda ecclesie Aquilegensis et pro eis etiam promiserunt facere et prestare
fidelitatis debite sacramentum et homagium, quod fidelis vassallus facere et
prestare in talibus consuevit, tenetur et debet ut supra. Qua quidem omnia
suprascripta et infrascripta et ipsorum quodlibet dicte omnes partes et ipsarum
quelibet iurantes corporaliter ad sancta Dei euagelia tactis scripturis solempnibus
stipulationibus, deliberationibus obligationibus, et promissionibus et..... blatio-
nibus intervenientibus promiserunt sibi invicem, quibus supra nominibus, per-
petue attendere complere ac firmiter et inviolabiliter observare, et non contra-
facere dicere vel venire per se vel alios aliqua ratione vel causa, dolo ingenio
seu fraude de iure seu de facto sub hypotheca et obligatione omnium bonorum
ipsius d. patriarche ecclesie Aquilegensis, nec non predictorum prelatorum
nobilium ac communitatum patrie Foriiulii, ac predictorum dd. Guecellonis et
Gerardi de Camino presentium et futurorum. Ceterum prefati dd. patriarcha,
prelati, nobiles, et communitates ex una et Guecellonus et Gerardus ex altera
nominibus antedictis mandaverunt, requisiverunt et rogaverunt per me infra-
scriptum publicum notarium fieri et scribi debere tria eiusdem tenoris publica
instrumenta videlicet prefati dd. patriarche, prelatis, nobilibus et comunitatibus
patriarchatus Aquilegensis unum et alia duo prefatis dd. Guecelloni et Gerardo.
Ad maiorem cautelam et roboris firmitatem mandaverunt partes ipsa quodlibet
dictorum trium istrumentorum sigillo prefati d. patriarche et ipsorum dd. Gue-
cellonis et Gerardi appensionibus communiri.

CCLXX.

Udine, 1378, 2 Settembre. — *Il consiglio del parlamento delibera l' imposizione per sostenere i pesi della guerra.*

MSS. mancano. EDD. Verci n. MDCCIV. TESTO dal Verci.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCLXXVIII indictione
prima, die secundo mensis septembris. Actum Utini super castro in sala parva
superiori declinans super curia. Constitutis coram reverendissimo in Christo
patre et domino nostro d. Marquardo dei gratia patriarcha Aquilegensis in
consilio generalis colloquii religiosis venerabilibus et nobilibus predentibus et
discretis viris dd. etc. etc.

Super expediendis pro honore et statu patrie Foriiulii, ubi quidem definitum fuit, et pro honore et statu d. regis Hungarie, cum quo (1) d. noster patriarcha et ceteri de patria, videlicet prelati, nobiles et communitates colligati sunt, ac pro tuitione patrie Foriiulii, et defensione nobilium dd. Guecellonis et Gherardi de Camino comitum et quia presens guerra tangit universaliter omnes de patria imponi debet quedam impositio per totam patriam Foriiulii videlicet etc.

CCLXXI.

Udine, 1378, 24 Settembre. — *Il patriarca Marquardo ordina al comune di Cividale di mandare il suo contingente militare a Sacile, sotto la pena stabilita dal parlamento.*

MSS. A or. cart. col suo sigillo nelle perg. com. di Cividale busta III n. 52 nel R. Museo.
EDD. inedito. TESTO da A.

Marquardus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha.
Fideles carissimi. Requisiti pro parte serenissimi d. nostri regis Ungarie ut sub pena promissionis et sacramenti maiestati sue per nos et vos factorum debeamus ad inimicorum dampna procedere, fidelitatem vestram pro parte maiestatis sue et nostre requirimus vobis, sub fidelitatis et dicti sacramenti debito nichilominus mandantes, quatenus sub pena in generali colloquio edita cum talea militie vos tangente, remota causa qualibet debeatis, esse nobiscum in Sacillo, die martis proxima, mansuri et equitaturi nobiscum pro nostro et Aquilegensis ecclesie statu quosuque exstiterit oportunum. Datum in castro nostro Utini die XXIII septembris indictione prima.
A tergo
Civitas Austria.

CCLXXII.

Udine, 1378, 18 Ottobre. — *Il patriarca ordina al comune di Gemona di versar la quota che gli spetta del prestito forzato stabilito dal parlamento e vieta ogni commercio coi paesi del nemico.*

MSS. A manca. B c. nell'archivio capitolare di Udine d'onde c. nella racc. Bianchi n. 4746.
EDD. inedito. TESTO da B.

Marquardus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha dilectis fidelibus nostris capitaneo, consilio et communi terre nostre Glemone.
Fideles carissimi. Nuper per consilium parlamenti, vim obtinens a dicto parlamento, deliberatum extitit et firmatum quod pro solutione peditum existentium in la Motta, bastita S. Steni, Aquilegie et aliis locis in confinibus quorum iam terminus expiravit, ne patria periculum perditionis incurrat, certa quantitas pecunie mutuo a vobis et nonnullis aliis requiratur usque ad festum S. Andree proximi restituenda: et idcirco cum de hoc mutuo quinquaginta marche solidorum fidelitatem vestram tangant, eamdem requirimus et hortamur attente, quatenus usque ad diem veneris nunc futurum, Utinum huiusmodi quantitatem pecunie modo premisso concedandam mittere, remota causa qualibet, debeatis ubi debitores ydonei atque fideiussores invenietis qui pro restitutione dicte pecunie ad terminum antedictum se solempniter obligabunt, pro eo quod impositio octo denariorum pro foco alias imposita non potuit integraliter exigi usque modo et nobis et toti patrie facietis complacentiam specialem.
Datum in castro nostro Utini die XVIII octobris, indictione prima.

(1) B dictum.

Insuper mandamus vobis ut auctoritate nostra faciatis publice proclamari quod nullus undecumque sit audeat ire venari Latisanam seu Venetias et alia loca inimicorum nec ab inde redire cum aliquibus mercimoniis sive rebus sub pena perditionis omnium que portaret, quorum medietas deveniat nobis alia recipientibus.

CCLXXIII.

Udine, 1378, 24 Ottobre. — *Il capitano generale del patriarcato invita il comune di Gemona a pagar la quota che gli spetta delle spese sostenute dal giurisperito Raimondo deputato dalle camunità, in parlamento, ad assistere il patriarca nel governo.*

MSS. A or. cart. nell'archivio comunale di Gemona. EDD. inedito. TESTO da A.

Schinella de Cucanea domini nostri patriarche capitaneus generalis. Vobis tenore presentium intimamus quod super expensis factis in S. Daniele per d. Raymundum iuris peritum quando associavit d. nostrum d. patriarcham, qui fuit electus pro parte comunitatum ad assistendum ipsi domino nostro........ ubicumque esset expediens, prout bene sciunt vestri ambaxiatores qui tunc dicto colloquio et dicte electioni interfuerunt; vos tangit ducatum unum cum dimidio. Idcirco amiciciam vestram ortamur........ nichilominus de mandato dicti domini nostri nobis ex parte facto, mandamus quatenus nuncio seu presentatori presentium pecuniam consignetis ne experiamini graviora que eorum occasione incurretis.

Datum Utini die XXIV octubris, indictione I, MCCCLXXVIII.

A tergo

Circumspectis viris capitaneo, consilio, hominibus et comuni terre Glemone, amicis carissimis.

CCLXXIV.

Aquileia, 1378, 1 Dicembre. — *Il patriarca invita il comune di Gemona a mandare un suo rappresentante al consiglio del parlamento.*

MSS. A or. cart. nell'archivio di Gemona, Lettere di principi, fol. 5 to. EDD. inedito. TESTO da A.

Marquardus dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha.

Fidelis carissimi. Mandamus vobis quatenus die dominica proxima apud nos Utini esse studeatis super arduis patrie una cum consilio nostro salubrius provisuri.

Datum in nostro patriarchali palacio Aquilegie die primo decembri indictione prima.

A tergo

capitaneo, consilio ac comuni terre nostre Glemone.

CCLXXV.

Udine, [1378], 12 Dicembre. — *Il cameraro del comune di Udine paga una somma, come salario, a Salone di Savorgnano deputato dalle comunità fra i consiglieri del parlamento ad assistere il patriarca nel governo, secondo il deliberato del parlamento stesso.*

MSS. A manca. B c. nel cod. dipl. Frangipane da cui c. nella racc. Bianchi n. 4754. EDD. inedito. TESTO da B.

Die XII decembris. Deliberatum fuit per colloquium et consilium colloquii quod tres consiliarii ire et stare deberent cum d. nostro patriarcha ubicumque

esset per tres menses, scilicet unus ex prelatis, unus ex nobilibus, et unus ex communitatibus; elegerunt pro primo mense d. Solonum de Savorgnano cui provisum fuit de quinquaginta ducatis pro quinque equis in rationem decem ducatorum pro quolibet equo, de quibus tangunt huic communitati ducati viginti quinque; et elapso dicto mense alii debent subrogari: cui Solono idem ser Nicolaus camerarius dedit dictos XXV ducatos in ratione denariorum saxaginta septem cum dimidio, et ascendunt ad summam marcharum denariorum X et denariorum septuaginta septem cum dimidio, et huiusmodi mensis terminus incepit die veneris decimo septimo decembris.

CCLXXVI.

Udine, 1379, 24 Gennaio. — *Il patriarca invita il comune di Gemona a mandare un suo rappresentante al parlamento generale.*

MSS. A or. cart. nell'archivio di Gemona, Lettere di principi, fol. 6. EDD. inedito. TESTO da A.

Marquardus dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha.

Fideles carissimi. Ad providendum super adventu societatis inique que patriam intrare et destruere disposuit et super aliis arduis patrie statum cernentibus, generali colloquio quod in castro nostro Utini die dominica proxima decrevimus celebrare, interesse sicut patrie statum diligitis debeatis.

Datum in castro nostro Utini die XXIV ianuarii indictione II.

A tergo

Capitaneo, consilio et comuni terre nostre Glemone.

CCLXXVII.

Soffumbergo, 1379, 10 Febbraio. — *Il patriarca invita il comune di Gemona a mandare un rappresentante al consiglio del parlamento.*

MSS. A or. cart. nell'archivio di Gemona, Lettere di principi, fol. 6. EDD. inedito. TESTO da A.

Marquardus dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha.

Fideles carissimi. Volentes super arduis intervenientibus die .... proxime venturum generalis coloquii celebrare consilium fidelitatem et .... tenore presentium vocavimus vobis districte mandantes ut sicut pa[trie] .... consiliarium vestrum faciatis ipso consilio causa cessante qualibet [interesse].

In castro meo Sophumbergi die X februarii indictione secunda.

A tergo

dilectis fidelibus nostris capitaneo consilio et comuni terre nostre Glemone.

CCLXXVIII.

Udine, [1379], 16 Marzo. — *Il consiglio det comune di Udine elegge i suoi rappresentanti al parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini, VI, 209. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XVI martii electi ad eundum Cividatum ad generale colloquium dd. Elias de Gumbertinis, Salonus de Savorgnano, ser Missius, et d. Raynaldus.

CCLXXIX.

Udine, 1379, 16 Maggio. — *Il patriarca coll' assenso del capitolo Aquileiese e del parlamento loca per sei anni alla comunità di Cividale, la gastaldia di Tolmino, avendone ricevuto a prestito 6000 fiorini d' oro per provvedere alle necessità della guerra.*

MSS. A perg. or. nel R. Museo di Cividale, perg. capitolari, to. XV, n. 3. EDD. LAZZARINI: *La cessione di Tolmino alla comunità di Cividale*, nel *Nuovo Archivio Veneto* N. S. to. XXXII p. 159 da A. TESTO da A.

In Christi nomine amen. Cum dudum nostra Aquilegensis ecclesia, predecessores nostri et nos Marquardus dei gratia Aquilegensis patriarcha essemus in nostris territoriis et confinibus a Venetis acriter et multipliciter aggravati, et precipue in confinibus et territoriis civitatis Aquilegie, Portugruarii, Marani et Mugle ac aliarum terrarum in confinibus positarum, qua de causa sepe et sepius nostros speciales nuncios et ambasiatores solempnes misimus ad dominium Venetorum, ut placeret eis super differentiis confinium predictorum apponere remedia opportuna, ut omnis amor et vera caritas vigeret et splenderet inter partem utramque et antiqua amicicia conservaretur et ut cessaret omnis materia scandali que inter partes posset peroriri, a quibus ambaxiatores nostri predicti in effectu nullam gratam responsionem habuerint, imo quod deterius erat, post subiugationem civitatis Tergestine per dictos Venetos factam, clausa erat indebite nobis et subditis nostris per mare et per terram omnis via ducendi salem, ribolium, bladum, farinam et omnia alia mercimonia, que vie nobis et subditis nostris semper fuerunt aperte ante subiugationem predictam unde clausure viarum predicte cedebant nobis et subditis nostris in grave preiudicium et iacturam et maxime in preiudicium terre Mugle que de se victualia non habebat et modo nec per nos nec per subditos nostros eidem poteramus facere deportari cum per mare et per terram clausa esset via per Venetos antedictos nec cives nostri Mugle poterant salem et vina eorum vendere occasione predicta, de quibus communiter vivere solent. Item notorium et manifestum est per publica instrumenta et privilegia antiqua quod strate Istrie et omnes vie per terram ad Aquilegensem ecclesiam pertinent pleno iure; considerantes autem quod per hos modos et vias Veneti anelabant terram predictam Mugle et alias terras et loca nostra Istrie eorum dominio subiugare; considerantesque quod per nos magne potentie Venetorum resistere non valebamus, deliberavimus prius partecipato consilio cum prelatis, nobilibus et communitatibus patrie nostre Foriiulii olim bone memorie d. nostro pape Gregorio undecimo humiliter supplicantes ut super differentiis antedictis suum dignaretur consilium et auxilium impartire, et si prefato d. pape videretur, cum suo consilio, auxilio et favore volebamus ligam et unionem facere procurari cum serenissimo principe et d.d. Lodovico dei gratia Ungarie, Polonie etc. rege, ut iura nostra et nostre Aquilegensis ecclesie melius possemus defenderi et tueri. Quam ligam et unionem recolende memorie serenissimus princeps d.d. Karolus divina providentia Romanorum imperator consuluit fore per nos cum magna instantia procurandam: quia per dictum d. regem nobis et ipsi nostre Aquilegensi ecclesie poterant multi favores et auxilia liberaliter condonari, attenta eius potentia infinita et eius vicinitate nobis satis propinqua. Quam etiam ligam et unionem prefatus d. noster papa consuluit pro statu nostro et nostre Aquilegensis ecclesie fore, cum aviditate cordis, umiliter et cum magna instantia procurandam. Que liga et unio concedente domino et divina gratia inspirante fuit scripturis publicis et signis autenticis perpetualiter roborata et firmata. Postquam ligam et unionem sic roboratam et firmatam propter multas violentias et pressuras d. nostro regi et collegatis suis per Venetos illatas, prefatus d. noster rex per suas patentes literas demandavit quod Venetos difidare deberemus in rebus pariter et personis, et sic per nos factum est et etiam

per totam patriam Foriiulii, et approbatum fuit in pleno parlamento in terra nostra Sacili specialiter congregato. Post quam defidationem sic factam immediate per speciales literas et nuncios ducalis dominii Venetiarum a Venetis defidati fuimus, nos cum tota patria Foriiulii antedicta. Post quorum defidationem Veneti prelibati per mare per terram nobis et nostre Aquilegensi ecclesie gravissima dampna intulerunt et precipue locis et castris nostris in Istria situatis, que quasi desolata erant per incendia, captiones hominum, spolia et rapinas super quibus necessarium erat provideri de remediis opportunis. Et ideo ut Venetis precludatur via quelibet nos et nostros subiectos offendendi et damnificandi ex debito ecclesie ad quod tenemur cura vigili et magna solicitudine provocati fuimus ad convocandum generale patrie Foriiulii colloquium et parlamentum in quo una cum prelatis, nobilibus et communitatibus Foriiulii deliberaremus de remediis opportunis, ubi mature tractavimus de bona et fida custodia ac totali defensione predictorum locorum nostrorum pro quorum locorum custodia et defensione deliberatum fuit quod insolita onera pecuniarum pauperibus et divitibus singulariter ponerentur (1), ut cum predictis pecuniis ad stipendium nostrum vocarentur viri in armis experti qui custodire deberent terras et castra nostra contra potentiam Venetorum. Et ita deliberatum fuit in dicto parlamento. Sed quia ille pecunie non sufficiebant ad tanta onera expensarum, et propter graves expensas per nos in presenti guerra factas, eramus pecuniis omnibus exinaniti et in multis pecuniis aliis obligati, convocari fecimus iterum parlamentum ad deliberandum et providendum super locorum et castrorum custodiis et defensionibus antedictis, ibique proposuimus urgentes nostras necessitates et evidentes utilitates nostre Aquilegensis ecclesie, et quod magno et gravi onere debitorum oppressi eramus, ita quod nesciebamus quomodo et qualiter antedicte custodie providere deberemus, cum propter guerram presentem medietate omnium fructuum et proventuum nostre Aquilegensis ecclesie essemus privati scilicet in mutis, gabellis, censu Istrie, decimis (2) et aliis. Et ne dictum parlamentum presumere posset de pecuniis per nos cumulatis, proposuimus et notorium erat quod ultra viginti quatuor milia ducatorum persolvimus apostolice camere in quibus nos et predecessores nostri eramus obligati. Item notorium erat quod pro recuperatione contrate Tulmini curie et castri ibidem, quam et quod comes Goricie detinebat, et ipsius curie et castri reformatione et nova instructione, et pro fabrica castri Portugruarii et reformatione castri Sacili, castri S. Viti, castri et palatii Montisfalconis, castri Turris et aliorum locorum causa brevitatis in hac scriptura non inserendorum, ultra triginta quatuor millia ducatorum erant expensa; item pro reformatione maioris ecclesie Aquilegensis que ruinata erat propter terremotum expensa fuerunt per nos ultra novem millia ducatorum, ita quod evidenter apparebat nos fore pecuniis omnibus vacuatos. Item proposuimus quod quasi omnis redditus et proventus nostri et nostre Aquilegensis ecclesie per nos alienati erant pro anno presenti et futuro et maxime gastaldia Carnee, gastaldia Antri et gastaldia Faganee cum pluribus aliis gastaldiis, et ultra hoc eramus magno onere debitorum mutuo acceptorum oppressi, ita quod necessarium et opportunum erat providere de custodiis antedictis ut evidenti utilitati et urgenti necessitati nostre Aquilegensis ecclesie succurrere et providere possemus. Quibus peractis et propositis ante consilium parlamenti in quo interant d. episcopus Concordiensis, d. abbas Rosacensis, abbas Sextensis, abbas Mosacensis, decanus Aquilegensis, decanus Civitatensis, decanus Utinensis, prepositus Carnee et alii quamplures clerici et canonici ecclesiarum predictarum, quam alia magna multitudine clericorum; in eodem quoque colloquio interfuerunt quasi omnes meliores nobiles dicte provincie Foriiulii et omnes communitates non per se, sed per earum nuncios speciales. Qui omnes unanimiter et concorditer deliberaverunt pro evidenti utilitate et urgenti necessitate supradicte nostre Aquilegensis ecclesie et totius patrie Foriiulii et Istrie quod necessarium erat nobis et nostre Aquilegensi ecclesie super bonis nostris et dicte nostre Aquilegensis ecclesie sedecim millia flore-

(1) LAZZARINI: poneretur. (2) LAZZARINI omette: et aliis.

norum invenire ne propter defectum pecunie castra Istrie ad manus inimicorum perveniant et ne a gremio ecclesie nostre propter suffragia eis non impensa perpetuo separarentur. Et quia notorium erat quod nos Marquardus patriarcha pecunias aliquas non habebamus nec mobilia aliqua generis cuiuscumque que vendere aut obligare possemus occasione predicta, deliberatum extitit pro evidenti utilitate et urgenti necessitate nostre Aquilegensis ecclesie quod cum consensu et voluntate capitoli nostri Aquilegensis fructus, redditus et proventus contrate Tulmini venderemus, locaremus aut alienaremus, seu ipsam contratam Tulmini pignori obligaremus usque ad sex annos proxime nunc venturos, et elapso tempore sex annorum usque ad tempus quo per nos aut nostros successores seu nostram Aquilegensem ecclesiam predicti fructus aut contrata predicta redimi posset. Et de fructibus ac contrata Tulmini specialiter deliberatum fuit ideo quia alias redditus et proventus non habebamus ut superius exposuimus et toti parlamento lucide notorium erat. Et certum est, deo propitio, quod si talis alienatio seu locatio, sive pignoris obligatio fiat, quod meliora inde nostre Aquilegensi ecclesie sequentur, et in hac parte eligitur quod procul dubio erit Aquilegensi ecclesie profuturum; et talis alienatio sive locatio seu pignoris obligatio suspecta dici non potest quia ex qualibet dictarum obligationum multa lucra et commoda eidem nostre Aquilegensi ecclesie sunt effectualiter secutura et damna intollerabilia evitantur quod tota Istria a iugo servitutis Venetorum totaliter liberatur, patria quoque Foriiulii sale, oleo, vino, ribolio non privatur per quorum privationem dicta patria damna intollerabilia pateretur. Qua deliberatione sic habita, et in parlamento firmata, nolentes inconsulto consilio clericorum ad alienationem, pignorationem, aut locationem aliqualiter procedere, nisi prius solempniter convocato toto clero et presbiterio antedicto vocato, omnia supradicta coram eis proposuimus et narravimus ubi solempniter et mature tractavimus, et unanimiter et concorditer deliberavimus quod ad alienationem, aut locationem seu pignorationem contrate Tulmini aut fructuum et reddituum et iurium eiusdem procedere deberemus prout Aquilegensi ecclesie supradicte crederemus melius expedire ex quo pecunias et alia mobilia non habebamus prout notorium erat toti presbiterio antedicto, quia evidens utilitas et urgens necessitas de presenti nunc urget si volumus castris et locis in Istria situatis celeriter subvenire ne a gremio Aquilegensis ecclesie perpetuo separentur. Et quod tempus acceptabile erat pro nobis et ipsa Aquilegensi ecclesia quia Ianuenses qui serenissimo d. regi Ungarie patrie Foriiulii in presenti guerra colligati iam portos Istrie aplicuerunt cum apparatu maximo galearum, sub quorum umbra et potentia infinita, omnes Istrie civitates, loca et castra que ad dictam nostram Aquilegensem ecclesiam pertinent pleno iure, ut constat per publica documenta et privilegia, recuperari poterunt, que de presenti contra deum et iustitiam sunt a Venetis occupata in grave dannum et preiudicium nostre Aquilegensis ecclesie supradicte; et maxime vigore pactorum in liga et unione cum d. nostro rege specialiter facta initorum, que continet: quod si contingat d. nostrum regem Ungarie per se aut eius colligatos aliquas civitates, bona, loca aut castra acquirere que fuissent vel pertinuissent ad dictam Aquilegensem ecclesiam quod illa devenire debeant ad nos et ad ipsam ecclesiam; qua deliberatione sic habita et firmata iterato convocato toto clero antedicto, coram eis proposuimus et narravimus ut de prefata alienatione, seu pignoratione, aut locatione magis solempniter tractaremus. Quibus propositis et narratis, unanimiter et concorditer deliberavimus sic primo asserentes hanc alienationem, sive locationem sive pignorationem dicte nostre Aquilegensi ecclesie fore utilem et fructuosam. Qua deliberatione sic habita et firmata iterato convocato dicto clero toto cuncta coram eis proposuimus et narravimus: qui unanimiter et concorditer deliberavimus sicut prius. Qua propter, visa necessitate et utilitate predictis, requiri fecimus communitatem Civitatensem et quamplures alias, si vellent fructus, redditus et proventus totius castaldie Tulmini emere, aut ad locationem seu pignorationem recipere, cum omni iure, iurisdictione et garito ad nos et ecclesiam nostram Aquilegensem spectantibus et pertinentibus usque ad sex annos proxime nunc venturos: et licet plures

apparuissent emptores seu conductores aut nomine pignoris receptores, apparuit communitatem Civitatensem predictam maiores pecunie summas offerre ceteris aliis, et ad leviora minusque damnosa pacta pro Aquilegensi ecclesia condescendere aliis, asserens dicta communitas quod in tali necessitate nobis ac nostre Aquilegensi ecclesie non poterat deficere quoque modo; asserens etiam dicta communitas quod si ad perfectionem huius contractus utraque pars voluerit prosilire, quod nos patriarcha bene sciebamus quod pro custodia castri Tulmini, curie et contrate ibidem tales essent eligende persone que custodiarum et guerrarum haberent experientiam et doctrinam pro quarum personarum laboribus et mercede duplicata salaria et stipendia essent absque dubio concedenda, et etiam sciebamus quod communitas Civitatensis antedicta erat oppressa magno onere debitorum propter multas expensas factas in hac guerra presenti: et si ad emptionem, locationem aut pignorationem dictorum fructuum contrate et castrorum Tulmini aliqualiter procederetur, expediens erat quod communitas antedicta pecunias reciperet ad usuras, et ad aliquarum rerum suarum alienationem procederet, que de presenti vendi non possunt pretio competenti nisi in predicte communitatis preiudicum et iacturam, que omnia haberent concernere damna et interesse communitatis prefate; item sciebamus quod in presenti guerra maior et per plures personas esset adhibenda custodia in castro et contrata Tulmini quam temporibus retroactis; item sciebamus quod in anno presenti est maxima caritudo vini; item sciebamus quod ad custodiendam contratam Tulmini in hoc tempore guerre expediens erat plures equos tenere, ut quando expediens esset, equites possent ad passus (a) celerius devenire. Quibus omnibus sic propositis et narratis, nos patriarca et totus clerus videntes evidentem utilitatem et urgentem necessitatem Aquilegensis ecclesie et communitatem Civitatensem predictam ad meliora pacta condescendere, et quod antedicta communitas satis iuste et rationabiliter se movebat, cum voluntate et consensu dilectorum in Christo filiorum nostrorum decani, canonicorum et capituli supradicte nostre Aquilegensis ecclesie dedimus, tradidimus, concessimus et locavimus nomine nostro et successorum nostrorum et eiusdem nostre Aquilegensis ecclesie dilecto fideli nostro Rodulfo de Portis recipienti vice et nomine communitatis Civitatensis predicte omnes et singulos fructus, redditus et proventus contrate supradicte Tulmini ad nos et nostram ecclesiam Aquilegensem pertinentes, cum omni iure et iurisdictione et garito ad nos et ipsam ecclesiam Aquilegensem pertinente et spectante ac tota castaldia ac omnibus et singulis ad eandem castaldiam quovis modo spectantibus et pertinentibus et hoc usque ad sex annos proxime nunc venturos pretio marcharum solidorum sex millium. Quas nos patriarcha nomine nostro et dicte nostre Aquilegensis ecclesie confessi fuimus et tenore presentium profitemur debuisse et integre in prompta et numerata pecunia recepisse a dicto Rodulpho dante et solvente vice et nomine communitatis Civitatensis predicte, et eas in evidentem utilitatem et urgentem necessitatem dicte nostre Aquilegensis ecclesie pro parte convertisse, et aliam partem velle convertere, transferendo nos personaliter ad partes nostras Istrie cum magna comitiva proborum virorum ad nostrum stipendium vocatorum pro opportunis remediis apponendis, circa res, bona et personas et circa loca et castra Istrie, que propter multas oppressiones Venetorum predictorum perpetue subiacebant, nisi per nos et nostros eisdem provideretur de remediis opportunis. Hiis pactis et conditionibus habitis et firmatis inter partem utramque: Primo quod annus concessionis, et locationis predicte incipiat in festo S. Georgii proxime nunc preteriti et si per officiales nostros aliquos fructus, redditus aut proventus ex dicta castaldia, iurisdictione aut garito dicte contrate Tulmini essent exacti a dicto inchoato termino hucusque, quod communitati Civitatensi predicte libere restituantur. Item quod dicta communitas Civitatensis teneatur et debeat suis sum-

(a) Intende evidentemente ai valichi alpini del Predil e della bassa valle dell'Isonzo, verso Gorizia e la pianura Aquileiese.

ptibus et expensis servire nobis patriarche per tres menses cum viginti sex equis quando continget nos transferre ad partes Istrie pro custodia et defensione locorum et terrarum nostrarum et dicte nostre Aquilegensis ecclesie ita quod prefata communitas Civitatensis teneatur castrum, curiam et contratam Tulmini custodire suis sumptibus et expensis usque ad sex annos proxime nunc venturos inchoandos in festo S. Georgii preterito nuperrime ut prefertur; pro quorum castrorum et contrate Tulmini custodia, nec non pro expensis fiendis circa custodiam antedictam, et pro recompensa quorundam damnorum et interesse que patitur communitas antedicta, ratione contractus presentis, accipiendo pecunias ad usuras, et alias faciendo in eius preiudicium et iacturam prout superius est expressum et etiam pro recompensa et satisfactione expensarum factarum per dictam communitatem Civitatensem in stipendiariis tam equestribus quam pedestribus in serviciis et de mandato nostro ac nostre Aquilegensis ecclesie in patria Foriiulii et Istrie pro ipsius defensione in guerra presenti quam habemus cum Venetis antedictis, ac etiam pro damnis et expensis que dicta communitas substinuit in guerra predicta pro emenda equorum et perditione multarum rerum de quibus manifestum est nobis patriarche quod damna et interesse dicta communitas substinuit et est passa de mandato nostro; nos patriarcha pro nobis, nostrisque successoribus ac vice et nomine nostro et Aquilegensis ecclesie, facta, ac diligenter examinata et calculata ratione dictarum expensarum factarum per dictam communitatem, ut premittitur, ac damnorum et interesse que et quod dicta communitas passa est et substinuit, volens nostris fideliter obedire mandatis et recognoscentes nos patriarcha de iure teneri et obligatos fore eidem communitati ad restaurationem dictarum expensarum damnorum et interesse, ac etiam cognito et diligenter inspecto per nos quod expense fiende per dictam communitatem ad custodiam contrate et castrorum Tulmini predictorum, adiunctis supradictis expensis dampnis et interesse habitis, factis et fiendis per dictam communitatem ascendunt et ascendere possunt communi extimatione facta ad summam sex millium marcharum solidorum, promisimus et cum solempni scripto nos obligavimus nos et nostre Aquilegensis ecclesie ac successorum nostrorum nominibus, et stetimus dare eidem communitati Civitatensi marchas solidorum sex millia a festo S. Georgii proxime nunc preteriti usque ad sex annos proxime nunc venturos. Item quod elapsis dictis sex annis communitas Civitatensis (1) antedicta, solutis sibi predictis sex millibus marchis solidorum pro custodia deputatis ac damnis et interesse, ac aliis superius expressatis, teneatur immediate castrum, curiam et contratam Tulmini in manibus nostris seu successorum nostrorum, aut vacante sede Aquilegensi, in manibus capituli Aquilegensis, cum per dictum capitulum communitati predicte antedicta pecunia traderetur, libere restituere et efficaciter relaxare. Et si pecunie predicte pro custodia damnis et interesse aliisque causis expressatis superius deputato persolute non fuerint per nos aut successores nostros aut vacante sede per dictum capitulum Aquilegense quindecim diebus ante festum S. Georgii aut quindecim diebus post, tunc pro rata quantitate sex millium marcharum solidorum videatur pro parte utriusque iterum conductio et locatio celebrata aut confirmata per annum sequentem et videatur custodia castri, curie et contrate Tulmini communitati predicte Civitatensi confirmata et assignata pro rata quantitate sex miilium marcharum solidorum per annum illum sequentem, et sic de anno in annum. Item quod nos aut nostri successores aut vacante sede capitulum Aquilegense, elapsis dictis sex annis, non possimus neque possint alienationem et locationem predictas modo aliquo revocare, nisi quindecim diebus ante festum S. Georgii, aut quindecim diebus post ipsum festum predictum et e converso dicta communitas non possit dictam custodiam refutare nisi a quindecim diebus ante festum S. Georgii aut quindecim diebus post ipsum festum. Item quod nos patriarcha aut nostri successores, vel vacante sede capitulum Aquilegense et

(1) LAZZARINI: Civitatis.

communitas Civitatensis antedicta non possimus neque possint usque ad sex annos predictos aliquo modo predictam locationem, aut pacta predicta irritare, cassare aut annullare in iudicio aut extra, asserens una partium predictarum locationem predictam aut pacta predicta esse dannosa Aquilegensi ecclesie aut communitati predicte, quia per pactum expressum utraque pars renunciavit et iuravit non petere, aut restitutionem in integrum aliquam non impetrare, attento quod utraque pars magna damna et interesse pateretur propter varia fulcimenta et apparatus facta et factos occasione predicta. Item quod nos patriarcha aut nostri successores teneamur et teneantur omnes expensas necessarias et utiles ac voluntarias factas cum voluntate et consensu nostro aut nostrorum successorum per communitatem predictam libere reflicere, factas autem sine nostra seu successorum nostrorum voluntate et consensu non teneamur reficere in totum nec in parte. Item quod capitaneus castri de Sophumbergo qui est, et qui pro tempore fuerit per nos patriarcham et nostros successores compellatur per sacramentum iurare et promittere in manibus nostris et communitatis Civitatis Austrie supradicte quod sic perveniente casu quod sedes Aquilegenses vacaret tam per promotionem tam aliter quod ipsum castrum Sophumbergi dabit et assignabit libere in manibus communitatis Civitatensis prefate, et quod dictum castrum Sophumbergi dicta communitas teneat, habeat, custodiat et possideat cum omnibus eius iuribus, iurisdictionibus, pertinentiis, obventionibus, fructibus et redditibus suis, donec per d. patriarcham venturum et capitulum Aquilegense ac colloquium generale omnia et singula pacta et omnia suprascripta fuerint iterum approbata et confirmata per dictum d. nostrum papam per omnia et in totum. Quos quidem redditus, fructus et obventiones quoscumque dicta communitas habeat et retinere debeat pro expensis per ipsam habendis ad custodiam dicti castri.

Que quidem omnia pacta, ut superius sunt descripta, fuerunt in presentia totius cleri et totius parlamenti patrie nostre Foriiulii confirmata et roborata, ubi quidem et in instanti nobilis vir d. Trusaç capitaneus supradicti castri Suphumbergi ibidem constitutus ad requisitionem et mandatum nostrum in nostris manibus et supradicti Rodulphi sindici stipulantis et recipientis vice et nomine communitatis Civitatensis predicte, expresse promisit et iuravit corporaliter ad sancta dei evangelia in casu superius declarato dictum castrum Sophumbergi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis ipsi communitati Civitatensi statim libere dare et assignare ac efficaciter adimplere circa dicti castri assignationem prout superius continetur. In quorum omnium testimonium et plenum robur presentes manu publica per Odoricum scribam nostrum notarium infrascriptum sibi fecimus nostri et capituli ecclesie nostre Aquilegensis, nec non communitatum nostrarum Aquilegie, Utini, Glemone, Venzoni, Sacili, Marani et Montisfalconis sigillorum appensionibus communiri.

Data et acta sunt hec in nostro patriarchali palacio Utini die sexto decimo mensis maii. Presentibus reverendis ac venerabilibus in Christo patribus dd. Guidone dei gratia Concordiensi episcopo et fratre Bondi Mosacensi abbate, venerabili ac sapiente viro d. Georio de Tortis de Papia dicte Aquilegensis ecclesie decano, nobilibus viris d. Schinella milite de Cuchanea et Nicolao quondam d. Duringi de Prodolono, providis viris Nicolao q. magistri Gregorii de Utino, Nicolusio Zerbini scriba patriarchali, Hermanno q. Leonarducii, et Nodono q. Zuglani de Civitate Austria testibus et aliis pluribus et multitudine copiosa ad hec vocatis et rogatis sub anno domini MCCCLXXIX indictione secunda.

Et ego Odoricus q. Andree de Utino Aquilegensis diocesis imperiali auctoritate notarius publicus supradicti d. patriarche officialis et scriba, premissis omnibus interfui et rogatus de mandato supradicti d. patriarche predicta omnia scripsi et fideliter publicavi, meo hic signo apposito consueto (a).

(a) Segue in B la dichiarazione dei canonici e del vice decano del capitolo di Aquileia che approvano la locazione predetta, a dì 28 ottobre 1379.

CCLXXX.

Udine, 1379, 16 Maggio. — *Il comune di Udine elegge i suoi rappresentanti nel parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini, VI, 218. EDD. inedito. TESTO da A.

Super propositis quod elligantur persone ydonee ad eundum ad colloquium. Ellecti ad eundem colloquium dd. Elias de Gumbertinis et Solonus de Savorgnano. Item ser Missius et d. Raynaldus.

CCLXXXI.

Udine, [1379], 18 Maggio. — *Il consiglio del comune di Udine ordina ai suoi rappresentanti al parlamento che non consentano ad alcuna colta.*

MSS. A Annales civitatis Utini VI, 220. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XVIII maii. Deliberatum fuit quod committi debeat illis qui deputati ituri sunt ad dictum colloquium ut primo conferant cum communitatibus et nullo modo consentiant quod culta ponatur in terris.

CCLXXXII.

Udine, [1379], 23 Luglio. — *Il consiglio del comune di Udine nomina i suoi rappresentanti al parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini, VI, 311. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XXIII iulii, electi fuerunt ad parlamentum hodie celebrandum d. Federicus de Savorgnano, Salonus, ser Hector et Iohannes d. Gabrielis qui interesse debeant dicto colloquio.

CCLXXXIII.

Udine, [1379], 4 Agosto. — *Il consiglio del comune di Udine stabilisce di avvisare i comuni di Cividale, di Gemona e di Venzone della prossima convocazione del parlamento e del consiglio.*

MSS. A Annales civitatis Utini, VI, 324. EDD. inedito. TESTO da A.

Die quarto mensis augusti. Super recordatis per d. Salonem de Savorgnano ut notificetur communitatibus Civitatis, Glemone et Venzoni de colloquio atque consilio ipsius celebraturis diebus mercurii et iovis futuri adhuc ut in hiis provideri possit quod fuerit necessarium.

CCLXXXIV.

Udine, [1379], 8 Agosto. — *Il consiglio del comune di Udine approva la istituzione di sei deputati cui sia demandata dal patriarca e dal parlamento piena balía. Delibera poi di conferire colle altre comunità quanto all' autorità da concedersi a tali deputati nell' imporre collette ed angarie oltre le consuetudini.*

MSS. A Annales civitatis Utini, VI, 326. EDD. inedito. TESTO da A.

Die VIII augusti super eligendis sex deputandis in parlamento ad regimen patrie. Deliberatum fuit quod huiusmodi electio sex personarum duarum pro clero, duarum pro nobilibus et duarum pro communitatibus ad regendam patriam

et quod auctoritatem habeant plenariam et liberalem a d. nostro patriarcha et a colloquio totius patrie est utilissima et laudabilis, quam predicti dd. capitaneus et consilium approbaverunt et laudaverunt pro parte huius communitatis Utini; et quod eligatur d. Federicus de Savorgnano et quando aliis occupationibus fuerit perpeditus loco ipsius sit d. Salonus de Savorgnano. Super vero introducta exceptatione quod ipsi eligendi nullam habeant auctoritatem imponendi collectas angarias aut imposiiiones novas ultra antiquas laudabilesque consuetudines patrie, deliberatum fuit quod utrum sit facienda in huiusmodi auctoritatibus ipsis eligendis et dandis aut non, conveniatur et conferatur cum aliis communitatibus et fiat in hoc puncto equalis deliberatio per omnes communitates patrie; et quod hec communitas Utinensis se conformet et concordet in omnibus una cum aliis communitatibus.

CCLXXXV.

Udine, 1379, 28 Agosto. — *Il cameraro del comune di Udine versa alcune somme ad Azzolino de Gubertinis inviato delle comunità al campo dinnanzi a Treviso ed a Padova per trattar la pace coi Veneti.*

MSS. A manca. B c. nei cod. dipl. Frangipane d'onde c. nella racc. Bianchi n. 4775. EDD. inedito. TESTO da B.

MCCCLXXIX die XXVIII augusti. Dedit de mandato dominorum capitanei et consilii d. Azolino de Gubertinis transmisso ad exercitum ante Trivisium et Paduam pro parte communitatum, una cum d. Georgio pro parte prelatorum et d. Federico de Porcileis pro parte nobilium transmissis etiam ad tractatum pacis nuper fiendum in presenti guerra cum Venetis. Cui d. Azolino deputati fuerunt pro expensis per communitates ducati aurei centum, de quibus tangunt hanc communitatem ducati in auro quadraginta quatuor, quos eidem dedit in ratione denariorum septuaginta pro quolibet ducato: capit marchas denariorum decem et novem et denarios quadraginta.

CCLXXXVI.

Udine, [1379], 5 Ottobre. — *Il consiglio del comune di Udine delibera di pregare le comunità di Cividale, Gemona e Venzone perchè diano il loro appoggio dinanzi al parlamento ai Savorgnan in una questione contro il capitano di Belgrado.*

MSS. A Annales civitatis Utini, VII, 120. EDD. inedito. TESTO da A.

Die V octubris. Super factis d. Saloni de Savorgnano et vertentibus inter ipsos et capitaneum Belgradi de gravaminibus et dampnis eis datis in eorum feno et erba et aliis, deliberatum fuit quod die dominico proximo futuro cum dei gratia ferventer et attente conveniat huiusmodi communitas, ante parlamentum faciendum ipsa die, cum ambaxiatoribus Civitatis, Glemone et Venzoni et conferat cum eis instando quod pro ipsis vicinis nostris prebeant sicut debent et tenentur in consiliis favoribus et auxiliis.

CCLXXXVII.

Udine, [1379], 10 Dicembre. — *Azolino de Gubertinis chiede che il comune di Udine gli paghi la somma dovutagli per le sue prestazioni quale rappresentante del Friuli nelle trattative di pace con Venezia.*

MSS. A Annales civitatis Utini, VII, 225. EDD. inedito. TESTO da A.

Die X decembris. Super propositis per sapientem virum d. Azolinum de Gumbertinis de Utino petentem sibi dari et assignari residuum quod sibi debetur

per hanc communitatem Utini de rata que eam tangit de provisione sibi facta per communitates patrie pro expensis in delegatione per eum factis quando fuit una cum d. decano Aquilegensi pro prelatis et cum d. Federico de Porcileis pro nobilibus ad partes Tarvisinas, Paduanas et alibi pro tota universitate patrie Foriiulii ad interesse tractatui pacis cum Venetis et substinendum et petendum omnia iura ecclesie et inclusionem debitam in pace etc. qui tractatus fuit quando d. Karolus dux Duratii intererat in predictis.

CCLXXXVIII.

Udine, 1380, 26 Gennaio. — *I deputati all' esazione dell' imposizione chiedono agli eredi del q. Giacomo d' Ermanno di Cividale il pagamento di un residuo della sua gestione, quale sub esattore per la gastaldia di Cividale.*

MSS. A or. del not. Lorenzo di Cussignacco nella racc. Pirona nella biblioteca civica di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

Anno domini MCCCLXXX, indictione tertia, die iovis, XXVI mensis ianuarii. Actum Utini super sala magne domus communis consilii terre Utini apud acta, Aquilegensis diocesis, presentibus nobilibus et providis viris dd. Henrico de Pertistagno, Iohanne Paduano filio nobilis viri d. Francisci de Coloreto, ser Nicolao q. d. Gabrielis, ser Detalmo de Andriottis, ser Colussa Bombeno, ser Hectore notario q. ser Odorici Meulite, ser Francisco notario eius fratre, ser Nicolussio notario q. ser Thomasini notarii, Martino notario eius fratre, ser Francisco notario q. ser Thomasii, ser Nicolao notario q. ser Manini, ser Hermanno notario q. ser Nicolai Russitti de castro Utini, ser Venuto Cataldini, Iohanne notario de Montegnacho et Laurentio notario Arpucii testibus et aliis pluribus. Coram sapienti viro d. Helya de Gumbertinis de Utino legum doctore reverendissimi in Christo patris et d. nostri d. Marquardi dei gratia S. sedis Aquilegensis dignissimi patriarche vicario generali in temporalibus in iudicio sedente comparentibus partibus infrascriptis videlicet: provido viro ser Nicolao notario q. magistri Gregorii de Utino tamquam procuratore et procuratorio nomine dicti d. nostri patriarche, nec non venerabilium, nobilium et sapientum virorum dd. Georgii de Tortis de Papia decani Aquilegensis, Schinelle militis, et Helie legum doctoris tamquam deputatorum specialiter ad exigendum impositionem octo denariorum pro quolibet foco et quatuor pro sottano totius districtus et iurisdictionis dicti d. nostri patriarche et Aquilegensis ecclesie pro solvendo stipendiariis ex causa presentis guerre necessariis, prout ibidem de dicta deputatione in personas dictorum dd. Georgii, Schinelle et Helie ac de subrogatione in persona olim Iacobi Hermani facta fuit plena fides per tres testes videlicet per nobilem ser Iohannem Paduanum q. nobilis viri d. Francisci de Coloreto, ser Hectorem notarium Meulite et Ambrosium notarium q. ser Alberti de Fagedis Utini habitantem qui prius eis a me notario infrascripto prestito debito sacramento de mandato ipsius d. vicarii testificati fuerunt singillatim quod predicti dd. Georgius, Schinella miles et Helias de Gumbertinis fuerunt deputati exactores impositionis predicte octo denariorum pro quolibet focho et denariorum quatuor pro sottano per ordinationem parlamenti et quod dictus olim Iacobus Hermanni ab eisdem deputatis fuit subrogatus exactor impositionis tangentis gastaldie Civitatis Austrie in eorum testium presentia, in castro Utini, ubi fuit celebratum colloquium et consilium dicti colloquii et prout etiam ibidem facta fuit fides de procuratorio dicti d. nostri patriarche ad publicam formam redacto manu ser Nicolussii notarii d. Zirbini de Utino ipsius d. patriarche nunc cancellarii sub MCCCLXVI indictione quarta die vero XII februarii, ac de procuratorio et mandato suprascripto dictorum exactorum in nota manu mei notarii infrascripti sub instantibus millesimo et indictione, die vigesimo mensis ianuarii et ibidem a me notario infrascripto visis et lectis, et per astantes diligenter sententiatum fuit ipsum ser Nicolaum bene fidem fecisse et dicta mandata esse legittima ex parte una agente; et provido viro

ser Hermanno Furmentini de Civitate Austria asserentem se heredem testamentarium dicti q. ser Iacobi Hermanni et dictam hereditatem cum beneficio inventarii acceptasse, quam sic acceptasse protestatus fuit sibi salvum et reservatum fore ius probandi quandocumque fuerit sibi expediens ex parte altera se defendente in quodam termino per cedulam et in scriptis ad diem hodiernam et horam presentem statuto, ad instantiam dicti ser Nicolai notarii procuratorio nomine quo supra suprascripto Hermanno Furmentini de Civitate Austria:

nomine et occasione resti quatuordecim marcharum denariorum salvo pluri aut minori quantitate quod idem Iacobus Hermanni tamquam subexactor predictus, ut dicitur, dare et solvere restavit eisdem deputatis pro prima impositione octo denariorum pro focho gastaldie Civitatis Austrie, in quo termino idem ser Nicolaus notarius dicto nomine petiit compelli dictum Hermannum Furmentini hereditario nomine quo supra ad reddendum rationem pecuniarum exactarum per ipsum olim Iacobum Hermanni in et super gastaldia Civitatis Austrie pro prima impositione octo denariorum pro quolibet focho et quatuor pro sottano, quam rationem videndam et calculandam petiit committi uni aut duobus sufficientibus personis qui referant ad iudicium de dicta ratione reddita ad quod tenetur secundum scripturam et reperta in quaterno ipsius olim Iacobi Hermanni de Civitate Austria, et sibi satisfieri de dicto resto pecunie cum dampnis et expensis, cum quibus pecuniis valde necessariis, prout cuilibet notorium est, possit solvi et satisfari stipendiariis custodientibus loca periculosa in confinibus Aquilegensis ecclesia. Qua petitione sic facta, prefatus Hermannus Furmentini cum protestatione premissa respondit et dixit prefatum terminum ex causa predicta sibi dicto nomine assignatum ad ipsius ser Nicolai notarii, dicto nomine, instantiam non esse iustam nec rationabilem, nam et ipse d. vicarius de mandato d. nostri patriarche suspensionem generalem omnium causarum dumtaxat de novis exfortiis insurgentibus occasione presentis guerre, laudo et sententia mediantibus, ipsamque suspensionem sue audientie prout moris est atque notorium, preconia voce proclamari fecit, ex quo dicit cum ipse non sit citatus de exfortio non tenetur respondere eidem ser Nicolao notario dicto nomine super predictis. Ad que idem ser Nicolaus notarius dicto nomine respondit et dixit quod est quod talis suspensio sit facta, tamen non obstat quod non debeat et possit procedi in dicta causa propter presentem necessitatem publicam et notoriam pecuniarum occasione presentis guerre urgentem pro solvendo stipendiariis custodientibus loca periculosa et passus Aquilegensis ecclesie, in qua causa et huiusmodi talibus causis tangentibus rem et utilitatem publicam, sicut ista, potest et debet, ad permissionem iuris, procedi sine strepitu et figura iudicii, maxime considerato quod hec talis pecunia que petitur sit de pecunia impositionis rei publice per prefatum d. nostrum patriarcham eiusque colloquium deputata exigi et expendi pro solvendo huiusmodi stipendiariis custodientibus ut premittitur loca periculosa et passus Aquilegensis ecclesie pro defensione patrie; igitur terminus est bonus et rationabilis adeo quod idem Hermannus dicta suspensione iudicii ut dicitur facta, tenetur respondere in dicta causa tamquam legittime citatus super predictis. Super quibus et aliis pluribus et diversis allegationibus hinc inde factis, petito per sententiam per ipsum d. vicarium a circumstantibus quid inde iuris, ad instantiam utriusque partis, per omnes astantes, nemine penitus discrepante sententiatum et deffinitum fuit quod, non obstantibus allegationibus prefati Hermanni Furmentini hereditario nomine quo supra, hic terminus est bonus et legitime assignatus eidem Hermanno qui non obstante huiusmodi suspensione iudicii facta ut premittitur per ipsum d. vicarium tenetur respondere et procedere in dicta causa legitime, iuris permissione, considerato quod sit pecunia per impositionem fochorum que iam ordinarie expenditur pro defensione patrie Foriiulii et rei publice per d. patriarcham et eius colloquium et necessitate publica et notoria, ac omnibus allegatis per ipsum ser Nicolaum notarium dictis nominibus, ita et taliter quod debet uni aut duobus qui videant, calculent et sument rationem ipsius olim ser Iacobi Hermanni iuxta scripturas quaternorum committi et

tunc referrent ad iudicium de repertis in dicta ratione et ad quid idem olim ser Iacobus Hermanni debitor de predictis remanserit, et quod tunc secundum relationem fiendam per ipsos ad iudicium sententiabitur et procedetur ulterius in dicta causa prout de iure fuerit procedendum. Qua sententia sic lata, ipsiusque vigore idem d. vicarius dictam rationem videndam, calculandam, summandam et ad iudicium referendam provido et discreto viro ser Francisco notario q. ser Thomasii de Rodulphis de Florentia Utini habitanti, advocato curie patriarchalis in temporalibus commisit, statuens terminus dictis partibus ad diem lune proxime futuram hora terminorum, ad intelligendum huiusmodi relationem dicte rationis ipsius ser Francisci notarii et ad procedendum ulterius in dicta causa prout de iure fuerit procedendum.

CCLXXXIX.

.... 1380, 17 Marzo (a). — *Regolamento sull'importazione ed esportazione di grani emanato dal patriarca e dai deputati eletti dal parlamento.*

MSS. A or. cart. nell'archivio comunale di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

MCCCLXXX die XVII marcii proclamate fuerunt infrascripte costitutiones: Ordo datus super traductione victualium in patriam Foriiulii et deductione eorumdem victualium per ipsam patriam Foriiulii.

Primo quod omnia bladum et legumina et cuiuscumque generis aut conditionis victualia que portentur aut ducantur de foris, sive de partibus superioribus per Sclusam, Tumecium et alios passus permittantur intrare, duci et portare in ipsam patriam Foriiulii ad loca tantum dumtaxat infrascripta et secundum ordinem qui requitur, videlicet quod capitanei seu officiales de Sclusa, Tumecio et aliis locis unusquisque videlicet in loco sibi commisso teneatur facere scribi in uno quaterno totum bladum, legumina et alia quecumque victualia que in ipsam patriam deducentur cum nominibus conducentium predicta.

Item faciant scribi terras seu loca ad quas seu que predicta bladum legumina et victualia ipsorum conductores ducere volunt, et cuicumque conducenti dent unam cedulam talis tenoris: videlicet die tali et talis duxit in talem terram aut locum tantum bladum, aut tantum de talibus victualibus et si fuerunt animalia, et talis cedula detur gratis, et non detur nisi volentibus conducere ad aliquem infrascriptorum locorum et nichilominus ab ipsis exigatur iuramentum de prestando et vendendo predicta bladum, legumina aut alia victualia in terra aut loco ad quam aut quem conductor dixerit se velle ducere illa. Et informetur talis ductor quod recipiat contralitteram capitanei aut officialis illius terre ad quam duxerit victualia predicta. Et nullus permittatur in redditu transire sine contralittera.

Item ordinatum est quod singulis septimanis dicti capitanei et officiales teneantur mittere omnes contralitteras receptas d. marescalcho, aut officialibus deputatis super huiusmodi ordine dando aut alterius ipsorum.

Et cum ordine supradicto omnes indiferenter permittantur ducere bladum, legumina aut alia victualia ad loca dumtaxat infrascripta videlicet Venzonum, Glemonam, Civitatem Austriam, Utinum, Aquilegiam, Montemfalconum, Maranum et ad S. Danielem, et hoc citra Tulmentum, ultra Tulmentum vero in Spegnimbergum, Walvasonum, S. Vitum, Avianum, Sacilum, Brugneriam, Porcileas, Portum Medunam, Mottam et Portumgruarium. Dum tamen illa ducant aut portent per vias non suspectas, et eo ipso quo ducens transiverit infra aut ultra locum ad quem dicit cedula sua intelligatur ducere et portare per viam suspectam. Si vero supra locum predictum diverterit aut exiverit extra viam communiter solitam ambulari sit in declaratione d. marescalchi et predictorum

(a) Le presenti costituzioni, come ben risulta dal contesto, furono emanate durante la guerra fra i Carraresi e Venezia dal patriarca e dai deputati della patria eletti dal parlamento.

deputatorum aut predicta via sit suspecta aut non, considerata causa huiusmodi diversionis, et attentis aliis que occurrunt consideranda. Ad omnia alia autem preterquam suprascripta loca sit penitus interdicta facultas ducendis priusdicta victualia que de foris ducuntur et quelibet via et quevis alia loca habeantur pro suspecta et totaliter interdicta.

Et quilibet ducens bladum, legumina aut victualia huiusmodi teneatur reportasse et presentasse supradictis capitaneo et officialibus a quibus habuerunt cedulas conducendi huiusmodi bladum et victualia contralitteras suprascriptas infra specium temporis infrascripti, videlicet si duxerit predicta in Venzonum aut Glemona infra spacium octo dierum. Si in Spegnimbergum aut S. Danielem infra XII dierum si in Utinum aut Civitatem Austriam infra specium XV dierum, si in Aquilegiam, Montefalconum, Walvasonum, S. Vitum aut ad alia loca de soprascriptis locis premissis infra spacium viginti dierum, et quicumque non portaverit litteras reversales infra spacia supradicta cadat in penam valoris quorumque duxerit, salva causa legitima et impedimento iusto determinandis per d. marescalchum et deputatos predictos, et pena huiusmodi applicetur ad defensionem patrie salva parte d. marescalchi de qua infra dicitur.

Item ordinatum est quod quicumque in aliqua supradictorum terrarum aut locorum emerit de supradictis bladis, leguminibus et victualibus non possit illa aut illorum partem aut alia utrumque habita in notabili seu excessiva quantitate mittere extra terram predictam sine licentia supradictorum deputatorum aut dd. capitaneorum terrarum castrorum et locorum salvo ordine semper cedularum et litterarum reversalium nec contingat ex diversis locis tantam quantitatem ad aliquem de predictis locis mitti, que inde possint extra patriam ad inimicos transmitti, et notabilis seu excessiva quantitas intelligatur si summa excesserit stariorum octo. De animalibus autem possint duci quatuor boves et XXV castrati ad terras et principalia castra sine buleto et cedula. Ad villas vero duos boves et X castrati. De porcis sicut de ovibus ducere possint sine buleto.

Item ordinatum est quod una persona sufficiens mittatur ad loca et terras supradicta ad recipiendum plenam et vividam informationem quantum de blado et aliis victualibus est necessarium habitatoribus incolis cuiuslibet predictorum locorum ultra illa que habent, ut habita informatione predicta possit limitari et disponi quantum de blado et victualibus debeat permitti ipsis portari, et deliberatum fuit quod d. Ioannes de Colloreto vadat.

Item ordinatum est quod quicumque sine cedula sopradictorum capitaneorum aut officialium duxerit de foris bladum aut victualia in patriam Foriiulii, aut victualia predicta ducta de foris empta in aliquo supradictorum locorum et terrarum aut aliunde undecumque habita duxerit aut miserit in quantitate excessiva extra loca et terras sine cedula supradictorum deputatorum aut etiam cum cedula alia quam contenta in ipsa cedula censeatur mittere aut ducere contra bannum et ordinem cadat in penam perditionis victualium et carrorum et animalium cum quibus ducuntur aut portantur: nec per hoc citra, circha constitutiones alias contra ducentes talia ad inimicos aut extra patriam editas intelligatur aliquid immutatum sicut, nec per nos deputatos potest immutari; excessiva autem quantitas intelligatur si fuerint ultra octo staria ut supra in alio casu dictum est. De animalibus fiat ut supra taxatum est si vero ducens talia bladum, legumina aut cuiuscumque conditionis victualia dixerit se recepisse cedulam et perdidisse eam, tunc si per officialem aut librum eius probaverit se recepisse cedulam et per iuramentum firmaverit se eam perdilise nullam penam incurrat.

Item ordinatum est quod bladum ortum et collectum in patria et alia victualia que habentur in patria aut aliunde possint per patriam et in patria de loco ad locum pro usu et necessitatibus hominum de patria duci et portari preterquam ad loca infrascripta, videlicet a Maniacho, Pulcinico, Canipa et Sacilo inclusive supra et ultra montis et plana, non inclusis tamen dictis locis in hac prohibitione. Item preter quam in Latisana, Portunanaonem, Palazolium, Maranam, Carlinum, Carisachum, Malisanam, Cirvignanum et Tertium et quecumque

alia loca et villas sita aut sitas iusta quecumque flumina navigabilia, et per que dicta victualia possint extra patriam duci, exceptis locis aliis suprascriptis quibus concessimus victualia illuc pona duci cum ordine tamen superius declarato et non in quantitate excessiva intellecta ut supra. Ad dicta tamen loca prohibita preter quam in Latisuna possit duci bladum et alia victualia necessaria cum buleto in illa quantitate de qua videbitur officialibus dantibus bullettum, et hoc intelligatur si predicta victualia receperint de terris et castris supradictis quibus est concessum quod adeo victualia possint duci cum buletto in illa quantitate que videbitur officialibus deputatis ut supra.

Item ordinatum est quod domini quorumcumque oppidorum, castrorum et locorum patrie Foriiulii et ipsis presidentes prohibeant ne de eorum oppidis, castris et locis ad quevis loca per patriam Foriiulii bladum aut victualia ducantur in quantitate excessiva sine cedulis ipsorum factis in forma eadem aut simili de qua supra dictum est. Et predicti domini presidentes teneantur facere quod eis contralittere reportentur, quas singulis quindenis mittere tenentur supradicto d. marexalcho aut deputatis predictis et quicumque fuerit inventus sine dictis cedulis in predicta quantitate bladum portare, incurrat in penam suprascriptam perditionis victualium, curruum et animalium et excessiva quantitas intelligatur ut supra.

Item ordinatum est quod pro contralittera non possit recipi nisi unus denarius pro qualibet vice sive magna sive parva fuerit quantitas victualium conductorum.

Item provisum et ordinatum est quod quilibet capitaneus seu officialis ad quodvis officium deputatus permanens et existens in terris et locis subditis ipsi d. nostro patriarche et dicte ecclesie Aquileiensis positis in confinibus patrie seu intra patriam teneatur et debeat suo sacramento officii et fidelitatis astrictus diligenter inquirere, investigare et perquirere si aliquod bladum, aut victualia cuiuscumque conditionis existant, ducantur, ducentur, seu ducta sint extra patriam ad inimicos, aut ad aliqua alia loca per que verisimiliter possint conduci inimicis, et eum sciverit, teneatur denunciare eodem debito fidelitatis et sacramenti predicto d. marescalcho aut ipsis deputatis: nec exceptare debeat aliquam in dignitate constitutam personam, aut nobilem aut ignobilem, magnatam, mediocrem aut minorem. Et si hanc denunciationem non fecerit ut supra dictum est infra decem dies postquam ad eius pervenerit noticiam cadat in penam applicandam ipsi d. marescalcho ducentorum florenorum. Et si unde solvere non haberet, detineatur in carceribus per eundem et marescalchum donec solvebit penam predictam. Et hac pena debeatur per ipsum officialem contrafacientem in casu quo ipse d. marescalchus probare poterit scientiam perventam eidem officiali cuius denunciationem excessus non fecerit exportationis dictorum victualium.

Item ordinatum extitit quod nullus de terris, castris, oppidis, et locis subiectis d. nostro patriarche sitis in partibus Istrie permittatur extra patriam Foriiulii ducere bladum aut alia victualia, nisi portaverint litteram testimonialem sigillatam sigillis potestatis aut capitanei aut communitatis illius loci et prestiterint securitatem de contralitera portanda infra mensem sigillata predictis sigillis.

Item quod quilibet capitaneus seu officialis quicumque positus per dominum nostrum seu deputatos regens officia in terris et locis positis in confinibus patrie per que transeunt per mare aut per terram victualia etiam ad amicos cum debita licentia et solempnitate etc. debeant et teneantur eorum officii et fidelitatis sacramento ad cautelam et ut clarius habeatur, de omnibus victualibus que etiam amicis portantur diligenter notare et scribere omnia et singula victualia cuiuscumque conditionis existant, et que et qualia sint et nomina conducentium, que ducentur de cetero etiam ad amicos ut supra, cum licentia etc. et ut quandocumque ab ipsis officialibus aut alique eorum predicti dd. marescalchus et deputati voluerint scire predicta exportata, clare scire valeant.

Ceterum ipsi dd. marescalchus et deputati reservaverunt sibi auctoritatem declarandi, interpretandi, et deffiniendi in quibuscumque casibus supradictis

ubi aliqua dubia orirentur aut deducererentur directe aut indirecte ac condempnationes contra delinquentes eccedant supradicta disposita et ordinata aut tradentur in executionibus debitis.

Et ista durent per totam guerram presentem, nisi interea fuerint revocata, aut immutata, aut aliter limitata.

Penarum autem supradictarum due partes cadant ad defensionem patrie, et dicte due partes assignentur d. Ioanni de Colloreto et ser Hectori quas postea dent d. Elie exactori aliarum penarum pro defensione patrie impositarum, tertia vero pars sit d. marescalchi, et d. marescalcus teneantur facere executionem in exigendo penas et illa que portarerentur contra bannum sint capientium et recipientium, et de hiis que quandocumque sive per vigorem, sive per compositionem exigeret d. marescalchus ex causis predictis teneatur dare duas partes supradictis d. Iohanni et ser Hectori convertendas ad defensionem patrie ut dictum est (a).

CCXC.

Aquileia, [1380], 26 Marzo. — *Il patriarca, per deliberazione del consiglio del parlamento dà al comune di Gemona disposizioni intorno all'invio del suo contingente militare ad Aquileia.*

MSS. A manca. B c. nell'archivio capitolare di Udine da cui c. nella racc. Bianchi n. 4791. EDD. inedito. TESTO da B.

Marquardus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha dilectis fidelibus nostris capitaneo, consilio et communi terre nostre Glemone.

Fideles carissimi. Inter alia in nostro consilio in quo interfuerunt plures ex prelatis, nobilibus, communitatibusque extitit deliberatum quod propter incumbentia pericula huic civitati nostre, tota militia de citra Tulmentum hic esse deberet. Fidelitatem igitur vestram attente requirimus et ortamur, vobis stricte precipiendo mandantes, ut si militiam vestram plenarie hic habetis, ipsam retineatis, quod si ipsam integram non habetis hic, ipsam huc, visis presentibus sub pena alias in nostro generali colloquio ordinata, mittere studeatis permansuram donec fuerit opportunum.

Datum in nostro patriarchali palatio Aquilegensi die XXVI martii indictione tertia.

CCXCI.

Monfalcone, 1380, 31 Maggio. — *Il patriarca Marquardo ordina al comune di Gemona d'inviare i suoi rappresentanti al parlamento.*

MSS. A or. cart. nell'arch. di Gemona, Lettere di principi, fol. 6, r. EDD. inedito. TESTO da A.

M. dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha.

Fideles carissimi. Ex aliquibus urgentibus causis finale exterminium emulorum (1) nostrorum et patrie libertatem concernentibus decrevimus nostrum generale colloquium, die martis proxime futuri in terra nostra Utini celebrare. Mandamus igitur vobis quatenus ipsi colloquio, remota causa qualibet et sub pena in hoc ordinata, secundum quod honorem nostrum patrieque statum et libertatem prefatam diligitis interesse studeatis. Datum in castro nostro Montisfalconis die ultima mai indictione III.

A tergo si legge soltanto: Glemone.

(1) A: emmullorum.

(a) Altre disposizioni sullo stesso argomento sono citate in un doc. dell'a. 1380, 27 febbraio, nella raccolta Bianchi n. 4787.

CCXCII.

Udine, 1380, 2 Agosto. — *Il patriarca invita Nicolò della Villa rappresentante di Gemona nel consiglio del parlamento ad intervenire alla prossima seduta del consiglio.*

MSS. A or. cart. nell'archivio di Gemona, Lettere di principi, fol. 7 tergo. EDD. inedito. TESTO da A.

Marquardus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha.
Carissime. Nonnulla arduissima incumbunt propter que decernimus in terra nostra Utini die martis proxima nostri generalis coloquii celebrare consilium. Cui sicut patrie conservationem et libertatem diligis, studeas causa cessante qualibet interesse. Datum in castro nostro Utini die secundo augusti indictione tercia.
A tergo
dilecto nobis Nicolao de La Villa de Glemona consiliario nostro.

CCXCIII.

Cividale, 1380, 2 Agosto-1 Dicembre. — *Notizie relative al parlamento tolte dal registro del cameraro del comune di Cividale.*

MSS. A registro or. nell'archivio notarile di Udine, vol. I, ms. vari. EDD. in parte fu edito da Ioppi, *Testi Friulani*, nell'*Archivio glottologico di I. G. Ascoli*, to. IV, Roma 1878, p. 195 e seg. TESTO da A.

In chel di [doi d'avost] diey a ser Redolf e a ser Iacun di Donabet chelg zirin al parlament per defension di Cavodistria per definizion del consegl.......
A di IX d'avost diey a ser Redolf ed a Zuan tant che zirin in Udin al parlament a deber diputar gli homeni a rezi la contrada fortoni III.
A di XXV (d'otor) diey a Candit infant del Gastalt per far sonà lu consegl che gli deputadi mandarin una letira chi noy debesin mandar XX pedoni a Maran per casson chi l'armada di Viniciani debevin lì vignir den. I.
In cel medesim dì diey a Zuan Cillo chel ziè ad Udin là degli deputadi a portar una letira como egl no podevin mandar al prissint nissun et si li altri cumunanzi e castelani facessin lu lor deber che noy volevin volentera far lu nostro........
A di prin di decembri diey a Zuan Antoni par se e par Anzilli di mestri Zuan quand egl alerin al parlament ad Udin trattansi per la union che si trattava........

CCXCIV.

Udine, 1380, 28 Settembre. — *Il patriarca ordina al comune di Gemona di mandare il suo rappresentante al parlamento.*

MSS. A or. cart. nell'archivio del comune di Gemona, Lettere di principi, fol. 8 v.° EDD. inedito. TESTO da A.

Marquardus dei gratia .... sedis Aquilegensis ....
Fideles carissimi. Cupientes .... circa statum et conservationem patrie, potissime quia deputatorum terminum cito expirare videtur, salubrius providere, decrevimus die dominica VII mensis octubris proxime ventura .... in hac terra nostra Utini generale celebrare coloquium. Cui studeatis causa cessante qualibet interesse. Datum in castro nostro Utini. die XXVIII septembris indictione tercia.
A tergo
Capitaneo, consilio et comuni terre nostre Glemone dilectis fidelibus nostris.

CCXCV.

Udine, 1380, 3 Ottobre. — *Il patriarca Marquardo ordina al comune di Gemona di mandare al consiglio del parlamento informazioni intorno a certe violenze commesse nella città, perchè possa provvedere.*

MSS. A or. cart. nell'archivio di Gemona, Lettere di principi, fol. 8 r. EDD. inedito. TESTO da A.

M[arquardus] dei gratia .... Aquilegensis ....
Fideles carissimi. Nuper pro parte Margarete et Coculli iugalium et fidelium nostrorum deputatis nostris extitit expositum quatenus nonnulli de terra nostra Glemone murum domus dictorum iugalium fregerunt de nocte unde mandamus vobis quatenus de predictis plenam habeatis informacionem et ipsa habita unum de ipsa informacione bene eruditum ad deputatos nostros ut remedia possint apponere opportuna mittere studeatis. Datum in terra nostra Utini die III octubris indictione tercia.
A tergo
dilectis fidelibus nostris capitaneo, consilio et comuni terre nostre Glemone.

CCXCVI.

Udine, 1380, 7 Ottobre. — *Il parlamento approva la cessione per 7 anni dei redditi della gastaldia di Manzano fatta dal patriarca al nobile Leonardo di Manzano.*

MSS. A manca. B c. nel cod. diplomatico Frangipane, d'onde c. nella racc. Bianchi n. 4805. EDD. inedito. TESTO da B.

Nos Marquardus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha tenore presentium notum facimus universis: quod cum per multa tempora gravis et durissima guerra esset exorta inter nos, nostramque Aquilegensem ecclesiam et patriam Foriiulii ex una parte, et Venetos et civitatem Venetiarum ex alia, et usque in presentem diem non esset vinculo pacis sopita, imo de die in diem invalescit crudelior: nam Veneti antedicti per eorum potentiam nos, Aquilegensem ecclesiam et eius subditos multipliciter aggravant de presenti per capitaneos eorum incendia, spolia, rapinas, et precipue in terris, locis et castris in Istria situatis inferunt ad quorum et quarum damnificationem antedicti Veneti venerunt cum apparatu maximo galearum que in numero quinquaginta septem erant absque parvis naviglis que erant in numero copioso; unde ad subventionem dictorum locorum ac terrarum summe necessarium erat .... de subito absque aliqua mora taliter providere quod loca predicta per invasionem inimicorum a gremio ecclesie non recedant et ruine perpetue non valeant subiacere, nisi singulis et celer provisio fiat in predictis et maxime attentis supplicationibus et petitionibus hominum et communitatum dictarum et terrarum et locorum qui humillimis precibus et oculis lacrimosis per se non valentes potentie Venetorum resistere, non cessarunt, nec cessant petere a nobis, tamquam eorum domino singulari et naturali, opportuna subsidia et auxilia pro defensione ipsorum, ne dominio et ditioni Venetorum subiugentur, et ne sub umbra nostra pereant, qui debemus eos, ut eorum dominus, protegere et defensare. Et ut citius inclinaremur ad subsidia .... iidem narraverunt etiam in ipsorum petitionibus durissimas et inauditas crudelitates quas Veneti fecerunt in locis per eos debellatis et domatis, quanta loca predicta spoliarunt, eisdem suspectos occiderunt, feminas vituperaverunt et spoliaverunt, et alia inaudita commiserunt prout veridica fama ubique locorum vera testimonia de predictis perhibet. Quibus supplicationibus et petitionibus per nos visis et mature in terra nostra discussis, cura vigili et sollicita, et ex debito ad quod tenemur, videntes multa pericula

imminere circa perditionem dictarum terrarum et locorum: et videntes nos pecuniis exinanitos, hec videntes obligavimus, ob defensionem patrie Foriiulii et Hystrie, contratam Tulmini, obligavimus gastaldiam Carnee, gastaldiam Tricesimi, gastaldiam Faganee et ceteros illos redditus mense nostre: et videntes nos extenuatos medietate redditorum nostrorum propter guerram presentem in multis et aliis, prout notorium est toti patrie, tamquam conturbati et perplexi pro provisione singulari et celeri fienda circa predicta immediate et absque mora, ad sextum diem usque maii nuper venturi convocari fecimus parlamentum totius nostre patrie Foriiulii, in quo parlamento exposuimus summas et urgentes necessitates quibus est necessarium providere pro defensione terrarum et locorum Hystrie et exposuimus evidentes utilitates .... in Foroiulio, in ista patria circa defensionem locorum Hystrie. Quia si loca et castra Hystrie antedicta sub iugo et dominio Venetorum devenirent, quod sale, oleum et ribiolum tam per mare quam per terram sine quibus male posset vivere patria antedicta et cursus multorum mercimoniorum cessarent in ipsa patria, que redundarent in grave damnum et iacturam patrie antedicte. Quibus propositis et narratis deliberatum fuit in parlamento antedicto a nobis consulto, quod pro defensione predictorum locorum et terrarum Hystrie deberemus procedere ad alienationem gastaldie Manzani, fructuum ad mensam nostram spectantium, ne homines et communitates predicte sub umbra nostra pereant et ne perpetue subiaceant servituti, et ne patria nostra Foriiulii de vino, oleo, sale et aliis mercimoniis damna intollerabilia patiatur, eo quod de pecuniis alienationis prefate concedente domino et perficiente, viri in armis experti vocarentur ad stipendium nostrum, qui ad subsidia terrarum predictarum mitterentur una cum tota talea patrie Foriiulii.

Qua deliberatione in parlamento predicto sic facto pro executione provisionis predicte die sequenti convocari fecimus totum clerum, et totum presbiterium patrie Foriiulii iam per nos convocatum, in qua congregatione interfuerunt dilecti filii in Christo Rosacensis et Mosacensis abbates, decanus Aquilegensis, decanus Civitatensis, prepositus Carnee, procurator abbatis Sextensis, procurator abbatis Belinensis, et ceteri canonici, plebani et clerici in numero .... ubi proposuimus summe et urgentes necessitates et evidentes utilitates superius expressatas super celeri previsione fienda circa defensionem locorum et terrarum Hystrie, et proposuimus et narravimus deliberationem in eodem parlamento factam, videlicet quod nos deberemus fructus et redditus gastaldie Manzani alienare ac vendere, ac certos alios fructus ac redditus ad mensam nostram spectantes et pertinentes: et proposuimus qualiter non volebamus ad aliquam alienationem procedere fructuum predictorum inconsulto toto clero et toto presbiterio antedicto et quod notorium erat ipsis ut in parlamento expresseramus et narravimus ubi maior pars omnium predictorum prelatorum et clericorum intererat, cum pecunias non habebamus neque alia mobilia que nos vendere vel obligare possemus; et quod alias propter summam et urgentem necessitatem et evidentem utilitatem nostre Aquilegensis ecclesie de ipsorum voluntate et consensus alienavimus certos fructus et redditus contrate Tulmini, Carnee, Tricesimi, Faganee, et certos alios redditus ad mensam nostram spectantes et pertinentes ut superius specificatos; et si eis videretur utile atque necessitatum ut pro subventione terrarum atque locorum Hystrie venderemus atque alienaremus ad septem annos fructus et redditus gastaldie nostre Manzani ac redditus infrascriptos:

Primo Petrus solvit piperis libras tres: uxor Foriiulii libram piperis mediam, item Mussi libram piperis unam; item Undana libram piperis unam cum dimidia: item Masinus libram piperis mediam: item Menis Tacho libram piperis unam.

Item Petrus iuratus et Henricus solvunt frumenti stare unum et avene stare unum.

Item heredes Iohannis Gubertini staria avene quinque cum dimidio et libram piperis unam.

Omnes isti solvunt pro Grais: item pro Grais iterum in pecunia marchas denariorum quinque cum dimidia.

Item pro prato de Seleto Menis Tacho solvit annuatim pro braida sua stare unum cum dimidio frumenti et stare unum avene.
Item Martinus solvat stare medium frumenti et stare medium avene.
Et omnes isti marchas denariorum tres.
Quibus propositis et narratis, totus clerus et presbiterium antedictum tractavit in presentia nostra, et mature et solemniter deliberavit alienationem predictam fore omnino perficiendam cum talis alienatio sit utilis, fructuosa et necessaria. Et cum discussione facta, cum sit minus damnosa cunctis aliis alienationibus pro evidenti utilitate, urgenti necessitate ecclesie Aquilegensis, ut superius declaratum fuit in parlamento et in propositione per nos facta venerabili presbiterio et clero predicto: eo quod notorium publicum et manifestum erat quod in casu quo alienatio ipsa celebretur et perficiatur ita agitur quod Aquilegensi ecclesie sit profutura, et talis alienatio meliora pro Aquilegensi ecclesia respicit et concernit, quia urgentem necessitatem pro subventione Hystrie locorum et terrarum, quia dictam utilitatem concernit in patria nostra Foriiulii ne vino, sale et oleo et aliis mercimoniis careat, ut premittitur, in grave ipsius patrie preiudicium et iacturam.
Qua deliberatione sic habita et firmata .... et alia hora convocato clero, in quo interfuerunt omnes supranominati et cuncta supra dicta proposita fuerant ut de prefata alienatione fructuum predictorum magis solemniter tractaretur, ... quamobrem productis et narratis, unanimiter et concorditer deliberatum fuit per omnia et in totum sicut primo, asserentes alienationem hanc utilem et fructuosam et minus damnosam pro ecclesia Aquilegensi sic factam, iterato habita ad cautelam alia hora convocato dicto clero, in quo interfuerunt omnes supranominati .... et ut magis solemniter tractaretur, et quia quanto plus discutitur, tunc utilitas magis evincitur ibidem per nos cuncta supradicta iterato proposita fuerunt.
Quibus propositis et narratis per omnia, et cum totum deliberatum fuerit sicut primo, asserentes hanc alienationem utilem et fructuosam et minus damnosam pro ecclesia Aquilegensi.
Qua propter visis necessitate et utilitate predictis certificari fecimus publice et private et in pluribus vicibus plures personas si volebant fructus et redditus gastaldie Manzani et alios fructus super significatos emere: et licet plures apparuissent emptores tamen dilectus noster fidelis Leonardus q. Thadei de Manzano maiores pecunie summas obtulit certis aliis: ideoque visis deliberationibus antedictis, atque attentis necessitatibus et utilitatibus supradictis per nos et successores nostros, ac vice et nomine Aquilegensis ecclesie eidem Leonardo de Manzano damus, tradimus ac vendimus omnes et singulos fructus suprascriptos redditus, proventus gastaldie nostre Manzani ac eandem gastaldiam cum garitu, iuribus et iurisdictionibus quibuscumque ad eandem gastaldiam spectantibus, nec non omnes et singulos fructus supradescriptos in specie usque ad septem annos proxime nunc venturos secundum deliberationem alias per nos et totum clerum factam, de quibus fructibus et redditibus idem Leonardus et successores sui possunt facere suam omnimodam voluntatem. Et hoc pro pretio et foro centum quinquaginta marcharum denariorum monete Aquilegensis: quas confitemur a Leonardo recepisse, et integraliter nobis nostro nomine numeratas esse et per pactum expressum nomine nostro et nomine Aquilegensis ecclesie renunciamus omni exceptioni qua contra concessionem et alienationem predictam possemus nos et Aquilegensem nostram ecclesiam defendere vel tueri.
Quas centum quinquaginta marchas ordinamus et mandamus dari et consignari per Iohannem cancellarium nostrum, prout et clarum extitit, dedit et assignavit pluribus et diversis nobilibus et stipendiariis ad nostrum stipendium convocatis pro defensione locorum et terrarum Histrie ut superius est expressum secundum deliberationem per nos et clerum et parlamentum factam.
Qua alienatione sic facta et celebrata dictus Leonardus in pleno parlamento hodie in terra nostra Utini congregato, petiit confirmationem dicte alienationis in eum facte sibi fieri debere per dictum parlamentum cum dictas centum

quadraginta marchas denariorum nobis assignasset et de voluntate nostra et per Iohannem cancellarium assignate et tradite fuissent stipendiariis electis ad eundum Hystrie pro defensione.

Datum in castro nostro Utini in pleno prelatorum, nobilium et comunitatum colloquio, die VII octobris, anno MCCCLXXX, indictione vero tertia (1).

CCXCVII.

Soffumbergo, 1380, 13 Ottobre (2). — *Il patriarca Marquardo invita il comune di Gemona a mandare dieci pedoni bene armati a difesa di Marano, secondo la deliberazione del consiglio del parlamento.*

MSS. A or. cart. nell'archivio ai Gemona, Lettere di principi, f. 8, r. molto guasto. EDD. inedito. TESTO da A.

Marquardus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha.

Fideles carissimi. Cupientes custodie terre nostre Marani pro futuris evitandis periculis salubrius providere fidelitatem ac dilectionem vestram tenore presentium iuxta deliberationem deputatorum nostrorum requirimus vobis mandantes quatenus ad custodiam dicte terre pedites decem ad hoc aptos et bene armis munitos pro XV dies proximos visis presentibus mittere. . . . . .

. . . .

in castro nostro Sophimbergi die XIII ....bris indictione tercia.

A tergo

dilectis fidelibus nostris capitaneo consilio et comuni terre nostre Glemone.

CCXCVIII.

Soffumbergo, 1380, 7 Novembre. — *Il patriarca Marquardo esorta di nuovo il comune di Gemona a mandare il suo contingente di milizie a Marano.*

MSS. A or. cart. nell'archivio di Gemona, Lettere di principi, f. 9. EDD. inedito. TESTO da A.

Marquardus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha.

Fideles carissimi. Ortamur fidelitatem vestram attente quatenus pedites quos mictere debetis Maranum indilate parare et mittere velitis ad dictam terram nostram Marani pro eius defensione. Et super premissis de bona et celeri expeditione intentionem vestram, dilectis filiis et fidelibus meis deputatis nostris et patrie nostre Foriiulii per latorem presentium intimetis. Datum in castro nostro Sophimbergi die VII novembris indictione III.

CCIC.

Soffumbergo, 1380, 16 Novembre. — *Il patriarca ordina al comune di Gemona che gli si spedisca la quarta parte del suo contingente delle Milizie onde difender Aquileia.*

MSS. A manca. B c. nell'archivio cap. di Udine, di dove racc. Bianchi n. 4811. EDD. inedito. TESTO da B.

Marquardus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha dilectis fidelibus nostris capitaneo, consilio et communi terre nostre Glemone.

(1) Segue in B l'approvazione del capitolo Aquileiese data il 1 gennaio 1381. (2) Le prime lettere del mese non si leggono; probabilmente però si tratta dell'ottobre perchè lo spazio è assai ristretto e non atto a contenere la più lunga indicazione di novembre o dicembre. D'altronde la lettera pare anteriore alla successiva: v. n. CCXCVIII.

Fideles carissimi. Cupientes circa opportunam custodiam civitatis nostr Aquilegie que nisi provideatur in totius patrie dispendium et iacturam notorio subest periculo, salubrius, ut necessarie expedit, providere, fidelitatem vestram iuxta deliberationem deputatorum nostrorum tenore presentium requirimus districte mandantes quatenus ad custodiam dicte civitatis quartam partem talie militie vestre, scilicet elmos duos, balistam unam, qui ibidem esse debeant octava die a die crastina permansuri in ipsa custodia per mensem integrum proxime hunc sequentem mittere, causa cessante qualibet procuretis, cognoscentes quod nisi miseritis et adimpleveritis, ut perfertur, contra vos et bona vestra ad pignorationem et levamentum dictarum penarum absque remissione qualibet procedemus.

Datum in castro nostro Sophumbergi die XVI novembris indictione tertia.

CCC.

Udine [1365-1380]. — *Il patriarca dà notizia al suo vicario generale in temporalibus di una sentenza data dal consiglio del parlamento.*

MSS. A manca. B c. non autentica del sec. XVIII nella racc. Ioppi. EDD. Inedito. TESTO da B.

Marquardus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha, prudenti Ioanni de Monticulis de Verona nostro in temporalibus vicario generali.

Carissime: noveris quod super appellatione ad nos nostrumque generale colloquium interposita per Nicolussium de Castellerio ut tutorem et tutorio nomine pupilli filii et heredes q. Philippi Albrietti notarii de terra nostra Utini in causa quam habet cum Brunatio de ipsa terra, quam quidem appellationem tibi remittimus presentibus interclusam, in nostro pleno consilio vim generalis colloquii obtinente, sententiatum extitit per ipsum tutorem [male] appellatum et bene per secundam sententiam declaratum quod dictus Brunatius et Bilussa olim uxor dicti Philippi debeat ad iudicium, ut in ipsa appellatione exprimitur, avocari sententiatum fuisset.......

Datum in castro nostro Utini sub nostri impressione sigilli.

CCCI.

S. Vito, 1369-1380 .... (a). — *Nuove aggiunte e correzioni alle "Constitutiones patrie Foriiulii" deliberate dal parlamento.*

MSS. A manca. B cod. nell'archivio notarile di Udine, *Documenti antichi*, n. 144, come al n. CCXXIV e CCXXXIII da fol. 37 v. alla fine. EDD. in parte inedite, in parte edite da Ioppi, *Constitutiones*, ma incorporate nelle costituzioni; ved. pref. a questo vol. p. CLXXXI. TESTO da B.

Additio XVIII (b). *De termino limitato actori et reo ad probandum contenta in exceptionibus, replicationibus et quadruplicationibus et refferendariis elligendis et iuribus eius consignandis.*

Constitutienem situatam sub rubricha "de terminis actori et reo datis peremptoris ad conclusionem cause" publicatam in parlamento in Sacillo cele-

(a) Quanto alla data vedasi nella prefazione a p. CLXXVIII. Che il parlamento fosse celebrato a S. Vito risulta da una nota apposta all'*Additio* LVIII, nel codice delle *Constitutiones* conservato nella biblioteca civica di Udine e denominato D da V. Ioppi; la nota si riporterà a suo luogo Si ammette generalmente che tale parlamento fosse celebrato durante la vita del patriarca Marquardo; ciò appare probabile anche perchè, altrimenti nella rubrica che segue dove si ricorda il parlamento di Sacile, si dovrebbe accennare, secondo lo stile consueto, al fatto d'esser stato celebrato da un patriarca defunto.

(b) Si avverte che continua la numerazione delle *additiones* pubblicate sopra al numero CCXXXIII.

brato [a] cassantes integraliter et tollentes, constituimus et ordinamus quod si in et super oppositionibus, exceptionibus, replicationibus, triplicationibus et quadruplicationibus vel in aliqua ipsarum factis per partes, vel aliquam ipsarum proponatur per litigantes vel aliquem ipsorum, aliqua contineri, vel ex eis vel aliqua ipsarum emersisse aliquid de novo, quod vel que consistat vel consistant in facto; et infra sex dies computandos a die lapsus termini ultimi statuti ad opponendum vel excipiendum vel replicandum vel triplicandum vel quadruplicandum, et illo die non incluso (post quos sex dies nullatenus audiri debeat) petatur terminus ad probandum contenta, vel aliqua ex contentis in dictis exceptionibus, replicationibus, triplicationibus et quadruplicationibus, vel aliqua ex eis teneatur pars predicta allegans et proponens declarare que et qualia sint illa que vult probare; et pars tantum teneatur iurare quod credit illa vera esse et posse probare. Et tunc si per astantium sententiam fuerit determinatum, quod sint talia, que etiam si probarentur non repellerent vel reprobarent vel excluderent producta vel probata per partem adversam infra tempora ipsi parti adverse limitata ad probandum et producendum de iure suo, nullus ulterior terminus assignetur, sed intelligatur et sit in causa conclusum. Si vero per sententiam astantium determinatum fuerit, quod sint talia que si probarentur, repellerent vel excluderent probata vel producta per partem adversam et relevarent partem proponentem et allegantem, tunc assignetur utrique parti terminus peremptorius XVI dierum computandorum a die quo petitus fuerit dictus terminus ad probandum, et illo die non incluso, ad producendum et probandum quicquid voluerint, tam super exceptis, replicatis et oppositis quomodocumque hinc et inde, quam propter lapsum dictorum terminorum super oppositis declaratis, et per sententiam astantium admissis. Quibus terminis elapsis sit et reputetur in causa conclusum et ulterius non valeat per aliquam partium produci vel probari aliqua in dicta causa que sint necessaria probari per testes vel instrumenta de novo; sed super antea productis et in causa actitatis possint partes ante tempus et in tempore ac in termino ferende definitive sententie disputare et allegare oretenus quomodocumque voluerint super punctis tangentibus questionem, dummodo talia sint que non indigeant nova probatione, vel productione; sed partibus petentibus vel aliqua ipsarum eligatur referendarius unus tantum; in quem vel de quo partes concordent et concordare teneantur; cuius referendarii electione facta statuatur terminus peremptorius utrique parti secundum qualitatem actorum, et productorum in iudicio, de quibus relatio debet fieri, per sententiam moderandum [a] ad dandum et designandum omnia acta et iura in manibus predicti referendarii electi. Qui quidem referendarius ibidem iuret ad S. Dei Evangelia quod omnem celerem expeditionem faciet super hiis que sibi sunt commissa et dicta relatione fienda bona fide et sine fraude omni tempore pro relacione obmissa.

Additio XIX. *De executione instrumentorum convinctionum.*

Constitutionem proxime precedentem [b] supplentes et illi addentes constituendo et ordinando post illa verba videlicet per confessionem vel sacramentum creditorum addimus verba infrascripta videlicet factam vel factum in iuditio parte presente.

Additio XX. *De litteris obbligatoriis et earum cognitionibus et sigilli vel non.*

Quia propter litteras privatarum personarum et sigilla multe poterant deceptiones et falsitates committi, constituimus et ordinamus, quod si quis agere vult vigore alicuius littere obligatorie contra aliquem, illam etiam parte absente et non citata legi facere possit in iudicio, qua lecta in iudicio, pars partem

(1) Così B; sarà certamente: terminus.... moderandus ad dandum etc.

(a) È il parlamento tenuto a Sacile l'8 novembre 1366 nel quale, come già si disse sopra (v. CLXXVIII e 210) si pubblicò tutto il corpo delle costituzioni. Quella, alla quale si allude, è la XXXIII della prima parte.

(b) Alla costituz. XXXII della prima parte.

contra quam producta est citari faciat, quod usque ad sextam diem computandam a die presentationis cedule citationis, et illa die inclusa, debeat fecisse quod in littera continetur, aut ad dictam diem sextam computandam ut supra, compareat ad negandum, contradicendum, vel confitendum que in dicta littera continentur. Et si quidem intra dictum terminum, seu in dicto termino personaliter citatus et inventus non satisfecerit, nec comparuerit in iudicio, habeatur pro convicto et statim habeat nuncium ad accipiendum de bonis eius, contra quem dicta littera in iudicio fuerit producta et lecta, iuxta contenta in dicta littera; que tamen littera appareat in iudicio ibidem scripta de manu illius, contra quem producitur, seu illius in cuius locum succedit. Et si ibi tunc apparere non posset quandocumque producere possit probationem, aut per comparationem litterarum, aut per dicta testium cognoscentium litteram; et dicta probatio fieri possit etiam parte absente et non citata; vel si dicatur scripta non manus eius, qui apparet obligatus in littera, sed manu alterius; sed manifeste appareat in iudicio, dictam litteram fore sigillatam sigillo illius, qui apparet obbligatus in littera et roboratam duorum testium subscriptione, ut inferius annotatur, si vero in prima citatione non fuerit personaliter inventus, tunc cedula ad domum sue solite habitationis dimissa, citetur secundo per modum subscriptum; qui sive inventus fuerit, sive non, si in termino non comparuerit, vel infra dictum terminum non satisfecerit, habeatur pro convicto ut supra. Si autem comparuerit in termino et confiteatur litteram fore scriptam de manu propria sua vel illius cui succedit, seu in cuius locum succedit, seu confiteatur litteram fore scriptam de manu alterius, de suo tamen expresso mandato, tunc habeatur pro convicto, nisi forsitan voluerit probare solutionem seu remissionem seu absolutionem eorum que in litteris continentur; quo casu admittatur. Si autem comparuerit in termino et contradixerit sive negaverit litteram fore scriptam de manu sua propria, seu illius in cuius locum succedit et convenitur, tunc si fuerit probatum per partem precedentem litteram illam fuisse scriptam de manu sua propria habeatur pro convicto, nec admittatur ulterius ad aliquam defensionem faciendam nec aliquid probandum quod sibi prosit. Si autem probatum fuerit illam litteram fuisse scriptam de manu eius in cuius locum succedit, et convenitur, tunc adhuc possit probare solutionem, seu satisfactionem eorum, que in litteris continentur. Si autem littera que in iudicio producitur, dicatur scripta manu alterius tertie persone, sed sigillata sigillo proprio illius contra quem producitur, seu eius in cuius locum succedit, et convenitur, tunc si ille, contra quem producitur, negaverit fore scriptam de voluntate sua, seu sigillum fore suum proprium, vel si confiteatur suum proprium sed negaverit fore appositum de sua voluntate in dicta littera, tali littere non adhibeatur fides, nisi littera illa fuerit subscripta et roborata per subscriptionem duorum testium bone opinionis et fame, testificantium in ipsa littera per eorum scripturam vel subscriptionem, quod dicta littera fuit scripta per talem personam de voluntate et mandato expresso illius, qui apparet obligatus in dicta littera et sigillata sigillo proprio ipsius, qui in dicta littera apparet obligatus, et de sua voluntate.

ADDITIO XXI. *De vero deposito et ficto* (a).

Constituimus et ordinamus, quod illud censeatur et dicatur verum depositum quod factum est penes unicam personam tantum et de quo in instrumento appareat, fore ibidem datum et consignatum, et in quo nullus appareat terminus, nec simplex confessio sine consignatione et in quo non appareat fideiussio aliqua nec pena; cum sine iis evidenter appareat pura confidentia, prout in vero deposito requiritur inter deponentem et depositarium. Nec propter hoc vitietur verum depositum, si in instrumento, vel alia scriptura loquente de vero deposito appareat obligatio facta bonorum dicti depositarii. Et in tali et super

(a) Probabilmente questa parola *fictum* accanto a *depositum* si spiega come « deposito ad interesse ». Ancora oggi fra i contadini friulani si usa la locuzione « dare denaro a fitto » per dare a mutuo ad un determinato interesse.

tali deposito habeatur cognitio consueta videlicet quod possit deponens ipsum instrumentum depositi in iudicio etiam parte non citata nec presente producere et ipsum facere legi, ipsoque lecto detur nuncius ad notificandum depositario quod sit in concordia cum deponente infra diem tertiam a die notificationis, computando, et illo incluso, aliter sit nuncius ad accipiendum de bonis depositarii transactis dictis primis diebus. Omnia autem alia instrumenta loquentia et continentia depositum aliter quam supra dictum est, videlicet quod contineant confessionem depositi sine consignatione presenti, vel terminum vel fideiussionem, aut penam, vel si fiat apud plures personas, declaramus fore mutua et debita simulata et potius censeri de mutuo quam de deposito et non habeant privilegia veri depositi, et contra illa procedatur prescriptio sicut in aliis mutuis, continentibus convictionem.

Additio XXII. *De sententia compromissi observanda et pena exigenda.*

Constituimus et ordinamus quod si persona, que tenetur ad aliquid, vel aliqua facienda, vel non facienda, vigore alicuius sententie arbitrarie vel arbitratorie, illa non observaverit, seu contra illa fecerit, vel venerit et sententia fuerit in iudicio producta, et lecta, etiam parte absente et non citata; nichilominus teneatur ad penam in compromisso contentam, etiam si persona ipsa, contra quam sententia lata est, velit infra tres dies observare contenta in sententia. Quam penam contentam in dicta sententia possit ille, in cuius favorem sententia lata est, petere et exigere prout sibi libuerit.

Additio XXIII. *De iuramento in iudicio recipiendo vel referendo* (a).

Constitutioni proxime adiicimus constituentes, quod transactis terminis limitatis actori et reo ad probandum, possint ipse hinc inde partes ad invicem deferre sacramentum super propositis per eas vel earum alteram.

Additio XXIV. *De sententiantibus et astantibus allegatis pro suspectis.*

Constituimus et ordinamus, quod si aliquis allegaverit aliquem pro suspecto in sententiando teneatur declarare causam suspicionis; que causa si non fuerit admissa tamquam legiptima per sententiam astantium, et velit tunc probare dictam causam suspicionis, admittatur ad probandum. Quam probationem ibidem et illico sine aliquo intervallo sibi dando probare teneatur, et si non probaverit, cadat in penam XL den. dandam illi qui allegatus fuerit suspectus. Et hec nisi vellet stare sacramento eius quem allegaverit suspectum. Quo casu si iurabit illam causam non fore veram, cadat in penam predictam, quam solvere teneatur statim ibidem; aliter non audiatur nec in agendo, nec in defendendo sed in causa procedatur contra eum allegantem suspicionem, quemadmodum esset contumax. Si vero causam suspicionis ibi tamquam legiptimam per sententiam admissam probaverit, aut per legiptimam probationem illico, ut supra, aut per confessionem illius allegati suspecti, de pena predicta nichil solvat et predictus allegatus suspectus in dicta causa sententiare non possit.

Additio XXV. *De exforciis et iis qui ingrediuntur iniuriose domos et habitationes aliorum* (b).

Constitutioni precedenti addentes, constituimus et ordinamus quod si aliquis cum aliquibus animalibus, vel aliquo animali pasculaverit in pascuis, braydis, pratis seu aliis possessionibus ad ipsum non pertinentibus, non intelligatur exfortium commisisse, nec ad penam exfortii, sed solum ad extimationem dampni facti, et ad moltam que tamen excedere non valeat den. VIII Aquil. monete; et exigi non valeat nisi semel pro uno excessu. Et hoc etiam locum habere volumus in quocumque alio genere dampni dati in alterius territorio, dummodo

(a) Alla costituz. XXXVI della prima parte.

(b) Alla costituz. XLI della prima parte.

non excedat valorem xx frix., vel persone presenti et resistenti factum seu illatum fuerit. Sed si dampnum inferens contendat et contendere velit cum accusatore eius super proprietate vel possessione rei vel territorii in quo dicitur dampnum datum esse, et in predicta causa vel controversia possessionis vel proprietatis succubuerit, intelligatur tunc exfortium commisisse et ad penam exforcii teneatur.

Additio XXVI. *De ordine iudicii et modo etc.*

Constitutionem precedentem (a) in principio declarantes adiicimus, quod si aliquis vult convenire aliquem pro aliquo exfortio, sufficiat ipsum citari semel tantum si personaliter fuerit inventus. Si vero non fuerit personaliter inventus in prima citatione, tunc citetur ad domum et ibidem cedula dimittatur; sed adhuc teneatur ipsum facere secundo citari personaliter, vel ad domum ibidem cedula dimissa cum proclamatione solita; et si propriam non habuerit domum, tunc sufficiat una citatio et proclamatio facta in platea loci ubi solet habitare.

Additio XXVII. *Super eodem citato allegante se fecisse cum nuncio dominii et eius licentia vel mandato.*

Constitutioni precedenti (b) et loquenti de eo, qui allegat se fecisse cum nuncio dominii, vel de eius mandato addentes et ipsam declarantes, constituimus, quod si aliquis citatus super exfortio alleget se fecisse illud, super quo citatus est cum nuncio dominii et de eius licentia vel mandato, et obtentum fuerit contra eum quod non iuste nec rationabiliter pignoraverit seu acceperit, aut pignorari, seu accipi fecerit, si succubuerit, teneatur pignora et accepta parti pignorate et conquerenti restituere ad altressum cum dampnis et expensis. Et si obtinuerit nuncium a dominio ad pignorandum pro suis afflictibus et livellis non tamen isto casu cadat in penam L libr., vel minoris summe in aliis casibus constitutam. Et de valore ablatorum et receptorum stetur sacramento ipsius conquerentis, ut premittitur, obtinentis.

Additio XXVIII. *Super eodem citato vel ambabus etc.*

Constitutioni precedenti (c) addendo, constituimus, quod si agitur contra aliquem de exfortio super rebus mobilibus, et non sit necessaria probatio rei immobilis, seu stabilis, tunc in tali causa utrique parti limitetur terminus ad probandum quidquid voluerit infra spatium x dierum connumerandorum a die limitationis dicti termini et ipso incluso.

Additio XXIX. *Super eodem quando allegatur etc.*

Constitutioni proxime (d) precedenti loquenti de eo, qui allegat possessionem noviter acquisitam addente, et ipsam declarantes et limitantes, constituimus et ordinamus, quod illud quod in dicta constitutione cavetur, scilicet quando aliquis non annuam, sed novam possessionem allegat et velit iura sua super proprietate et possessione, et manutentores producere, audiatur, et disputetur simul et semel super proprietate et possessione, quod habeat locum in tribus tantum casibus infrascriptis; videlicet quando ipse qui non annuam, sed novam possessionem allegat, dicit rem de qua agitur fore venditam ad incantum contra ipsum, contra quem querimonia est exposita vigore alicuius convictionis per sententiam latam contra ipsum obtente; secundo quando allegat rem, de qua agitur fore venditam contra ipsum vigore alicuius obligationis conventionalis facte per ipsum. Tertio quando allegat rem de qua agitur, fuisse sibi

(a) Alla costituz. XLII della prima parte.
(b) Alla costituz. XLIV della prima parte.
(c) Alla costituz. XLV della prima parte.
(d) Alla costituz. XLVI della prima parte.

datam aliquo titulo alienationis ab eo cum quo contendit, vel alio habente ab illo causam. Quibus tribus casibus tantum, postquam ille, qui non annuam sed novam possessionem allegat, vult iure suo et manutentores producere super proprietate et possessione, possit et valeat etiam contradicente parte adversa. Que etiam pars adversa possit, si velit, iura sua super proprietate et possessione et manutentores producere.

Additio XXX. *De massariis et colonis ad probandam possessionem admittendis.*

Constituimus et ordinamus, quod si emergat, aliquam probationem fieri debere super possessionem alicuius mansi, domus, brayde, seu alterius terreni, seu alterius iuris, quod pretenderetur super aliquo terreno, quod dicta probatio fieri possit etiam per massarios, et colonos, livellarios et alios solventes dicta iura dictorum bonorum, probando etiam famam esse de possessione dictorum bonorum, et quod talis probatio sufficiat et legiptima reputetur. Et si admisse sint ambe partes et cuncurrant ad probandum possessionem, in eo casu dicti coloni, et alii suprascripti produci possint per partes, ed in testes, admittantur. Et in casu, prevaleat, ut consuevit, probatio illius partis, que meliores et potiores probationes produxerit et habebit.

Additio XXXI. *De modo servando ut appellationes etc.*

Constitutionem proxime precedentem [a] ab illis verbis silicet ubi autem concordes non fuerint partes usque ad finem dicte constitutionis corrigentes cassantes et mutantes constituimus et ordinamus quod ubi de tenore appellationis producte in scriptis in iuditio partes concordes non fuerint teneantur ibidem dicte partes statim unum elligere correctorem, et de uno tantummodo correctore si concordare possunt. Si autem de uno tantum correctore dicte partes non concordaverint vel concordare non poterint antequam vicarius seu officialis recedat a iudicio, tunc notarius qui scribit in causa, solus deputetur pro correctore et intelligatur deputatus et electus comuniter ab utraque parte pro correctore, qui corrector sive comuniter electus, sive notarius deputatus, ut supra teneatur et debeat infra sex dies a die appellationis producte in scriptis in iudicio et illo die non incluso, dictam appellationem correxisse sub pena medie marche curie applicande absque aliqua remissione. Et appellatio per dictum comuniter electum vel per notarium deputatum, ut supra correcta, habeatur pro legiptime correcta et possit omnino claudi et sigillari, omnibus aliis oppositionibus et cavillationibus que conceduntur per protectiones obtentas reiectis.

Additio XXXII. *De prosecutionibus appellationum in parlamentis et in consiliis.*

Constituimus et ordinamus quod appellantes teneantur eorum prosequi appellationes in primo colloquio futuro, fiendo post interpositionem et correctionem ipsarum; et si contingat ipsum colloquium appellationes ipsas remittere ad consilium, tunc teneantur appellationes illas prosequi et illo consilio tantum quod immediate sequitur ipsum colloquium et omnibus diebus quibus durabit ipsum consilium. Et si die illa qua vel quibus fuerit consilium illud celebratum et continuatum non fuerint appellationes ipse decise et determinate, non teneantur appellantes eas prosequi in aliis consiliis extraordinariis; sed solum in alio colloquio immediate sequente et in eius consilio proxime subsequente. Teneantur etiam prefati appellantes in prosecutione suarum appellationum prefatum ordinem observare, donec dicte appellationes fuerint decise et determinate. Si autem prefati appellantes fuerint negligentes in prosequendo eorum appellationes ordine, tempore et modo et diligentia predictis ex nunc intelligantur et reputentur eorum appellationes casse et deserte.

(a) Alla costituzione L della seconda parte.

ADDITIO XXXIII. *De protectionibus.*

Costitutioni proxime scripte addentes (a), illamque declarantes, constituimus et ordinamus quod illi tres dies statuti pro termino ad presentandum protectionem non currant nec incipiant currere, nisi ab illa die, qua vicarius vel officialis fecerit vel dederit responsionem super protectionem, an eam admittat vel non; seu respondeat illam nec admittere nec reicere, et illo die non incluso.

ADDITIO. XXXIV. *De prosecutione protectionis, et de expensis reficiendis per protectionem producentem.*

Item constituimus et ordinamus quod si aliquis posuerit se in protectionem in aliqua causa, teneatur et debeat ipsam protectionis causam prosequi, et finivisse adeo quod super ipsa protectione pronunciatum sit per d. patriarcham vel eum cui commiserit, infra XL dies connumerandos a die responsionis facte per vicarium vel officialem coram quo fuit interposita dicta protectio, utrum ipsam protectionem admittat vel non et illo die non incluso; salvo iustissimo impedimento auditoris, cui de dicto eius impedimento credatur; quo casu tantum tempus restituatur parti dictam protectionem prosequenti, per quantum tempus fuerit impeditus, et nisi fuerit intra dictum tempus lata sententia super ipsa protectione, habeatur pro nulla et non interposita et proinde procedatur in causa principali, ac si nunquam fuisset positum in protectione; et si pars que se posuit in protectione succubuerit in ipsa protectionis causa, teneantur et debeat reficere omnes expensas factas in ipsa causa protectionis, taxandas per iudicem dicte protectionis; quibus non solutis non audiatur agendo nec defendendo pars que se in protectione posuerit.

ADDITIO XXXV. *De venditione bonorum immobilium.*

Constitutionem proxime precedentem (b) declarantes et illi addentes constituimus et ordinamus quod omnia bona mobilia et immobilia et nomina debitorum possint et valeant proferri incantari et delivrari singulis diebus anni, etiam si dies proferitionis incantationis et delivrationis fuerit feriata.

ADDITIO XXXVI. *De bonis ad incantum vendendis proferendis illis et contra illos qui sunt extra patriam.*

Constituimus et ordinamus quod si quis voluerit facere proferri aliqua bona immobilia seu mobilia, sive sint obligata pro pignore mobili, sive non, alicui existenti extra patriam in loco noto, vel ignoto, quod teneatur per publicam proclamationem factam in plathea loci, ubi ius reddatur, proferre ultra ter decem dies; qua proferitione, sicut supra dictum est, ultra ter decem dies facta, possint vendi ipsa pignora, quemadmodum vendi possent et venderentur, si essent proferta ultra ter septem dies secundum formam alterius constitutionis. Et illum declaramus esse extra patriam, qui non est vel non residet sub dominio et iurisdictione ecclesie Aquilegensis et d. patriarche.

ADDITIO XXXVII. *De emptoribus ementibus bona ad incantum compellendis ad pretii solutionem.*

Constituimus et ordinamus, quod emens bona ad incantum, si immobilia transactis decem diebus, si mobilia transactis quinque diebus, teneantur solvere pretium, dato manutentore sibi vel dominio in casu quo dare teneatur. Quod nisi solverit facta fide de delivratione teneatur ipse officialis dare sibi nuncium ad accipiendum de bonis eius, ut possint vendi bona stabilia ac si essent mobilia; et nisi solverit, postquam unum suum pignus fuerit venditum, cadat in penam XXV librarum.

(a) Alla costituz. LII della seconda parte.

(b) Alla costituz. LIV della seconda parte.

ADDITIO XXXVIII. *De iis qui impedire nituntur etc.*

Constitutioni proxime precedenti [a] in fine adiicimus, quod si contradictor appareat alius quam ille contra quem bona venduntur ad incantum, qui pretendat se habere aliquod ius in bonis que venduntur ad incantum et in causa contradictionis succumbat, non tamen puniatur pena XXV libr. in constitutione contenta, dummodo appareat ipsum iustam causam habuisse contradicendi; et ideo non teneatur quia probabiliter ignorare poterat iura eius, ad cuius petitionem vendebantur.

ADDITIO XXXIX. *De iis qui contradicunt venditionibus ad incantum bonorum per eos ex conventione obligatorum.*

Constituimus et ordinamus quod contradicens venditioni pignoris, seu rei per ipsum pignorate seu hypotecate que fit ad incantum ex pacto, vel conventione non pro executione sententiarum, si in causa succubuerit cadat in penam XXV libr. cuius medietas applicetur parti, medietas dominio et teneatur iurare et securitatem prestare sicut continetur in constitutione sub rubricha: de iis qui per contradicionem etc. [b].

ADDITIO XL. *De creditoribus non valentibus emere etc.*

Constitutioni proxime situate [c] addentes et in casu infrascripto corrigentes, constituimus et ordinamus quod si die qua bona vendenda ad incantum debeant delivrari, non fuerit repertus nec apparuerit aliquis, qui dicta bona emere voluerit, tunc creditor vel ille ad cuius instantiam bona venduntur, possit et valeat comparere coram dominio et proponere quod non potuit dictorum bonorum illorum emptor reperiri; et eo iurante, quod non deficit propter ipsum qui facit vendere illa bona, quando alias dicta bona incantaret nec in hoc commisit aliquam fraudem vel dolum, et precone referente quod nullus incantaverit illa bona dicta, possit et debeat tunc per laudum et sententiam sibi dari licentiam iterato proferendi per cedulam presentatam debitori invento personaliter vel semel tantum ad domum sue habitationis dimissam ad certam diem quam voluerit, ad videndum incantari et delivrari ipsa bona; et eo die licitum sit ipsi ad cuius instantiam ipsa bona incantantur, illa bona incantare et pro se emere. Sed isto casu si ipse ad cuius instantiam ipsa bona incantabantur, ipsa bona emerit, possit et valeat ipse debitor illa bona recuperare et exigere pro pretio, quo delivrata fuerunt usque ad spatium XX dierum computandorum a die facte delivrationis et illo die non incluso.

ADDITIO XLI. *De prescriptionibus etc.*

Constitutioni proxime precedenti [d] in fine constituentes post verba illa "salvo iure ecclesiarum", addimus: comunitatum in quibus non habeat locum presens constitutio.

ADDITIO XLII. *De fideiussoribus liberari volentibus a fideiussione.*

Constituimus et ordinamus, quod si aliquis fuerit pro aliquo fideiussor et velit ab obligatione fideiussoria liberari, tunc siquidem appositus fuerit aliquis terminus solutioni debiti eius, pro quo fideiussit, infra illum terminum non possit petere se eximi a fideiussione predicta. Sed elapso ipso termino agere possit; et si obtinuerit executionem fieri, facere possit tam pro debito, quam pro expensis contra principalem debitorem, et eius bona sicut posset ipse creditor principalis. Qui creditor principalis teneatur et debeat ac compelli possit

(a) Alla costituz. LX della parte seconda.
(b) Alla costituz. cit. nella n. precedente.
(c) Alla costituz. LXV della parte seconda.
(d) Alla costituz. LXX della parte seconda.

per dominium ad instantiam dicti fideiussoris sub penis etc. ad exibendum instrumentum debiti in iudicio, contra quod audiatur defensio debitoris sicut si ageret creditor principalis. Si autem non oppositus fuerit terminus aliquis solutioni debiti principalis et velit fideiussor ipsius debiti ab ipsa fideiussione liberari, tunc ad eius instantiam mandetur per dominium et per cedulam principali debitori, quod infra XXX dies, numerandos a die presentate cedule, liberet ipsum fideiussorem. Quod si ipse debitor principalis hoc facere recusaverit, neglexerit vel tardaverit, tunc ipse fideiussor agere et executionem facere possit contra ipsum debitorem et eius bona, sicut supra dictum est per eum fieri posse, quando oppositus est solutioni terminus et elapsus. Et predicta habeant locum etiam in quocumque obligato principaliter, qui possit legiptime probare, se conservari debere imdempnem ab obligatione predicta.

Additio XLIII. *De ultimis bonorum possessoribus, et de ordine procedendi contra eos.*

Constituimus et ordinamus, quod si aliquis agat contra aliquem possessorem bonorum eius, quem agens asserit sibi obligatum, et ille, contra quem agitur, nominaverit aliquem alium ad quem dicat de bonis ipsius debitoris post eum devenisse, tunc actor teneatur citari facere illum nominatum semel personaliter, vel bina citatione ad domum, cedula ibi dimissa et ad certam diem ad quam etiam statui faciat terminum primo citato. Et tunc facta fide de termino illi, ambobus presentibus vel absentibus, vel altero tantum absente, limitetur terminus X dierum, infra quem producant titulos eorum, et alia per que appareat, quis eorum sit ultimus possessor. Et si intra dictum terminum non fuerit inter eos determinatum per sententiam qui sit ultimus dictorum bonorum possessor, possit actor procedere contra bona per utrumque detenta, datis tamen terminis, qui dantur, quando petitur territorium, etiamsi post lapsum dicti termini ipsi possessores vel alter ipsorum vellent seu vellet aliquam facere declarationem, quis eorum esset ultimus possessor; sed isto casu possit indistincte definitiva sententia ferri coram persona d. patriarche, vel eius vicarii; et nichilominus procedant detentores bonorum inter se, et quicumque eorum succubuerit, teneatur reficere parti victrici totum dampnum quod passa fuerit predicte litis occasione.

Additio XLIV. *De inventariis a curatoribus conficiendis et publicandis.*

Constitutionem proxime precedentem (a) quoad infrascripta circa finem corrigentes constituimus et ordinamus quod si aliquis tutor in testamento, vel aliter datus pupillis inventarium non confecerit modo, forma et solempnitate supradictis, nichilominus valeat et possit agere et conveniri per creditores pupillorum et minorum et in iudicio comparere et contra ipsos et in eorum contumacia procedi; et quidquid actum fuerit in favorem pupilli, habeat roboris firmitatem ad utilitatem pupilli et preiudicium eius adversarii. Et similiter quidquid actum fuerit quod videatur in preiudicium et dampnum pupilli esse actum, etiam si iuste obtentum fuerit, contra tutorem prefatum habeat etiam [roboris] firmitatem quoad dampnum tutorum, et in bonis ipsorum tutorum fiat executio sententie que appareret lata contra pupillum, etiam si iuste lata foret, non autem in bonis pupilli, immo quantum ad pupillum et eius bona censeatur nulla. Si autem elapso tempore conficiendi inventarii in proxime dicta constitutione contento creditores pupillorum vel aliqui eorum affines allegaverint, vel proposuerint ipsos tutores non esse solvendo et inventarium non confecisse (b), tunc possit et debeat dictus tutor ad instantiam predictorum, vel ex officio dominii removeri et de alio provideri. Et nichilominus si interim est factus aliquis processus, vel aliquid contra eum tamquam tutorem obtentum, illud

(a) Alla costituz. XCII della parte seconda.

(b) Così anche l'ed. del 1524 r. CXXXVII: ... proposuerint ipsos administratores non esse solvendo: et inventarium non confecisse...

valeat quoad ipsum, et non quoad pupilli preiudicium, et in bonis eius fiat executio usque ad cuncurrentem quantitatem suorum bonorum, sive a tutela removeatur, sive de alio provideatur, sive remanserit in tutela. Sed in omnibus predictis casibus remaneat ius suum salvum creditori in iis que recuperare non potuerit a tutore contra bona pupilli, inchoando tamen contra eum litem de novo, non autem vigore obtentorum contra prefatum tutorem.

Additio XLV. *De contractibus publicorum usurariorum de duplo presumendis.*

Constituimus et ordinamus, quod omnes contractus quorumcumque usurariorum publicorum, etiam si non teneant banchum et stationem, concepti in personas eorum vel in personas existentes de eorum familia, intelligantur et presumantur fore de duplo, exceptis contractibus emptionum bonorum stabilium.

Additio XLVI. *De depredatoribus et robatoribus stratarum* (a).

Constitutionem precedentem quoad penam tantum corrigentes, statuimus quod quilibet derobator stratarum, cuiuscumque generis et conditionis existat, furcis suspendatur taliter quod moriatur.

Additio XLVII. *De communitatibus revelantibus etc.* (b).

Constitutionem proxime precedentem iuxta medium corrigentes constituimus et ordinamus quod pro excessu qui continetur in constitutione, ubi solvebatur media marcha, solvant nunc solummodo XL den.; et quod non credatur pignorantibus, seu officialibus de numero excedentium simpliciter; sed solum a vigintiquinque hominibus infra; ab inde vero supra fiat legiptima probatio per alios quam dictos officiales in constitutione contentos, vel per extraneos, vel etiam per homines dicte communitatis vel ville; et quod d. mareschalcus non possit pignorare, vel pignorari facere, nisi mediante et preambulante sententia.

Additio XLVIII. *De tempore quo massarii debent dimittere et relaxare mansos dominis suis.*

Constituimus et ordinamus, quod ii qui sunt soliti solvere aliquem affictum ratione alicuius mansi vel territorii, non possint illum mansum renunciare ullo tempore anni nisi a prima die augusti usque ad festum Assumptionis B. Marie, dicti mensis augusti, et renunciantes teneantur prestare securitatem de solvendis affictibus integris et de stramine et fimo et dimittere territorium melioratum.

Additio XLIX. *De domino pustote valente pignorari super pustota.*

Constituimus et ordinamus quod dominus pustote alicuius mansi pro affictibus suis possit accipere bona tenentis pustotam, inventa super dicta pustota et alia bona quecumque ibi inventa; et quod dominus, super cuius territorio stat, ipsa bona dicti coloni non possit accipere super dicta pustota.

Additio L. *De victualibus non arctandis.*

Quia omnes esse debent liberi in patria Foriiulii cum rebus et bonis suis, et quia communis utilitas debet preferri private, ad utilitatem communem omnium compatriotarum, constituimus et ordinamus quod nulla persona singularis iurisdictionem aliquam habens in patria Foriiulii, nec aliqua communitas possit vel valeat statuere vel ordinare homines cuiuscumque conditionis existant, dummodo sub illa communitate non comprehendantur, nec faciant residentiam in castro seu burgo illius singularis persone, quin possint libere sua victualia

(a) Alla costituz. LXI della parte seconda. (b) Alla costituz. LXIV della parte seconda.

exportare pro eorum libito voluntatis et ad eorum libito voluntatis et ad eorum voluntatem ad quemcumque locum, infra patriam Foriiulii tantum, ubi magis eis portantibus videbitur pro eorum commodo et proficuo expedire.

ADDITIO LI. *De pena falsi testis.*

Constituimus et ordinamus, quod si aliquis deprehensus fuisset falsum perhibuisse testimonium in quacumque causa civili vel criminali, penam CC libr. incurrat, quam solvere teneatur infra XV dies postquam deprehensus fuerit falsus testis; et nisi intra dictum tempus solverit, amputetur ei lingua. Cuius pene medietas cadat dominio coram quo falsum perhibuit testimonium.

ADDITIO LII. *De massariis de massareza et manupastis et servis non admittendis ad testimonium pro eorum dominis.*

Constituimus et ordinamus, quod nullus massarius, qui stet cum loco et foco de massareza, nec servus nec manupastus alicuius possit in aliqua causa testimonium perhibere pro eorum dominis, excepto quod massarius predictus possit deponere de possessione, ut in alia constitutione continetur.

ADDITIO LIII. *De creditore non molestando per fideiussorem de dampno passo propter fideiussionem.*

Constituimus et ordinamus quod si ad petitionem alicuius creditoris aliqua bona sunt vendita ad incantum, que bona fuerint designata per aliquem fideiussorem vel alium quemvis designatorem seu obligatorem bonorum suorum ad instantiam alterius persone eidem creditori aut executio facta contra bona fideiussoris alicuius seu alterius designatoris, et fideiussor velit sibi de indempnitate providere, ipse fideiussor possit et debeat facere conveniri emptorem pro quo fideiussit, et ab eo suum petat dampnum resarciri, cuius occasione dampnum passus est, nec de cetero ulterius molestet creditorem pro pignore vendito sive iuste sive non dictum pignus fecerit vendi; sed ipse debitor principalis, contra quem bona fideiussoris sunt vendita, habeat regressum contra creditorem, si credat sua aliqualiter interesse, ut quia forsitan dicat non iuste nec rationabiliter dictum pignus fore venditum vel alia causa.

ADDITIO LIV. *De penis promissis coram aliquo dominio non exigendis.*

Constituimus et ordinamus quod nullus gastaldio seu quis ius reddens in patria Foriiulii audeat nec presumat compellere nec suadere, invitare nec inducere aliquam personam, coram ipsis litigantem, quod aliquid faciat vel non faciat sub aliqua pena; nec ipsi litigantes ad instantiam etiam alicuius dominii, seu alicuius alterius persone, nec etiam sponte valeat se obligare sub aliqua pena super predictis. Et quidquid contra predicta factum fuerit sit nullius roboris nec firmitatis.

ADDITIO LV. *De officio vicedominatus et instrumentis publicis vicedominandis et notariis, admittendis ad exercitationem tabellionatus officii.*

Constituimus et ordinamus, quod si quis notarius, undecumque sit oriundus, compatriota vel forensis de cetero incipere exercere voluerit tabellionatus officium in patria Foriiulii, nullatenus dictum officium valeat exercere, nisi prius examinatus et adprobatus fuerit per d. patriarcham vel cui commiserit et quatuor providos viros, vel maiorem partem ipsorum eligendos per d. patriarcham de consilio consiliariorum electorum per colloquium generale, quorum officium duret per annum, et de anno in annum fiat talium virorum electio. Si quis autem non examinatus et approbatus, ut supra, presumpserit aliqua conficere instrumenta, privatus sit et intelligatur ab officio tabellionatus in toto dominio

Aquilegensis ecclesie; et nichilominus prestet securitatem de solvendis CC libr. parv. dandis (a) fabrice dicte ecclesie Aquilegensis infra unum mensem; et nisi dictam securitatem prestaverit aut prefatam penam non solverit, in carceres detrudatur et ibi pene nomine detineatur per sex menses computandos a die, quo detrusus fuerit in carceres antedictos. Et in predictas penas declaramus incidere et ad eas teneri a die, quo fuerit reprehensus excessum commisisse predictum.

Additio LVI. *De filiis familias et aliis inobedientibus eis in quorum sunt potestate.*

Constituimus et ordinamus quod si aliquis alterius potestati subditus, ut, puta, filius vel nepos, in tanta fuerit protervitate erectus, quod mandatis licitis et voluntati patris vel avi in cuius potestate existat velit nullatenus obedire; immo potius malis conversationibus et operibus insistere taliter, quod per eius mala opera tristitiam potius quam letitiam inferat ei in cuius potestate consistit, de quo sit manifestum per publicam famam et opinionem vicinorum; tunc licitum sit eidem patri vel avo in cuius potestate fuerit, dictum filium vel nepotem a se et bonis suis repellere, ac etiam ab eius domo et habitatione excludere, ac ipsum prohibere et compescere ab administratione et gubernatione bonorum suorum, ita et taliter quod de cetero ipse filius vel nepos non possit in bonis patris vel avi ullo modo se ingerere vel immiscere; ac etiam dictus pater vel avus non teneatur dicto filio vel nepoti providere nec in victu nec in vestitu, nec etiam in eius ultimo testamento ei aliquid de suis bonis relinquere; sed possit et valeat eum totaliter exheredare et bonis suis privare. Quod si dictus filius vel nepos non solum in pravis conversationibus et malis operibus perseveret, verum etiam ulterius perniciose presumpserit in personam patris vel avi iniuriam aliquam inferre, seu bona ipsius patris vel avi invadere vel accusare, seu aliquid auferre, tunc ad querimoniam et querelam dicti patris vel avi dominium iustitiam faciat de predictis. Et si non posset filius vel nepos solvere id in quo fuerit condempnatus, in carceres detrudatur. Ubi vero pater vel avus dictam querelam non fecerit, quia forsitan non audeat vel non velit, tunc dominium facta sibi denunciatione per duos bonos viros, qui teneantur in secreto, possit contra dictum filium vel nepotem procedere, sicut si sibi facta esset querimonia per patrem vel avum et sicut faceret contra aliam extraneam personam per quam commissa fuissent predicta vel aliquod predictorum.

Additio LVII. *De homicidis puniendis, aut extra totam patriam banniendis.*

Constituimus et ordinamus quod si aliquis ex proposito et animo pensato homicidium commiserit, seu alicui homicidio astiterit, si personaliter haberi potest, de eo fiat iustitia secundum mores patrie Foriiulii; si autem personaliter haberi non potest, tunc banniatur et bannitus intelligatur de tota patria et dominio Foriiulii, nec securus remanere possit in aliqua terra, castro vel loco patrie Foriiulii; sed marescalchus ipsum homicidam capere possit, ubicumque eum invenerit, sine contradictione aliquarum personarum, non obstante aliqua consuetudine in contrarium forsitan observata. Quodsi forsitan aliqua communitas, nobilis, vel alia persona ipsum homicidam sic bannitum receptaverit, tunc ad requisitionem d. marescalchi teneatur et debeat eidem marescalcho, vel cui commiserit, presentare infra tres dies a die requisitionis computandos, die requisitionis incluso, aut infra dictum tempus homicidam expellere et ipsum ulterius non retinere. Contrafacientes vero incurrant penam mille libr. parv. curie d. patriarche applicandis.

(a) Da questo accenno parrebbe da questo gruppo di *additiones* fosse anteriore al 1379, anno nel quale la fabbrica della basilica Aquileiese appare già finita: cfr. sopra doc. CCLXXIX. Esso conferma in ogni modo che le *additiones* stesse appartengono al patriarcato di Marquardo restauratore di quel tempio.

ADDITIO LVIII. *De modo procedendi contra derobatores stratarum publicarum et contra receptatores eorum* (a).

Item constituimus et ordinamus quod cum proceditur contra derobatorem predictum sufficiat unica citatio publica facta in platea loci, ubi proceditur, per mareschalcum vel per alium officialem d. patriarche ad suam defensionem faciendam ad decimam diem computandam post diem dicte proclamationis facte. Et simili modo contra dictum receptatorem.

CCCII.

Udine, [1381], 2 Gennaio. — *Al consiglio del comune di Udine è presentata una richiesta dei deputati della patria di mandar soccorsi al comune di Trieste.*

MSS. A Annales civitatis Utini, to. VI, fol. 317. EDD. inedito. TESTO da A.

[Die mercurii secundo ianuarii]. Super propositis per venerabilem d. abbatem et alios deputatos super toto regimine patrie et per eius universitatem exponentes pericula dicte civitatis Tergesti quibus exposita fuerunt dicta pericula dicte civitatis per eosdem ambaxiatores: et quod intentio ipsorum deputatorum est bona et prompta sed tamen defficit posse in tanto facto, deprecantes in quantum possunt universitatem et communitatem huius terre Utini que est cor et substenimentum totius patrie quod suscipiat de eiusmodi periculo aliqua honera convenientia in predictis. Insuper quod particula et pars militie terre Utini Aquilegiam mittatur.

Deliberatum permasit quod super predictis iniungi et committi debet duobus de consilio prout iniunctum et comissum fuit .... (1) ad narrandum dictis deputatis (b).

CCCIII.

Sacile, 1381, 6 Gennaio. — *I nuncii del re d' Ungheria si condolgono coi deputati del Friuli per la morte del patriarca Marquardo, e danno loro vari consigli quanto alla guerra.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Pirona da cui racc. Bianchi n. 4825. EDD. inedito. TESTO da B.

Honorabiles amici carissimi. Obitum excolende memorie q. d. Marquardi patriarche vestri dolenter audivimus, et tam laudabilis et preclari presulis occasum lugubrem velut patrie huic toti damnosum ex corde lugemus, quamvis hoc debitum nature persolvere lex cunctis animantibus imposita sit, et ab ipsa nemo sit penitus absolutum. Et quia vobis incumbit de conservatione honoris et status patrie vestre predicte vos plus solito procurare cum sitis pastoris vestri regimine destituti, et dicti patriarchatus sede vacante durante rectores ipsius patrie debent in omnibus absentia pastoris sui detrimenta sive deffectus

(1) Spazio bianco.

(a) In fondo a questa rubrica trovasi nel cod. delle *Constitutiones* della Biblioteca di Udine che V. Ioppi designò come cod. D la nota: explicit constitutiones antique et additiones nove composite et celebrate in castro S. Viti.

(b) Il patriarca Marquardo morì il 3 gennaio successivo; ved. LIRUTI: *Notizie* cit. V, 129. A vicedomino fu eletto il nob. Federico di Porcia come si vede dal doc. seguente 1381, 20 gennaio.

Alle richieste fatte dai deputati parlamentari *super regimine patrie* precedono nell' originale quelle fatte dai messi del comune di Trieste, i quali dichiarano che la città era minacciata dal Carrarese, dal co. di Veglia e dai Zaratini e che si temevano ostilità dei Veneziani, che avevano pronte 8 galee.

supplere. Hortamur amicitiam vestram quantum possumus quatenus in tam necessario casu velitis laudabiliter dicte patrie vestre regimen gerere et ad utilitatem ipsius totis viribus insudare; precipue ad felicem prosecutionem presentis guerre communis ne deferantur victualia inimicis, neque dicta victualia permittantur tantum conduci de dicta patria ad Portum Naonis, qui locus est maximum receptaculum dictorum inimicorum nostrorum, et eisdem inimicis quotidie victualia subministrat, et multum nobis placebit, si ad aliorum [exemplum] iustitia fiet de illis qui per vos reperti fuerint culpabiles de victualibus iam transmissis. Nos enim pro parte regie maiestatis et domini nostri quantum plus poterimus vestris et dicte patrie cunctis favoribus assistemus. De facto autem bladi quod ex pacto seu conventione annuatim dare debetis civitatibus d. ducis Austrie, videlicet Feltro et Civitati, bonum est quod omnibus modis quibus poteritis vos excusetis in hoc, servetis ut saltem de medietate quantitatis dicti bladi, videlicet quod pro venturis mensibus teneamini, et non de preteritis temporibus in quibus non dedistis quod petitur, possint ad presens esse contenti, cum qua medietate non poterunt magnum auxilium inimicis prestare et in hoc potest esse rationabilis excusatio vestra qui multitudini exercitus regii hic existentis, et etiam castris et locis vestris in providendo de blado ad presens sufficere non potestis. Nichilominus studeatis taliter in predictis et aliis deponere quod idem d. dux contra vos non veleat commoveri maxime cito tempore. Item nobis expediens videtur esse pro vobis uti vestri ambaxiatores qui nunc vadunt ad regiam maiestatem et dominum nostrum ipsum inducant quod inter dictum d. ducem et vos treguam iam finitam per mortem dicti d. patriarche reformet. Habemus optima nova a d. Paduano, quod status inimicorum nostrorum nunquam peiorem conditionem habuit sicut nunc, et quod Ianuenses multum sunt animosi ad prosequendam guerram contra eosdem inimicos cum maximo sfortio galearum adveniente tempore veris, prout idem d. Paduanus vobis simili modo scribit et credimus. Ideoque ut de ipsis inimicis nostris citius habeamus finem optatum velitis de bonis dicti patriarchatus et de colecta per vos nuper imposita debitum prebere auxilium in agendis et oportunitatibus nostris. De factis autem dicti bladi quod a vobis petitur supersedeatis dictam medietatem offerre quousque aliud vobis scribimus de hoc. Nuntiatum est nobis hodie per illos qui sunt ad custodiam castri S. Pauli quod gentes inimicorum equites transierunt hodie versus Coneglanum, sed de certo numero ipsarum gentium et tamen quo iverint ignorant.

Datum Sacili die VI ianuari IV indictionis.

V. episcopus Quinque Ecclesiarum, frater Iohannis prior Hungaricus et Iohannes de Pescho regii nuncii.

A tergo

Venerabilibus et egregii viris dd. deputatis ad regimen patrie Foriiulii amicis carissimis.

CCCIV.

Udine, [1381], 29 Gennaio. — *Il comune di Udine delibera d'inviare i suoi rappresentanti al parlamento convocato in Aquileia.*

MSS. A Annales civitatis Utini, vol. VI, fol. 323. EDD. inedito. TESTO da A.

Die lune XXIX ianuarii. Super coloquio ordinato in Aquilegia deliberatum fuit quod duo ambaxiatores mittantur ad ipsum coloquium expensis comunis et persone debentes ire eligantur in alio conscilio quod die mercurii proximi ad octavam debet celebrari in Aquilegia [a].

(a) Non è conservata la deliberazione di nomina; però nella tornata dell'8 febbraio seg. Corradino di Belgrado chiede: quod fiat relacio per d. Eliam de gestis et factis super facto ipsius Corradi in colloquio in Aquileia nuper celebrato.

CCCV.

Gorizia, 1381, 20 Gennaio. — *Il capitano di Gorizia rifiuta d'intervenire al consiglio convocato dal vicedomino per la troppa brevità del termine.*

MSS. A manca. B c. nei mms. Fontanini, vol. « varia » nella biblioteca di S. Daniele del Friuli, EDD. Ioppi, *Documenti Goriziani*, n. CCXCIV. TESTO da B.

Anno domini MCCCLXXXI, indictione IV, die dominico XX ianuarii, actum supra castro Goritie in stupa domus habitationis infrascripti d. Henrici, presentibus nobilibus viris dd. Angillo purcraffo de Loncio, Playnoso de Crayn habitante in Goritia et Georgio q. ser Henrici scribani ac presbytero Michaele capellano d. comitis in Goritia testibus et aliis. Ibique coram nobili et egregio milite d. Henrico purcraffo pro magnifico d.d. Maynardo comite Goritie, honorabili capitaneo in dicta terra Goritie, accessit nobilis ser Nicolaus q. nob. d. Manfredi de Castilerio Utini habitans et dixit, quod ipse tamquam nuncius sive ambaxiator destinatus per reverendum virum d. Fridericum comitem de Purciliis patriarchali sede vacante per capitulum Aquilegensis ecclesie vicedominum electum prout antiquitus in vacatione dicte sedis Aquilegensis est consuetum, notificabat eidem d. Henrico capitaneo in Goritia pro dicto d. comite quamvis libentius notificasset dicto d. comiti et ipsum requisivisset si in partibus istis affuisset. Sed quia ipse d. comes ab istis partibus est absentatus ipsum d. Henricum tamquam capitaneum in Goritia prefati d. comitis requirebat ex parte dicti d. vicedomini ut propter multa, diversa et ardua dicte Aquilegensis ecclesie ac patrie Foriiulii negotia pertractanda cum dicto d. vicedomino et apud eum personaliter adesse vellet, quia cum ipso d. Henrico capitaneo predicto consilium et deliberationem super quodam colloquio per ipsum celebrando habere volebat super negotiis dicte Aquilegensis ecclesie.

Qui d. Henricus capitaneus predictus dicto ser Nicolao respondit et dixit quod libenter vellet esse cum dicto d. vicedomino super dictis peragendis: sed petivit a dicto ser Nicolao ad quam diem ipsum requirebat et in quo loco. Predictus vero ser Nicolaus dixit quod si dictus d. Henricus capitaneus volebat personaliter cum dicto d. vicedomino super predictis interesse, quod ipsum requirebat quatenus esse deberet die mercurii proxime futuri in Civitate Austrie super predictis faciendis. Tunc vero dictus d. Henricus capitaneus respondit, quod dictus terminus infra quem ipsum requirebat ad faciendum predicta erat nimium brevis videlicet trium dierum: et dixit quod secundum pacta inter dictam Aquilegensem ecclesiam et prefatum d. comitem, quod dicta sedes Aquilegensis vacat per obitum d. patriarche et d. vicedominus qui tunc per capitulum eligitur vult celebrare colloquium, ipse d. vicedominus debet requirere vel requiri facere dictum d. comitem si est in Goritia et si est absentatus ab istis partibus quod tunc ipsius d. comitis nomine debet requiri capitaneus Goritie qui pro tempore est nomine ipsius d. comitis et hoc infra spatium XV dierum ante celebrationem dicti colloquii: et quod de hoc multum mirabatur qualiter dictus d. vicedominus ipsum requiri faciebat in tam brevi spatio temporis. Unde dictus Henricus capitaneus predictus dixit et eidem ser Nicolao responsionem dedit, quod ipse nolens iuribus et pactis dicti d. comitis in aliquo derogare, sed potius ea augmentare, quantum ad debendum esse cum dicto d. vicedomino super predicto colloquio celebrando, ipse dicta die mercurii proxime futuri in aliquo adesse nolebat, quum dictus terminus nimium brevis foret, sed causa honoris super aliis et causa cum dicto d. vicedomino loquendi in dicta die mercurii proxime futuri, cessante causa qualibet, in dicta Civitate Austrie interesse volebat.

CCCVI.

Udine, [1381], 11 Aprile. — *I deputati della patria chiedono al consiglio di Udine di dare denaro per gli ambasciatori che debbon trattar la pace coi Veneziani.*

MSS. A Annales civitatis Utini to. VI fol. 336. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XI aprilis. Super propositis per ser Nicolaum d. Gabrielis capitaneum proponentem ex parte deputatorum in presenti guerra cum Venetis quod in colloquio nuper convocato in Sacilo inter alias propositiones factas deliberatum extitit quod mittantur ambaxiatores ad locum termini in quo convocati sunt omnes colligati pro presenti guerra cum Venetis pro tractanda pace, unde expedit quod habeantur pecunie pro expensis fiendis et quia electi sunt pro dd. prelatis et nobilibus d. Georgius, et pro parte comunitatum Utini, Civitatis, Glemone et Venzoni d. Federicus de Savorgnano expedit quod omnes communitates succurrant de pecuniis.

In pleno consilio fuit deliberatum quod reperiantur quadraginta marche denariorum mutuo vel allio modo, que quadraginta marche dentur dd. deputatis pro expensis faciendis predictorum occasione.

CCCVII.

Gemona, [1381], 6 Aprile-1 Settembre. — *Deliberazioni del consiglio del comune di Gemona attinenti al parlamento.*

MSS. A manca. B c. nell'archivio capitolare di Udine da cui c. nella racc. Bianchi n. 4846. EDD. inedito. TESTO da B.

Die VI aprilis missus fuit Thomas de la Villa Sacilum ad colloquium generale cum duobus equis.

Die XV aprilis Nicolaus ser Francischini missus fuit Utinum ad consilium colloquii generalis.

Die XXIII maii. Deliberatum fuit quod eligantur duo viri sufficientes qui vadant Cividatum ad colloquium generale quia dictum colloquium nunc est super arduis nuper urgentibus in patria; et ad dictum colloquium sunt ambaxiatores d. pape, patriarche de Laconida (1), d. regis Ongarie, et est die dominico XXVI mai dictum colloquium.

Ibidem deliberatam fuit quod d. Iulianus, Nicolaus de la Villa, Daniel de Cramis, Pinta et Antonius Pacci eant cum vice massario et procuratoribus ad consulendum super ambaxariis d. pape, episcopi de la comenda, d. regis Ungarie, dd. ducis Carintie, comitum Goricie et de Cilia. Electi fuerunt eundi ad dictum colloquium Cividatum d. Iulianus Brugnus et Antonius Porri cum quatuor equis.

CCCVIII.

Udine, [1381], 8 Giugno. — *Federico di Porcia vicedomino della chiesa Aquileiese ordina al comune di Gemona d'inviare due consiglieri al consiglio del parlamento.*

MSS. A or. cartacea nell'archivio comunale di Gemona: lettere del comune, fol. 32. EDD. inedito. TESTO da A.

Federicus comes de Porcileis sede vacante Aquilegensis ecclesie vicedominus generalis.

(1) In B: de Laconida, ma probabilmente è de la comenda come sotto: cioè del patriarca commendatario, a meno che de Laconida non stia per d'Alençon, predicato familiare del nuovo patriarca. Vedasi la n. (a) a p. seguente.

Carissimi. Quia noviter aliqua nobis occurrerunt que pro salubri statu patrie sana indigent deliberatione, vos igitur requirimus et hortamur vobis mandantes quatenus die lune proxime future huc ad nos duos ex consiliariis vestris, sicuti patrie statum diligitis, cessante causa qualibet mittere studeatis.

Datum in castro Utini die VIII iunii, indictione IV.

A tergo

dilectis nobis capitaneo, iudicibus, consilio et communi terre Glemone Aquilegensis ecclesie fidelibus.

CCCIX.

Gemona, [1381], 29 Giugno-20 Luglio. — *Deliberazioni del consiglio del comune di Gemona concernenti il parlamento.*

MSS. A manca. B c. nell'archivio capitolare di Udine da cui c. nella racc. Bianchi n. 4846. EDD. inedito. TESTO da B.

Die XXIX iunii. Cum deputati ad statum Aquilegensem misissent quamdam literam super quodam colloquio fiendo die tertio iulii, per maiorem partem deliberatum fuit quod nullus mittatur ad dictum colloquium.

Die primo iulii. Mittatur ad colloquium Nicolaus de la Villa. In dicto consilio pro litera vicedomini etc. requisivit quod deberemus mittere per XV dies Montemfalconum duas lanceas et unum balistarium: deliberatum fuit per maiorem partem quod non mittatur nec serviatur.

Die XX iulii. Propositum fuit quod Nicolaus ser Francischini ambaxiator noster in Utino ad consilium colloquii generalis misit nobis dicere quod mitteremus unum ambaxiatorem Utinum qui vadat cum ambaxiatoribus de castellanis et de Utino ad sciendum de illis de ultra Tulmentum qui volunt commendam aut non et in Sacilum ad d. cardinalem (a) et sibi respondere que sunt determinata in colloquio generali; et electus fuit Leonardus notarius.

CCCX.

Udine, 1381, 3-26 Luglio. — *Il consiglio di Udine nomina i suoi rappresentanti al consiglio del parlamento.*

MSS. A or. Annales civitatis Utini to. X, fol. 137 e 140. EDD. inedito. TESTO da A. (b).

(3 Luglio). Electi ad consilium coloquii generalis in Utino: dd. Solonus et Franciscus de Savorgnano, Elias de Gubertinis, Ottobonus, Hector Miulitus.

(26 Luglio). Subscripti sunt electi ad eundum ad parlamentum noviter celebrandum in Civitate, videlicet die dominico proxime futuro: imprimis d. Salonus de Savorgnano, Detalmus de Andriottis, Blassius de Lissono, ser Hector notarius, Nicolaus notarius magistri Gregorii.

(a) Si tratta del cardinale Filippo d'Alençon principe della casa di Francia che era stato nominato commendatario del patriarcato Aquileiese. Il nuovo patriarca non fu riconosciuto come tale da Udine, dai Savorgnan, Colloredo ed altri collegati, mentre lo accettarono Cividale, Gemona, Tolmezzo, il conte di Gorizia ed altri. Ne fu originata una guerra che straziò il Friuli sino al 1387, nel qual anno fu nominato patriarca Giovanni di Moravia.

(b) Il doc. è compreso nel vol. X che comprende gli annali dal 1390 al 1393 per un difetto di legatura.

CCCXI.

Udine, 1381, 19 Luglio. — *Spese sostenute dal camerario di Udine per ambasciate al duca d'Austria ed al parlamento riunito a Cividale.*

MSS. A manca. B c; nel cod. dipl. Frangipane d'onde c. nella racc. Bianchi n. 4873. EDD. inedito. TESTO da B.

Die XIX iulii, expendidit antedictus camerarius, ex deliberatione dd. capitanei et consilii sapienti viro d. Elie de Gumbertinis qui propriis denariis mutuavit communi eo quia in communi non erant denarii pro expensis factis nobilibus et circumspectis viris dd. Salono d. Bieli, Francisco d. Francisci ambobus de Savorgnano, eidem d. Elie et Dyetalmo de Andriottis missis ambaxiatoribus ex parte communis Venzonum ad expectandum d. ducem Austrie pro sentiendo de eius adventu et causa rationandi cum eo de dampnis datis per gentes d. comitis Cilie gentibus Furlanis qui ibidem in Venzono steterunt quatuor diebus cum XXIV equis et ultra.

Item pro expensis factis eisdem dd. Salono, Francisco, Elie et Dyetalmo ambaxiatoribus missis Civitatem Austrie ad quoddam colloquium ibidem celebratum generale, qui ibi steterunt duobus diebus super facto d. cardinalis, qui dicitur habere patriarchatum Aquilegensem in commendam et super certis expositis per quemdam ambaxiatorem d. regis Ungarie, pro parte d. de Helfinstayn marchas denariorum duodecim et tres fortonos et denarios XVI.

CCCXII.

Torino, 1381, 8 Agosto. — *Trattato di pace conchiuso a Torino fra la signoria di Venezia e la chiesa d'Aquileia.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Bianchi n. 4877 dall'or. allora esistente nell'archivio comunale di Udine. EDD. VERCI, to. XV, doc. n. MDCCLIX da un esemplare autentico del notaio Antonio di Sonunbergo. TESTO si riporta soltanto l'esordio della parte riguardante il patriarcato, d'onde risulta la partecipazione del consiglio del parlamento, da B e dal Verci.

. . . .

Ceterum suprascripti sindici, actores, procuratores, ambaxiatores et nuncii speciales egregii et venerabilis viri d. Federici comitis de Purcileis Aquilegensi sede vacante vicedomini patrie Foriiulii nomine et vice ipsius d. vicedomini ac dd. consilii parlamenti, prelatorum, nobilium et communitatum ipsius patrie Foriiulii ex una parte et supradicti sindici, actores, procuratores, ambaxiatores et nuncii speciales prefatorum illustris d. ducis, consiliorum et communis Veneciarum ex altera parte, pro se, civitatibus, terris, locis, subditis, fidelibus, adherentibus, vallitoribus, et sequacibus ipsarum partium et cuiuslibet earum, firmaverunt et contraxerunt sibi mutuo, invicem et vicissim et inter se bonam et veram pacem, dirigente domino, perpetue duraturam. Et primo etc. (*Seguono i patti*) (a).

(a) Nello stesso strumento si trova anche riprodotto il mandato fatto dal Vicedomino a Sacile il 9 aprile 1381, al decano Aquileiese Giorgio de Tortis, al decano di Udine Ottobono di Ceneda, al milite Federico di Savorgnano, al nob. Giovanni di Cucagna, ed a Nicolò Zerbini di Udine, come suoi procuratori, de unanimi et matura deliberatione, voluntate, assensu pariter et consensu consilii parlamenti prelatorum, nobilium et communitatum patrie Foriiulii in unum ad sonum campane super infrascriptis more solito congregato in loco prefato tractandis et specialiter peragendis.

CCCXIII.

Udine, 1381, 14 Agosto (a). — *Il comune di Udine elegge i suoi rappresentanti al parlamento convocato a Gemona dai deputati laici della patria.*

MSS. A Annales civitatis Utini, X, 145. EDD. inedito. TESTO da A.

Electi fuerunt ambaxiatores ad eundum Glemonam ad coloquium generale ibidem convocatum per deputatos laycos super provisione patriarche et super regimine, quare d. Federicus de Porcileis renunciavit officio vicedominatus

d. Franciscus de Savorgnano
d. Hector notarius Miulite
ser Nicolaus magistri Gregorii
Vicardus de Andriotis.

CCCXIV.

Gemona, [1381], 13 Agosto-1 Settembre. — *Deliberazioni del consiglio del comune relative al parlamento.*

MSS. A manca. B c. nell'archivio capitolare di Udine da cui c. nella racc. Bianchi n. 4846. EDD. inedito. TESTO da B.

Die XIII augusti, deliberatum fuit quod in parlamento quod erit die S. Marie de augusto in Glemona infrascripti intrent pro communi: vicecapitaneus, d. Iulianus, Nicolaus de la Villa, Daniel de Cramis, Pinta, magister Laurentius, Mathiussius faber, massarius.

Die XVI augusti. In consilio minori. Deliberatum fuit postquam acceptatus fuit d. patriarcha in parlamento generali celebrato Glemone quod mittantur ambaxiatores ad ipsum Sacillum et electi fuerunt Nicolaus de la Villa, Daniel de Cramis, Phantonus cum sex equis sibi proferendo.

Die XVIII augusti. In consilio maiori. Propositum fuit de adventu d. patriarche de Sacillo ad S. Danielem et cum propositum fuit de parlamento die iovis proxime preterita celebrato in Glemona qualiter propter privilegium bonum et iustum, ipsum patriarcham nos de Glemona acceptavimus.

Die primo septembris. In consilio minori. Deliberatum extitit quia convocati sumus ad parlamentum d. patriarche in Civitate quod mittatur idonea ambaxeria.

CCCXV.

Dixcur, 1381, 16 Ottobre. — *Re Ludovico d' Ungheria esorta i prelati, i nobili e le comunità del Friuli a sottomettersi al patriarca Filippo.*

MSS. A manca. B c. nell'archivio capitolare di Udine, d'onde racc. Bianchi n. 4893. EDD. inedito. TESTO da B.

Lodovicus dei gratia rex Ungarie, Polonie, Dalmatie, etc. Venerabilibus viris dd. prelatis, nec non nobilibus et communitatibus patrie Foriiulii amicis meis carissimis (b).

Amici carissimi. Ex quo d. summus pontifex reverendo in Christo patri dd. Philippo de Alenconio S. Romane ecclesie cardinali consanguineo nostro

(a) Il documento è compreso nel vol. X (vedasi n. (b) p. 334).

(b) L'indice Bianchi pone questa lettera come diretta agli Udinesi, ma come suona chiaramente l'indirizzo, essa è rivolta a tutti i ceti parlamentari.

carissimo de patriarchatu ecclesie Aquilegensis duxit providendum in commendam, idem cardinalis, sive patriarcha sub eadem confederationis liga, qua d. patriarcha Marquardus stetit nobiscum perdurare assumit, ideo volentes inter eundem consanguineum meum carissimum et vos tanquam amicos meos carissimos et dilectos pacis vigere unitatem, ipsam vestram amicitiam duximus exquirendam, quatenus ipsum d. cardinalem tanquam legitimum patriarcham vestrum recipiatis, sibi debitam reverentiam, ut alias fuit et esse debet secundum consuetudinem exhibeatis. Super quibus premissis fidelem nostrum dilectum militem, consiliarium, et ambaxiatorem nobilem et sapientum virum d. Baldassarem de Spinulis de Ianua harum exhibitorem ad vos cum presentibus de tota nostra intentione plene informatum duximus transmittendum, cuius verbis et dictis fidem dare velitis creditivam et indubitatam.

Datum in castro nostro Dixcur die XVI mensis octobris anno MCCCLXXXI.

CCCXVI.

Udine, 1381, Settembre-Novembre (a). — *Passi dei gravami degli Udinesi contro il patriarca Filippo, che riguardano il parlamento.*

MSS. A or. nel cod. dipl. Frangipane. EDD. inedito. TESTO da A.

. . . .

II. Demum de mense maii ipsius anni MCCCLXXXI idem reverendissimus d. cardinalis etiam remisit ad partes Foriiulii dilectos ac fideles consiliarios suos egregium militem legumque doctorem d. Andreacium Marchionem de Cavalchabobus, et honorabilem magistrum Hugonem de Hermorst doctorem artium et in sacra pagina bachalarium pro recipienda possessione patriarchatus Aquilegensis vigore dictarum apostolicarum letterarum etiam cum certis litteris credentie dd. prelatis nobilibus et communitatibus eiusdem patrie pro parte ipsius d. cardinalis hinc inde directis, notificantes eisdem de patria personale adventum ipsius d. cardinalis etc. ad partes Foriiulii, bonamque intentionem et dispositionem ipsius erga eos de patria et de prelatis, residendo, vivendo et moriendo cum eis et de gubernando patriam secundum antiquas eius consuetudines et de conservando unumquemque in suis iuribus et libertatibus antiquis prout hec et alia, de quibus ipsi de patria debebant merito contentari, per dictum d. Andreacium in generali colloquio patrie de predicto mense maii celebrato in terra Civitatis Austrie et alibi hinc inde, prefato d. Hugone tunc sicut deo placuit egrotante, dicta fuerunt et intimata. Sed in eodem colloquio generali per prelatos et clerum dumtaxat admissus fuit idem d. Andreacius nomine ipsius d. Cardinalis etc., ceteris ibidem tunc presentibus pro maiori parte sicut eis placuit videntibus se velle mittere proprios ambasciatores ad prefatum d. nostrum papam causa habendi verum patriarcham.

III. Item postea de mense iunii eiusdem anni MCCCLXXXI missi fuerunt pro parte nobilium et communitatum patrie Foriiulii ad dictum nostrum papam nobilis vir d. Nicolaus de Mels alias de Prodolone et providus Nicolussius de Carraria de Civitate Austria ad supplicandum eidem d. nostro pape pro vero patriarcha, quos idem dominus noster benigne recipiens et audiens gratiose, tandem de hiis propter que ad eius presentiam venerant plenarie informatus venisset et consulatus, volens expresse quod prefato d. cardinali tamquam patriarche verissimo et pastori animarum ipsorum, qui eos miserant, asserens eum patriarcham esse, per ipsos humiliter intenderetur et efficaciter obediretur quodque ut deinceps ut cognoscerent se habere legitimum patriarchum ipse

(a) Il 26 novembre (ved. raccolta Bianchi n. 4898) fu sospeso l'interdetto lanciato dai nunzii del patriarca Filippo contro Udine: perciò devesi ritenere il memoriale anteriore a quella data. È omessa la parte che non interessa la storia del parlamento.

d. cardinalis se intitularet per hunc modum videlicet: Philippus miseratione divina episcopus Sabinensis S. Romane ecclesie cardinalis patriarcha Aquilegensis, et quod ab eis appellaretur: d. noster patriarcha, prout hec et alia in apostolicis litteris per eosdem ambasciatores reportatis plenissime continentur.

. . . .

V. Item de mense augusti eiusdem anni circa principium. Post reditum supradictorum ambaxiatorum destinatorum ad Romanam curiam cum dictis litteris apostolicis asserentium et publicantium in generali colloquio celebrato in terra Glemone, mentem d. nostri pape qualiter dictus d. cardinalis factus erat verus patriarcha, communitates Aquilegie, Civitatis Austrie, Glemone, Tergesti, Mugle, Cadubrii et de partibus Ystrie et multi alii de patria nobiles et alii sicut de Prodolono, de Manzano, de Atems, et ita de aliis successive ipsum d. cardinalem in patriarcham et dominum receperunt. Tunc quoque eodem mense ipse d. cardinalis et patriarcha se transtulit personaliter ad dictam suam terram Civitatis Austrie, et in transitu receptus fuit per illos de S. Daniele et de Faganea. Et in dicta Civitate Austrie instituit vicarios in pontificalibus spiritualibus et temporalibus et alios officiales opportunos sicut in patria est consuetum.

CCCXVII.

Cividale, 1382, 13 Febbraio. — *Risposte date dalla comunità di Cividale al patriarca intorno a certi quesiti riguardante il parlamento.*

MSS. A manca. B c. nell'archivio capitolare di Udine da cui racc. Bianchi 4914. EDD. inedito. TESTO da B.

Anno domini MCCCLXXXII die iovis XIII mensis februarii in pleno consilio post prandium, deffinitum fuit quod ex parte communis domino nostro consulatur.

Primo super ea quod dominus requisivit utrum debeat proponi in parlamento de fienda unione inter fideles, et subditos suos insimul, et super unione fienda cum aliquo domino et amico, diffinitum fuit, quod dicatur domino, quod aliqua liga inter suos subditos et fideles non fiat de presenti pro honore suo et pro meliori: sed bene debeat requirere fideles suos, ut iterum debeant sibi prestare fidelitatem. De facto autem unionis fiende cum aliquo extra patriam, deliberatum fuit, quod dicatur domino, et consulatur ut debeat declarare cum quo debeat fieri ista unio; illa declaratione facta, nova tunc fieret deliberatio.

Secundum super ambaxiata mittenda ad patriarcham in facto domini etc. et super ambaxiata mittenda ad d. ducem Austrie in facto prorogandarum treugarum diffinitum fuit quod consulatur ut hec non proponantur in parlamento, sed in consilio parlamenti, et quod dicti ambaxiatores omnino mittantur. Preterea deliberatum fuit quod de expensis ambaxiatorum causa honoris communitatis Civitatensis non fiat aliqua difficultate.

Tertio super eo quod deputentur pro parlamento aliqui qui habeant plenum arbitrium super omnibus occurrentibus et tangentibus statum etc. deffinitum fuit, quod consulatur dominio nostro, quod in parlamento non proponat huiusmodi deputationem eo quia hec deputatio non fiat pro nunc, salvo si guerra esset penitus ventura, tunc poterit per eundem dominum nostrum convocari parlamentum, et illud proponere.

Ultimo quod in parlamento audiantur relationes ambaxiatorum d. regis Ungarie et d. regine.

CCCXVIII.

Cividale, 1382, 14-15 Febbraio. — *Riunioni del parlamento e del consiglio del parlamento, nelle quali si delibera di richiedere d'aiuto il re d'Ungheria e d'inviare al duca d'Austria ambasciatori per il prolungamento delle tregue.*

MSS. A manca. B c. nel codice dipl. Frangipane da una c. autentica contemporanea del notaio Nicolò q. Leonardo d'Artegna che dichiara di averla tolta, per ordine del patriarca d'Alençon dal libro originale delle deliberazioni del parlamento e del consiglio; di qui c. nella raccolta Bianchi n. 4915. EDD. LEICHT: *I primi deputati di Trieste ad un parlamento italiano*, nel *Bullettino della Commissione per le assemblee costituz. italiane*, fasc. 3, Bologna, 1920, p. 67 da B. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCLXXXII, indictione quinta, die vero XIV februarii. Civitate Austrie Aquilegensis diocesis, in patriarchali palatio in thinello magno ipsius palatii celebratum fuit colloquium generale iuxta huius patrie Foriiulii morem per reverendissimum ac serenissimum in Christo patrem et d. nostrum d. Philippum de Alenconio divina providentia episcopum Sabinensem, S. Romane ecclesie cardinalem et patriarcham Aquilegensem dignissimum. In quo quidem colloquio interfuerunt reverendus in Christo pater d. Ambrosius dei gratia Concordiensis episcopus, venerabiles patres et dd. Karolus Rosacensis, Michael Sextensis, et Iohannes Bilinensis abbates, Georgius decanus Aquilegensis, Michael prepositus Carnee, Iohannes iunior de la Turre et Bartholomeus canonici ecclesie Aquilegensis, Iohannes decanus, Paganus, Iohannuttus, Montinus canonici Civitatenses, Gregorius canonicus Utinensis; nobiles dd. Rizardus comes de Prata, Iacomutius comes de Porcilleis, Bergonea de Spegnimbergo, Gerardus de Pulcinico, Bergonea et Iohannes eius frater de Sbroyavacha, Nicolaus de Strassoldo, Nicolaus de Prodolono, Simon de Pers, Henricus de la Frattina, Duracius et Petrus de Attens, ... potestas Aquilegie, Iohannes de Savorgnano gastaldio, Ottachus, Egidius, Iohannes Antonius et aliis in multitudine copiosa de Civitate Austrie: Nicolaus de la Villa et Fantonus eius socius de Glemona, d. Ludovicus de Biscoffis et Iohannes Ficheri de Sacilo, Nicolaus et Nicolussius eius socius de Canipa, Bergonea de Manzano, Franciscus Corvo de Tergesto et socius [a], Francischinus de Portugrario et alii multi. In ipso namque colloquio post multa ibidem exposita et decisa, et specialiter super eligendis sex ydoneis qui assistere debeant continue predicto d. nostro cardinali et patriarche, et obtineant plenam vim et potestatem totius predicti colloquii; nec non super mittendo ad serenissimum et excellentissimum d.d. Lodovicum dei gratia Ungarie, Polonie, Dalmacie etc. regem, huius Aquilegensis ecclesie et patrie protectorem, ut subveniat supradicto domino nostro, Aquilegensi ecclesie et patrie contra rebelles et inobedientes prefati domini nostri et ecclesie sue Aquilegensis predicte, atque ad illustrem d. Leopoldum ducem Austrie, Karinthie etc. pro obtinenda prorogatione treugarum cum consilio et favore d. regis predicti. Tandem ibidem per dictum colloquium deliberatum extitit quod consilium ipsius colloquii super premissis et aliis ibidem expositis deliberare deberet, et quod deliberatio ipsius consilii in hiis omnibus plenum habeat vigorem, et executioni mandetur ac si facta foret per totum colloquium antedictum.

Eisdem millesimo et indictione, die XV februarii, in Civitate Austrie in patriarcali palatio, in camera audientie ipsius palacii, convocato et congregato ibidem consilio supradicti generalis colloquii per supradictum d. nostrum cardinalem et patriarcham in quo interfuerunt reverendi ac venerabiles patres et

(a) È questa la sola volta nella quale i rappresentanti di Trieste si vedon presenti ad una riunione del parlamento patriarcale, nel breve periodo nel quale, per effetto della dedizione del 1380, la città entrò a far parte del nesso parlamentare Friulano. Probabilmente però essi intervennero ad altre riunioni di cui non esistono più i verbali.

dd. Ambrosius Concordiensis episcopus, frater Michael Sextensis, Karolus Rosacensis et Iohannes Bilinensis abbates, Georgius decanus et Iohannes iunior de la Turre canonicus Aquilegensis, Iohannes decanus et Paganus canonicus Civitatensis, Michael prepositus Carnee, magister Gregorius pro capitulo Utinensi; nobiles et prudentes viri d. Rizardus comes de Pratta, Iacomutius comes de Porcilleis, Gerardus de Pulcinicho, Bergonea de Spegnimbergo, Bergonea de Sbroyavacha, Nicolaus de Prodolono, Albertinus de Spegnimbergo, Simon de Pers, Franciscus de Attens, Warnerius de Manzano, Nicolaus de Strasoldo, Lodovicus et Iohannes Phicherii de Sacilo, Ottobonus et Dorde de Civitate, Nicolaus de la Villa et Fantonus de Glemona, ac Francischinus de Portugruario, supradicti omnes de consilio providere volentes super predictis, ibidem vigore auctoritatis et potestatis eis attribute per supradictum generale colloquium, ut superius est expressum, concorditer elegerunt sex dominos et prudentes infrascriptos scilicet venerabiles dd. Karolum abbatem Rosacensem et Iohannem decanum Civitatensem pro prelatis, nobiles dd. Rizardum comitem de Pratta et Nicolaum de Mels pro nobilibus, et prudentes Egidium de Civitate et Nicolaum vel Turinum de Glemona pro communitatibus.

Quibus sic, ut premittitur, electis per prefatos consiliarios et consilium, atributa est potestas plenaria assistendi eidem domino nostro nomine totius coloquii et consilii predictorum, atque eidem consulendi, providendi, disponendi et ordinandi super mittendo ad prefatos d. nostrum regem et d. ducem Austrie aliisque incumbentibus, prout pro honore et statu suo eiusque Aquilegensis ecclesie et totius huius patrie: que omnia per eos consulenda, deliberanda, providenda, ordinanda et disponenda una cum domino nostro prefato executioni debite mandentur et vim ac potestatem obtineant totius parlamenti et consilii antedicti.

Qui quidem electi ibidem presentes, et potestatem huiusmodi in se sponte suscipientes, tunc in manibus nominati d. nostri cardinalis et patriarche iuraverunt corporaliter ad sancta dei evangelia assistere, consulere, disponere et providere fideliter iuxta eorum discretionem et posse, circa honorem et statum prefati domini nostri, eiusque Aquilegensis ecclesie et patrie tam supra premissis et aliis occurrentibus singulis in omnibus et per omnia, ut superius est expressum.

Et ego Nicolaus q. d. Leonardi de Artenea publicus imperiali auctoritate notarius suprascripta omnia resumpta per me ex originali libro deliberationum generalis colloquii patrie Foriiulii eiusque consilii de mandato supradicti d. nostri cardinalis et patriarche Aquileiensis dignissimi fideliter transcripsi et in hanc formam publicam fideliter redegi meo hic signo apposito consueto.

CCCXIX.

Udine, 1382, 31 Luglio. — *Il consiglio del comune delibera d'inviare i suoi rappresentanti alla convocazione che si terrà a Sedegliano 'per modum parlamenti'.*

MSS. A Annales civitatis Utini, vol. VII, fol. 78. EDD. inedito. TESTO da A.

Super convocatione fienda ad modum parlamenti die dominica proxima in Sedeglano per certos prelatos nobiles et comunitates patrie Foriiulii super aliquibus utilibus pro tota patria.

Deliberatum fuit quod mittantur ex parte comunis ambaxiatores ad dictam convocationem et elligi debeant secundum quod fuerunt electi videlicet infrascripti expensis comunis

d. Federicus de Savorgnano
d. Raynaldus
d. Hector Meulite.

CCCXX.

Cividale, 1382, 22 Agosto. — *Il patriarca Filippo d'Alençon, invita il consiglio del comune di Gemona ad inviargli i suoi consiglieri, per deliberare intorno ai provvedimenti da prendersi in sèguito alla perdita di Trieste.*

MSS. A manca. B c. nell'archivio capitolare di Udine da cui racc. Bianchi n. 4930. EDD. *Archeografo Triestino* II, 236. TESTO da B.

Philippus cardinalis de Alenconio episcopus Sabinensis dei gratia S. sedis Aquilegensi patriarcha dilectis fidelibus nostris capitaneo et consilio et communi terre nostre Glemone.

Fideles carissimi. Volentes super arduis nostrum, nostre Aquilegensis ecclesie et totius patrie honorem et statum cernentibus et potissimum super civitate nostra Tergesti ad manus aliorum per modum proditionis translata [(a)] vestrum aliorumque fidelium nostrorum partecipare consilium fidelitatem ac dilectionem vestram tenore presentium requirimus, vobis mandantes quatenus ad nos occasione huiusmodi unum vel duos ex vobis magis discretos qui nobis assistere debeant cum plena potestate, visis presentibus, studeatis.

Datum in nostro patriarchali palatio Civitatis Austrie die XXII augusti indictione quinta.

CCCXXI.

Cividale, 1382, 8 Settembre. — *I deputati al governo della patria invitano il comune di Gemona a soprassedere dall'esercizio di certi diritti contestati dagli uomini di Artegna.*

MSS. A manca. B c. nell'archivio capitolare di Udine da cui racc. Bianchi n. 4933. EDD. inedito. TESTO da B.

Augustinus episcopus Concordiensis, Iohannes Paduanus de Colloreto nobilibus et prudentibus viris capitaneo, consilio et communi terre Glemone amicis nostris carissimis.

Nobiles et prudentes amici carissimi. Significamus vobis qualiter illi de Artenea instantes pro executione deliberationis consilii parlamenti, super qua executione dominus noster patriarcha aliquantisper suspendere deliberavit, nichilominus tamen amicitiam vestram exhortamur et vobis consulimus ut super facto gariti supersedere velitis pro dominio et statu vestro, quia dicti de Artenea in facto carnium, olei et salis similiter supersedebunt donec per dictum dominum nostrum in premissis aliter extiterit definitum [(b)].

Datum in Civitate Austrie die VIII septembris.

(a) Trieste era caduta in mano del signore di Duino, feudatario del duca d'Austria ai primi d'agosto del 1382; su questa resa che i documenti di fonte austriaca vogliono spontanea è da vedere l'attestazione, in senso contrario, della sola fonte friulana da noi posseduta, cioè il frammento del cancelliere patriarcale pubblicato dal Carli, *Antichità Italiane*, IV, 248 il quale dice che "il signore di Duino usurpò la città e la tiene indebitamente et de facto".

(b) Il patriarca Filippo d'Alençon aveva confermato a dì 2 settembre 1381 la sottoposizione di Artegna alla giurisdizione di Gemona.

CCCXXII.

Gemona, [1382] 23-31 Ottobre. — *Deliberazioni del consiglio del comune di Gemona attinenti al parlamento.*

MSS. A manca. B c. nell'archivio capitolare di Udine, di dove racc. Bianchi 4919. EDD. inedito. TESTO da B.

Die XXIII octobris, in arengo. In quo quidem consilio proposito quod ser Doymus de Castello, ser Bernardus de Strasoldo, Iacobus ab Assidibus et Blasius de Lissono pro parte deputatorum et communitatis Utini qui proposuerunt aliqua contra d. nostrum patriarcham, propter que ipsi rogabant nos ut cum eisdem ire deberemus; deliberatum fuit per omnes supranominatos quod d. nostro d. patriarche iuxta sacramentum eidem factum obedire debemus et eidem toto posse inservire ad fidelitatem et bonum statum ecclesie Aquilegensis et quod cum aliquo non debeamus promissionem aliquam absque voluntate d. nostri d. patriarche et quod ambaxiatoribus predictis sit responsum per modum predictum et quod nolebamus contra aliquem guerram inire nisi cum deliberatione parlamenti et consilii parlamenti.

Die ultimo octobris. Deliberatum fuit atque determinatum in consilio prelibato quod unio celebrari deberet atque colloquium cum nobilibus et providis viris dd. de Civitate per communitatem Glemone cum aliis fidelibus et subditis d. nostri patriarche.

CCCXXIII.

Cividale, [1384], 25 Gennaio. — *Il comune di Cividale stabilisce di scrivere al comune di S. Daniele affinchè il contè di Corbara* (a) *non vi convochi il parlamento.*

MSS. A Libro delle definizioni del consiglio di Cividale nel R. Museo della stessa città. EDD. LEICHT, *Parlamento*, doc. XIV da A. TESTO da A.

Die lune XXV ianuarii. Super facto parlamenti convocandi per d. comitem Corbarie; diffinitum fuit quod scribatur illis de S. Daniele quod nullatenus iuxta eorum posse consentiant fieri parlamentum in loco eorum de S. Daniele considerato quod non sit de mandato et instantia domini nostri, neque eius vicedomini, insuper quod d. comiti Corbarie notificetur per ambaxiatores prout ibidem deputatus fuit ser Iohannes notarius Guillelmi.

CCCXXIV.

Cividale, [1384, ... Giugno?]. — *Il comune di Cividale prega il maresciallo F. di Carrara di ordinare la demolizione della bastita costruita dagli Udinesi a Buttrio in onta al divieto del parlamento.*

MSS. A or. nell'archivio notarile di Udine da cui B c. nella racc. Bianchi n. 4990 da A. EDD. inedito. TESTO da B.

Magnificentie vestre instanter et humiliter supplicamus nos Franciscus de Florentia gastaldio, provisores, consilium et commune Civitatis Austrie ut determinare vestra excellentia dignetur et vellet quod destruatur bastita Budrii, tempore guerre constructa per Utinenses et colligatos in dampnum, odium et

(a) Il conte di Corbara era capitano delle truppe Ungheresi venute in soccorso del patriarca Filippo.

vituperium reverendissimi in Christo patris et illustris principis et d. nostri gratiosissimi d. Philippi de Alenconio divina miseratione episcopi Sabinensis cardinalis patriarche Aquilegensis atque nostri, super sedimine pupilli Vicini q. Leonardi de Manzano, presertim quia locus de Budrio acceptus de manibus comitis Goritie cui d. dux Austrie illum concesserat fuit tempore guerre ruinatus, determinatumque fuit in pleno colloquio patrie quod nunquam ibi hedificaretur aliquod fortilicium et acceptus fuit locus ipse per Utinenses et Civitatenses (a).

CCCXXV.

Udine, 1384, 20 Luglio. — *Il patriarca di Grado vicario generale pontificio in Friuli ordina la convocazione del parlamento a Tricesimo.*

MSS A manca. B c. nel cod. dipl. Frangipane da cui c. nella racc. Bianchi n. 5020. EDD. inedito. TESTO da B.

Urbanus dei gratia patriarcha Gradensis a Sede Apostolica in spiritualibus et temporalibus vicarius generalis in patria Foriiulii constitutus.

Carissimi. Sanctissimi domini nostri Urbani pape sexti clementissimam intendentes auctore domino salubremque provisionem nuper factam exequi reverenter pronunciantem pacem et tranquillitatem in patria et unionem fidelem vigere, ac ipsam reducere et reformare ad statum naturalem et consuetum remotis erroribus et discriminibus eandem turbantibus, igitur fidelitatem vestram, quam tenemini eidem sanctitati et S. ecclesie Aquilegensi requirimus et ortamur quatenus cum ad publicandam nostram auctoritatem et certa ardua in specie ab eadem sanctitate nobis commissa, et mature providendum super predictis secundum laudabiles dicte patrie consuetudines die dominico proxime futuro in Tricesimo nostrum celebrare colloquium decreverimus generale, ipsi, causa qualibet in contrarium cessante interesse curetis. Datum Utini die XX iulii, indictione septima.

CCCXXVI.

Udine, [1384], 30 Novembre. — *Il comune di Udine manda i suoi rappresentanti al consiglio del parlamento.*

MSS. A registro del cameraro del comune di Udine nella Bibl. Comun. della stessa città. EDD. inedito. TESTO da A.

Die ultima novembris. Infrascripti electi fuerunt ambaxiatores videlicet dd. Federicus miles q. d. Francisci de Savorgnano, Gedericus q. d. Belli de de dicto loco, ser Nicolaus d. Gabrielis ser Valentinus de Valentinis, ser Hen-

(a) Alla bastita in questione si riferiscono varie deliberazioni del consiglio di Udine: così il 4 gennaio 1384 (racc. Bianchi n. 4989) venne stabilito di munirla contro gli assalti degli uomini di Gagliano, Premariacco ed altri villaggi presso Cividale: qui fictitia protelatione et velamine Civitatensium dictam bastitam arripere intendunt. La lettera fu attribuita al giugno perchè nello stesso mese troviamo pure nella racc. Bianchi n. 5273 un'altra lettera diretta dai Cividalesi al signor di Carrara loro collegato nel quale lo supplicano perchè venga demolita la bastita di Buttrio ricordando che il detto luogo era stato: violenter acceptus a manibus ipsius comitis [Goritie] et subsequenter in pleno colloquio sollemniter et cum matura deliberatione de consensu et pari voluntate omnium prelatorum nobilium et communitatum declaratum extitit quod ipse locus nunquam edificari debebat pro bono et tranquillo statu totius patrie. Quanto al destinatario della presente lettera è probabile che si tratti di Michele da Rabatta che Francesco da Carrara eletto dal patriarca Filippo ad avvocato della chiesa Aquileiese, aveva nominato suo maresciallo in Friuli: l'argomento era di sua competenza.

ricus de Paona, Nicolaus Candidi Spiciarii, et Hermannus ser Missii ad eundum Civitatem Austriam secundum quod requisivit d. patriarcha ad consilium generalis colloquii qui iverunt et equitaverunt cum XXXIX equis ad ipsum d. patriarcham et consilium dicti generalis colloquii (a).

CCCXXVII.

Cividale, 1384, 9 Dicembre. — *Il patriarca invita il comune di Udine ad inviare un suo deputato perchè intervenga alle trattative fra il conte di Gorizia e la chiesa Aquileiese: chiede che possibilmente si invii Nicolò di Gabriele che altra volta trattò nel consiglio del parlamento lo stesso oggetto.*

MSS. A manca. B c. nel cod. dipl. Frangipane da cui c. nella racc. Bianchi 5037. EDD. inedito. TESTO da B.

Dilectis fidelibus nostris capitaneo, consilio et communi terre nostre Utini. Philippus de Alenconio episcopus Sabinensis, cardinalis patriarcha Aquilegensis.
Fideles carissimi. Sicut fidelitati vestre constare credimus ordinatum alias inter nos et comitem Goricie extitit et super differentiis vertentibus inter utramque partem et utriusque fideles et subditos, ambaxiatores et nuncii cum pleno mandato in loco deputato, vel deputando in proximo festo beate Lucie simul hinc inde debeant convenire; fidelitatem igitur camdem, tenore presentium requirimus, vobis mandantes quatenus unum ex vobis et specialiter Nicolaum Gabrielis, qui alias dum de materia huiusmodi ageretur in consilio nostri colloquii generalis extitit nominatus, mittere debeatis, ut tractatibus huiusmodi differentiarum intersit. Datum in patriarchali nostro palacio Civitatis Austrie die nona decembris, indictione VII.

CCCXXVIII.

Udine, 1384, 11 Dicembre. — *Il comune di Udine avvisa il comune di Sacile che nulla accadde di nuovo dopo la riunione del parlamento avvenuta a Cividale, e lo esorta a mantenersi fedele al patriarca ed alla chiesa Aquileiese* (b).

MSS. A manca. B c. nel cod. dipl. Frangipane. EDD. inedito. TESTO da B.

Nobilibus circumspectis viris dd. Iacomucio comiti de Porcileis, capitaneo, consilio et communi terre Sacili.
Amici carissimi. Respondimus litteris vestris amicabilibus quod a dicto tempore consilii celebrati in Civitate non occurrerunt aliqua nova digna relatu, quod si de novo aliqua occurrissent, scribissemus. Ad aliam partem consulimus quod sicut hactenus vetustissime fecistis ita faciatis perseverantes quemadmodum fecerunt vestri progenitores in sancta fidelitate d. nostri cardinalis et patriarche et sue sacrosancte ecclesie Aquilegensis; et ut vos et nos et ceteri subditi ipsarum tenentur et tenemur, semper tamen obtinendo libertatem debitam et consuetam patrie Foriiulii ipsis domino et ecclesie benedicte subiecte: scientes quod ad honorem et statum dictorum domini nostri et ecclesie vobis et omnibus aliis subditis videbimus libentissime statum antiquissimum, et nostrorum omnium subditorum proprium et debitum obtinere et in hiis tenemur laborare pro posse.

(a) Si avverta che in questo periodo v'era una tregua nelle terribili discordie che funestarono il Friuli durante tutto il reggimento del patriarca Filippo.

(b) Per intendere il significato del doc. giova avvertire che il 6 agosto 1384, giusta la sentenza arbitrale di Francesco da Carrara che definiva le vertenza fra il patriarca Filippo e gli Udinesi e lor collegati, costoro giurarono fedeltà al patriarca. Ved. MANZANO, V, 382; e il documento in VERCI, *Storia della Marca Trivigiana*, to. XVI, p. 81.

ut fidelitas nostra requirit. Et si qua occurrent vobis rescribere velitis nobis, quia illud idem ex latere nostro vobis faciemus. Datum Utini die XI mensis decembris indictione VII.

Sanctus de Peruginis de Iustinopoli capitaneus, consilium et commune Utini amici vestri.

CCCXXIX.

Cividale, 1384, 19 Dicembre. — *Il patriarca invita il comune di Udine ad inviare il suo consigliere per intervenire insieme cogli altri delegati dal consiglio del parlamento al convegno col conte di Gorizia.*

MSS. A manca. B c. nel cod. dipl. Frangipane da cui c. nella racc. Bianchi n. 5039. EDD. inedito. TESTO da B.

Dilectis fidelibus nostris capitaneo, consilio et communi terre nostre Utini. Philippus de Alenconio episcopus Sabinensis, cardinalis patriarcha Aquilegensis.

Fideles carissimi. Noveritis quod ambaxiatores magnifici comitis Goricie venerunt, et ut cum eis ordinatum est die mercurii post proximum festum nativitatis domini immediate sequentis cum nostris ambaxiatoribus et fidelibus ad hoc per consilium nostri generalis colloquii deputatis super removendis differentiis in cortina de Quarin penes Rosacium convenire debent. Quare deputatum vestrum illuc dicta die mittere studeatis, notificando vicinis vestris quorum interest ut ibi se presentent similiter dicta die. Datum in nostro patriarchali palacio nostre Civitatis Austrie die XIX decembris, indictione septima.

CCCXXX.

Cividale, 1385, 9 Febbraio. — *Il patriarca ordina al comune di Udine di mandare il loro consigliere al consiglio del parlamento convocato per il 19 febbraio.*

MSS. A manca. B c. nel cod. dipl. Frangipane da cui c. nella racc. Bianchi 5046. EDD. inedito. TESTO da B.

Dilectis fidelibus nostris capitaneo, consilio et communi terre nostre Utini. Philippus de Alenconio episcopus Sabinensis cardinalis, patriarcha Aquilegensis.

Fideles carissimi. Ex causis nonnullis honorem et statum nostrum, nostrarumque Aquilegensis ecclesie et patrie concernentibus, decrevimus prima dominica quadragesime proxime venture XIX presentis mensis in hac nostra Civitate Austria nostrum generalis colloquii habere consilium, cui vestrum consiliarium faciatis, causa cessante qualibet, interesse. Datum in nostro patriarchali palacio Civitatis Austrie predicte die nona februarii, indictione VIII.

CCCXXXI.

Udine, 1385, 19 Febbraio. — *Il comune di Udine invia i suoi rappresentanti al consiglio del parlamento.*

MSS. A reg. originale del cameraro del comune di Udine della detta città. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XIX februarii. Ser Nicolaus d. Gabrielis et ser Nicolussius de Castillerio iverunt Civitatem Austriam ad consilium generalis colloquii et ad audiendum responsionem d. Tatari de la Fratina et sociorum suorum qui fuerunt apud d. Paduanum super facto Turris.

CCCXXXII.

Udine, 1385, 19 Marzo. — *Il comune di Udine manda lettere convocatorie per un parlamento nel quale si tratti intorno alla sentenza che Francesco da Carrara vuol proferire sulle vertenze fra il patriarca e il suddetto comune coi suoi collegati.*

MSS. A registro or. dei camerari del comune di Udine nell'archivio comunale della detta città.
EDD. inedito. TESTO da A.

Die XIX martii. Ex deliberatione et mandato consilii misse sunt littere ad Montemfalconem, Sacilum, Portum Gruarium, Medunam, Fratinam, S. Vitum, Sbroglavacham, Prodolonum, Valvesonum, Strasoldum, Prampergum, Glemonam, Tulmecium, Murucium, Trichanum, Ragoneam, Maranum et ad alia plura loca, secundum quod tunc expediebat homines dictorum locorum venire ad generale colloquium (a) fiendum super provisione sententie quam d. Paduanus ferre vult inter d. patriarcham et nos.

CCCXXXIII.

Udine, 1385, 7 Aprile. — *Il comune di Udine convoca un parlamento per deliberare intorno ad un tentativo di rappacificare il Friuli.*

MSS. A registro or. dei cameraro di Udine cit. EDD. inedito. TESTO da B.

Die VII aprilis, expendidit ex deliberatione consilii, quos dedit Ianzilo Teotonicho, qui fuit familiaris Hermanni pro eius laboribus, qui cum uno equo habito ad naulum portavit litteras pro parte communis Utini Prampergum, Glemonam, Tulmetium, Ragoneam, Sanctum Danielem, Tricanum, Pers, Coloretum, Morucium et Faganeam pro naulo et expensis per eum factis denarios sexaginta quatuor.

Item eodem die dedit ex deliberatione predicta Iohanni de Ivozano qui ivit Maranum, Strassoldum et Castellum cum similibus litteris.

Item eodem die dedit ex deliberatione predicto Leonardo textori qui ivit Chucaneam, Pertistagnum, Atemps, et Fontanambonam cum similibus litteris, in quibus continebatur quod predicti quibus misse fuerunt dicte littere venire deberent ad colloquium super eo quod quidam nobilis Ioannensis se volebat intromittere de concordio inter d. patriarcham et nos. Qui Iohannes habuit pro suo labore denarios XXVIII, et Leonardus denarios XVI summa denarios centum et octo.

CCCXXXIV.

Udine, 1385, 25 Maggio-1 Agosto. — *Trattative del comune di Udine col parlamento patriarcale, e convocazione di un parlamento dei collegati.*

MSS. A registro or. dei camerari di Udine cit. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XXV maii. Antonius de Faganea et Nicolussius Zuyosii pro parte communis iverunt ad Civitatem Austriam ad parlamentum et consilium parlamenti cum V equis.

Die XXVIII maii. Nicolussius Zuyosii pro parte communis ivit Civitatem Austriam et d. patriarcham ad respondendum super hiis que facta fuerunt in parlamento videlicet si essemus contenti quod eligerentur octo etc. de quo responsum dedimus quod non.

Die I augusti littere misse pro parte consilii et lege capitulo Aquilegensi et preposito S. Felicis ut venirent ad parlamentum item abbati Sextensi.

(a) Si tratta, naturalmente, di un parlamento illegale dove convennero i parlamentari che facevano parte della lega promossa da Udine contro d'Alençon.

CCCXXXV.

Udine, 1386, 1 Maggio. — *Il patriarca di Gerusalemme inviato dal pontefice come rettore del Friuli, convoca il parlamento, per il 9 giugno, a Fagagna, invitando il comune di Cividale ad inviarvi i suoi rappresentanti.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Guerra da cui c. nella racc. Bianchi n. 5173. EDD. inedito. TESTO da B.

Domino Iohanni gastaldioni nostro, consilioque et communitati Civitatis Austrie dilectis nostris, Ferdinandus patriarcha Ierosolimitanus auctoritate apostolica Aquilegensis ecclesie et patrie Foriiulii rector nec non defensator et gubernator.

Dilecti nostri. Quoniam Altissimo confavente intendimus ad pacem et unionem totius patrie Foriiulii procedere, et ad sedationem guerrarum et discordiarum exortarum in ea et super predictis stabilius expediendis habemus quedam vobiscum tractare et disponere: vobis tenore presentium sub pena .... et indignationis nostre districte precipiendo mandamus quatenus die mercurii que erit nona presentis mensis maii debeatis per vestros sindicos cum pleno et sufficienti mandato coram nobis ad terram Faganee quam pro loco parlamenti elegimus et deputavimus comparere audituros a nobis, et nobiscum etiam tractaturos que circa predicta firmare et disponere nos volemus. Datum Utini prima maii, nona indictione.

CCCXXXVI.

Udine, 1386, 7 Maggio (a). — *Il comune di Udine nomina i suoi rappresentanti al parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini XII fol. 7. EDD. inedito. TESTO da A.

Super propositis per egregium d. Federicum de Savorgnano quod eligantur aliqui notabiles et prudentes viri qui vadant ad colloquium pro comunitate Utini. Deliberatum fuit quod eligantur saltem decem boni et prudentes viri qui inferius notantur: d. Muschinus de la Ture, ser Blasius de Lisono, ser Nicolaus d. Gabrielis, ser Nicolaus magistri Gregorii, Valentinus de Valentinis, Iacobus ab Assidibus, Tantinus de Artenea, Iohannes de Faganea, magister Iacobus de Paona, Nicolaus Candidi, ser Detalmus, ser Nicolussius de Castellerio.

CCCXXXVII.

Cividale, 1386, 9 Giugno. — *Il comune di Cividale chiede una proroga del salvacondotto inviato ai suoi delegati al parlamento* (b), *allegando la brevità del termine e la necessità di attendere il ritorno degli ambasciatori inviati a Padova.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Guerra da cui c. nella racc. Bianchi n. 5181. EDD. inedito. TESTO da B.

Reverendissimo in Christo patri et domino nostro graciosissimo d. Ferdinando dei gratia patriarche Ierosolimitano auctoritate apostolica Aquilegensis ecclesie et patrie Foriiulii rectori, defensori et gubernatori dignissimo.

(a) Nel dorso del volume è segnato per errore 1396.

(b) Nel testo non si parla di parlamento, però vedi sul proposito MANZANO, *Annali del Friuli*, V, 429.

Debita recomendatione premissa. Reverendissime domine et pater noster graciosissime. Noveritis nos die hodierna, hora vesperarum, vestras litteras recepisse cum littera salviconductus, cuius quidem littere salviconductus copiam vobis mittimus hic inclusam. Et quia terminus affidationis nimis brevis est, consideratis collationibus quas ambaxiatores nostri habent conferre vobiscum, que in tam brevi tempore fieri non possent, supplicamus paternitati vestre ut alias affidationis litteras saltem per decem dies: et similiter vestra paternitas per litteras affidationis nobis dirigere dignemini, ut speramus, vobis specialiter [comendatos] ambaxiatores nostros de Padua adventuros, de quorum relatione que concernunt bonum statum, pacificum et tranquillum patrie, ambaxiatores ad vos mittendi paternitatem vestram plenarie informabunt: nec miremini de supplicatione litterarum salviconductus quia hoc fit ex causa quam vobis dicti ambaxiatores oretenus ennarrabunt. Data in Civitate Austrie die nono mensis iunii IX indictionis.

Reverendissime paternitatis vestre fideles provisores, consilium et commune Civitatis Austrie.

CCCXXXVIII.

Udine, [1386], 27 Settembre. — *Il consiglio del comune di Udine nomina i suoi delegati a stabilire l'imposizione da farsi, per ordine del consiglio del parlamento, ai castellani ed alla comunità per sostenere le spese dell'ambasceria al papa.*

MSS. A Annales civitatis Utini vol. VIII fol. 285 tergo nell'archivio comunale della detta città. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XXVII septembris. Electi ad imponendum pecunias castellanis et communitatibus pro dictis ambassiatoribus destinatis ad sanctissimum d. nostrum papam, ser Valentinus de Valentinis et ser Leonardus de S. Daniele, et dicti electi fecerunt dictam impositionem de voluntate d. Ierosolimitani, qui arctius scribat eisdem nobilibus et communitatibus quod solvant dictam impositionem iuxta promissionem factam in consilio colloquii pridie celebrati.

CCCXXXIX.

Udine, [1386], 6 Settembre. — *Il patriarca di Gerusalemme ed i deputati della patria ordinano che si ponga il campo presso Tricesimo.*

MSS. A registro del cameraro del comune di Udine nella biblioteca comunale della detta città. EDD inedito. TESTO da A.

Die VI septembris. Deliberatum fuit per reverendissimum dominum nostrum et deputatos quod campus poni debet in Tricesimo primo causa regulandi totam patriam insimul, postea deinde providebitur pro meliori quid esset faciendum ulterius.

CCCXL.

Marano, 1388, 5 Luglio. — *Gravami del comune di Marano contro gli Udinesi e richiesta d'informazione dal comune di Cividale intorno a quanto era stato fatto sul proposito nel parlamento.*

MSS. A manca. B copia nella racc. Guerra da cui racc. Bianchi 5379. EDD. inedito. TESTO da B.

Egregiis ac prudentibus viris dd. gastaldioni, provisoribus, consilio et communi Civitatis Austrie eorum amicis et maioribus honorabilibus.

Egregii et prudentes amici honorabiles, prout vobis est notum cum voluntate d. nostri patriarche fuimus in concordia cum Venetis stare cum eis pacifice

etc. et non possumus pace frui occasione emulorum de Utino, qui nimio livore volentes ulcisci de eorum inimicis nostris favoribus, ad eorum stipendium sumpserunt tres nostros rebelles de Marano, qui alia guerra fuerunt destructores Marani, et eos miserunt ad capiendum ceteros de Grado in paludibus nostris pro quibus carceratis solvimus quasi ducentos ducatos auri. Quare patriarcha ad petitionem dictorum di Utino ceperat in Utino cancellarium nostrum et ambaxiatorem ac tres puerulos .... in Utino, et ibi sumus .... taliter quod ullus de nostris non audeat intrare Utinum et .... versari in confinibus nostris timore dictorum nostrorum rebellorum, qui auxiliis dictorum de Utino nos....... et necem minantur, taliter quod non ausi fuimus mittere aliquem de nostris ad vos quia potius verbo quam calamo vellemus nostros malanconios vobis, ut patribus, resignare, de quibus potestis informari cum ser Nicolao de Portis qui fuit ad parlamentum, ad quod parlamentum misimus nostram litteram, quam de manu nostri nuncii recepit d. Petrus de Marchixina, et noluit quod nuntius noster intrasset parlamentum, nec ipsam litteram portaret, quod libenter a vobis sciremus si ipsa nostra littera fuit lecta in parlamento aut non, et quid factum fuerit in ipso parlamento, ut possimus esse provisi. Quare egregias amicitias vestras precamus fiducialiter quatenus nobis consulatis super predictis, quia libenter vellemus stare in pace cum domino nostro, vicinis nostris et aliis, ut facere proposueramus, et si vobis videretur esse cum d. nostro patriarcha et pro intercedere, libenter optaremus, vel aliter quomodocumque, nobis per presentem nuntiu nustrum aliquid describendo, ut saltem vestris litteris consolari possimus. Valete. Data Marani die V iulii indictione XI.

Camerarii, consilium et commune Marani cum recomendatione.

CCCXLI.

...... 1388, anteriormente al Settembre [a]. — *Il patriarca di Gerusalemme inviato dalla sede apostolica pel governo interinale della chiesa Aquileiese ed i cinque deputati della Patria danno istruzioni agli ambasciatori inviati al nuovo patriarca Giovanni di Moravia.*

MSS. A or. nell'archivio capitolare di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

Infrascripta sunt capitula formata super ambaxiata reverendissimo d.d. Iohanni patriarche electo et confirmato ad ecclesiam Aquilegensem pro ambaxiata reverendissimi d. nostri Ferdinandi miseratione divina patriarche Ierusalem, ecclesie sancte Aquilegensis rectoris, defensoris et gubernatoris per sedem apostolicam deputati, ac quinque deputatorum ad provvisionem felicis status patrie electorum per generale colloquium omnium fidelium dicte ecclesie Aquilegensis, existentium presentialiter in lobia prefati d. Ierusalem huiusmodi legationem destinantium pro parte omnium dictorum fidelium existentium in lobia ut supra.

Primo namque facta genuflexionali reverentia porrigantur litere credentiales quibus perlectis fiat recomendatio prelatorum, nobilium et communitatum Aquilegensis ecclesie fidelium subditorum in lobia videlicet prefati reverendissimi d. Ierusalem existentium devota, humilis, debita, benigna, verbis ad hoc habilibus et convenientibus.

Post vero dictam recomendationem eidem domino tale fiat exordium, qualiter, audita dignissima promotione sue reverendissime paternitatis ad ecclesiam Aquilegensem, predicti fideles et subditi inesplicabiles consolationes et letitiam assumpserunt eorumque ac de ipsius persona magis exstiterunt contenti considerata eius virtuosa sapientia, de excellenti serenitate ac eminendi potentia omnibus istis evidentissime facientibus pro felici statu dicte ecclesie quam exsistente de aliqua alia persona que ad ipsam ecclesiam promota fuisset et de hoc utique laudes devotas et maximas et gratias humilimas Altissimo fun-

(a) La data si può circoscrivere tenendo presente che il patriarca Giovanni entrò in Friuli fra il 10 ed il 14 settembre dello stesso anno: cfr. MANZANO, VI, 14.

dere non cessant qui dicte ecclesie de tam perfectissimo pastore est providere dignatus sub cuius potenti tutela et regimine virtuoso procul dubio sperant dictam ecclesiam in omnibus prosperari.

Tunc exordio precedenti premisso ad guerre descendant narrationem et demonstrent sibi tamquam domino quem hoc tam strictissime tangit, qualiter d. Padue a duobus annis cum dimidio quam citra ecclesie Aquilegensis et patrie Foriiulii guerram non modice severam intulit et damnosam tum per plures societates in ipsam patriam pluribus vicibus destinatas, tum per alias gentes suas pedestres et equestres continue in magna copia retentas in multis locis eiusdem patrie per dictum d. Padue apprehensis et subiugatis, et causam illationis dicte guerre et eius progressuum et exinde damna sub quadam qualitate declaranda secuta et illata per gentes dicti d. Padue videlicet infinitas hominum occisiones, captiones et dispersiones, locorum et villarum adustiones predas et rapinas tam compatriotis quam merchatoribus Allemanis illatas, castrorum et terrarum occupationes, que loca omnia per ipsum dominum occupata sue paternitati nominatim declarentur, et cum ad nominationem Sacili ventum fuerit declaretur sibi qualiter dictus d. Padue quibusdam suis cautelis, pecuniarum subornationibus et coloratis modis ipsam terram Sacili existentem in orbita reverendissimi d. Ierusalem subiugavit mediante tractatu, scimulans dicte terre dominium assumere vice et nomine reverendissimi d. Philippi de Alenson cardinalis, quod contra bonam conscientiam exhibit factum, cum eidem d. Padue de certo constaret prefatum d. de Alenson in patriarchatu Aquilegensi tunc nullum habere dominium quia in adventu prefati Ierusalem a regimine ecclesie Aquilegensis a summo pontifice fuit subito revocatus; sed dictam terram sibi usurpavit credéns et reputans clausisse viam principibus de Allemania intrandi Lombardiam et maxime serenissimo d. Romanorum regi versus quem nec istud nec aliud suum propositum dictus d. Padue dei gratia cohoperante longius obtinebit.

Item quod preter dicta damna tot et tanta gravosa ipse d. Padue intulisset patrie prelibate quod breviter eam sue servituti totaliter summisisset nisi illius inclite et benignissime ducalis dominationis Venetiarum immensa caritas nobis suum actum subsidium continue porrexisset declarando sibi prout est rei veritas qualiter dicta excelsa dominatio liberalissimo et purissimo animo nil aliud optans nisi conservationem et statum sancte ecclesie Aquilegensis et libertatis patrie Foriiulii ipsam patriam gravibus sumptibus et expensis defensavit et adhuc defensare non desinit contra dictum d. Padue non obstante promotione sua predicta enitentem illam sue subiicere potestati, potissime animo principibus Alemanie viam intrandi Italiam percludendi, et stratam merchatoribus Venetias eundi, interumpendi, quod dante Domino adimplere nequibit tum propter sue paternitatis potentiam, tum quia dicta dominatio hoc, contemplatione eiusdem paternitatis de cuius promotione quantum explicari possit ipsa dominatio gratulatur et ferventiori dispositione quam numquam fuerit ad defensionem patrie Foriiulii et S. Aquilegensis ecclesie quod dum hic fuerit ipsa sua paternitas videbit operis per effectum. Et qualiter ipsa inclita omni cum studio et sollecitudine quibus potest et potuit egisse et agere intendit omnia illa que vidit fore opportuna pro salute et conservatione dicte patrie laboribus aut expensis nullatenus parcendo. Et qualiter predicta dominatio affectuosis suasionibus predictos fideles suos ad nos mittentes sollicitavit huiusmodi presentem legationem mittendam specialiter ad instandum super adventu sue paternitatis quam summo desiderio nunc desideratur ad regimen suarum patrie et ecclesie predictarum.

Item explicent prefato reverendo d. Iohanni etc. quod considerata temporis longitudine qua dicta patria est guerra crudeli vexata, nisi in brevi pace opportuna se sentiat instaurare, ad tantam debilitatem duceretur quod vires se defendi ulterius non habet et dicta pax per alium modum prout expedit sequi non posse videtur nisi per sue paternitatis dulcem adventum: propter quod eius adventus per omnes fideles suos predictos maxime desideratur quam unquam fuerit per aliquos servitores sui domini desideratus adventus, quia

in dicto suo adventu pendet salus dictarum patrie et ecclesie. Nam si celer erit, prout speratur, finis guerre, subito tollerentur tunc adversitates, rapine, occisiones, incendia et omnia adversa et per consequens patria ex dulcis pacis amenitate florescens reformabitur. Tunc disperse oves, cognito earum vero pastore, ad proprium se omnes aggregabunt ovile, et ad fructandum solummodo vacabunt et omnia dictis ecclesie et patrie succedent tam prospera, Altissimo concedente, quod in brevi tam floride et iucunde apparebunt quod nullius guerre videbunter fuisse agitate procellis. Quare ut dicte sue ecclesia et patria et fidelissimi servitores eius predicti tanta bona assequi valeant per suum gratiosum adventum, sue reverende paternitati humiliter et devotissime instant (a).

CCCXLII.

Udine, [1388], 17 Settembre. — *Il consiglio del comune di Udine delega i suoi sindaci a rappresentarlo al parlamento convocato a Gemona.*

MSS. A Annales civitatis Utini vol. IX fol. 40 nell'archivio comunale della detta città. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XVII septembris. Item lecta littera d. patriarche de colloquio die dominico proxime futuro Glemone celebrando, constituti fuerunt sindici d. Andreas de Monticulis, Iacobonus phisicus, Nicolaus magistri Gregorii et Dyetalmus de Andriottis.

CCCXLIII.

Udine, 1388, 20 Settembre. — *Spese sostenute dal capitolo di Udine per l'invio d'un rappresentante al parlamento celebrato a Gemona.*

MSS. A Buste "Dapiferi capit. Utinensis" archivio capit. di Udine sez. VI registri or. Busta I fasc. 3. EDD. inedito. TESTO copia da A favoritami da mons. G. Vale.

Die XX septembris expendi quando d. Gregorius canonicus ivit cum uno socio ad primum colloquium celebratum per d. nostrum patriarcham in adventu suo Glemone pro uno cum sol. LX et unum pisinale avene quod emi a d. Nicolao canonico iuniore sol. XII et pro aliis expensis factis pro dicto parlamento capit in totum fortones solidorum tres.

CCCXLIV.

Pinzano, [1389], 18 Aprile. — *Il vicedomino Francesco di Savorgnano ordina ai rappresentanti di Cividale di intervenire al parlamento convocato a Udine.*

MSS. A or. cartaceo nelle pergamene comunali, busta IV n. 86 nel R. Museo di Cividale. EDD. inedito. TESTO da A.

Franciscus de Savorgnano d. nostri d. patriarche Aquilegensis vicedominus generalis.

Carissimi. Propter nonnulla occurrentia ardua decrevimus ex iniuncti nobis officii debito die dominica proxima ad octavam in terra Utini generalis colloquii consilium celebrare, fidelitatem igitur vestram, qua domino nostro et Aquile-

(a) Nel 1388, dopo la rinunzia del cardinale Filippo d'Alençon, il papa aveva nominato patriarca il vescovo di Leutomischl Giovanni di Moravia.

gensi ecclesie astricti estis, tenore presentium attente requirimus mandantes quatenus consilio huiusmodi alter vestrum studeat causa cessante qualibet interesse. Datum in castro Pinzani die XVIII aprilis, indictione XII.

A tergo

Prudentibus viris Rodulfo de Portis et Altrusino de Civitate nobis sincere dilectis.

CCCXLV.

Soffumbergo, 1389, 31 Maggio. — *Il patriarca Giovanni invita il comune di Gemona ad inviare i suoi rappresentanti al parlamento convocato a Cividale per il 13 giugno.*

MSS. A manca. B c. nell'archivio capitolare di Udine da cui c. nella racc. Bianchi n. 5473. EDD. inedito. TESTO da B.

Iohannes dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha, prudentibus viris capitaneo, consilio et communi Glemone.

Fideles carissimi. Cupientes ut ex debito compellimur circa notorium et quietum huius patrie nostre statum cura et sollecitudine, quantum deo previo, possumus salubriter providere, decrevimus die dominica tertiadecima iunii proximi venturi in nostra Civitate Austrie nostrum super premissis et aliis incumbentibus generale celebrare colloquium, cui sicut honorem nostrum ipsiusque patrie nostre statum diligitis, studeatis, causa cessante qualibet, interesse.

Datum in castro nostro Sophumbergi die ultima maii, indictione XII.

CCCXLVI.

Cividale, 1389, 14 Giugno. — *Il consiglio del parlamento stabilisce che si devono restituire in pristino coloro i quali furono spogliati arbitrariamente dagli ufficiali patriarcali e che la giustizia deva seguire il suo corso.*

MSS. A manca. B c. nel cod. dipl. Pirona da cui c. nella racc. Bianchi n. 5176; altra c. nella racc. Ioppi non aut. dei sec. XVIII. EDD. inedito. TESTO da B e C.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCLXXXIX, indictione XII, die XIV iunii. Actum in Civitate Austrie Aquilegensis diocesis in patriarchali palacio, in camera cubiculari infrascripti d. patriarche.

Ibique reverendissimus in Christo pater et d. noster d. Iohannes dei gratia S. sedis Aquilegensis dignissimus patriarcha ac reverendus in Christo pater dominus Augustinus eadem gratia episcopus Concordiensis et venerabilis vir d. Paganus canonicus Civitatensis pro prelatis, egregii et sapientes viri dd. Marquardus de Randech decretorum doctor in spiritualibus et Sanctus de Peregrinis de Iustinopoli in iure canonico licentiatus in temporalibus prefati domini nostri vicarii generales: spectabiles egregii et nobiles viri dd. Lodovicus miles, Iacobutius et Morandus comites de Porcileis, Vinceslaus miles de Spegnimbergo; Tatarus de la Frattina, Franciscus de Sbroiavacha, Iohannes de Zucho, Odoricus de Coloreto pro ser Iohanne de Coloreto, Iohannes de Strassoldo, et Andreas de Prampergo pro Arthico fratre suo pro nobilibus; et Iohannes notarius de Aquilegia pro communitate Aquilegie, ser Antonius Galli, et ser Bernardus de Rosaciis pro communitate Civitatis Austrie, ser Hector de Minittis et ser Nicolaus Manini pro communitate Utini, ser Ludovicus et Georgius de la Villa pro communitate Glemone et Dominicus de Venzono pro communitatibus representantes colloquii totius patrie Foriiulii consilium, votum ipsius colloquii super infrascriptis specialiter obtinens, per dictum d. patriarcham pro

nonnullis dicte patrie statum concernentibus convocati et ad sonum campane more solito congregati: coram quibus constituti heri in colloquio prefati ambaxiatores Utini proposuerunt qualiter ipse d. patriarcha sive certi officiales sui ut presumitur de mandato suo........ plures cives ipsius terre et nonnullos alios ut in colloquio auditum est ex querela multorum (1) pluribus ipsorum bonis et eorum bonorum possessionibus spoliaverat et privaverat de facto intromittendo ipsa bona, et auctoritate propria, nulla via iuris cognita, sequestrando in (2) ipsorum spoliatorum damno gravissimo et iactura; petentes super hiis taliter provideri quod cives eorum et alii sic de facto et indebite non graventur et ipsorum bonis et possessionibus ita enormiter non priventur. Quibus sic propositis, prefati consiliarii volentes super hiis providere ut conveniens erat et iustum, attendentesque rationem istam esse communem........ hodie mihi cras tibi, de mandato eorum me notario infrascripto petente, per omnes, nemine discrepante, extitit deffinitum quod, non obstantibus aliquibus intromissionibus per ipsum dominum nostrum vel officiales suos quoscumque factis, de quibuscumque bonis quilibet reducantur ad suam possessionem, possidentesque possideant quiete et pacifice sicut prius, donec per vicarium domini nostri vel alium per ipsum dominum deputatum patrio more servato summarie tamen, sola rei veritate inspecta, cognitum inter partes fuerit firmatum et similiter declaratum.

Et ego Iohannes ser Odorici de Susannis de Utino publicus imperiali auctoritate notarius et patriarchalis cancellarius predictis interfui et rogatus scripsi et fideliter publicavi meis hic signo et nomine appositis et consuetis in fidem et testimonium omnium premissorum.

CCCXLVII.

Cividale, 1389, 14 Giugno. — *Il consiglio del parlamento, atteso il reclamo presentato dai rappresentanti del comune di Udine al parlamento contro il maresciallo patriarcale che costringeva le parti a comparire in giudizio in luoghi lontani come Sacile e Monfalcone, stabilisce che, secondo le antiche consuetudini, esse possano esser citate soltanto a Cividale, Udine o Gemona* (a).

MSS. A manca. B c. nel cod. dipl. Pirona da cui c. nella racc. Bianchi n. 5477. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCLXXXIX, indictione XII, die XIV iunii. Actum in Civitate Austrie, Aquilegensis diocesis, in patriarchali palatio et camera cubiculari infrascripti d. patriarche.

Ibique reverendissimus in Christo pater et d.d. Iohannes dei gratia S. sedis Aquilegensis dignissimus patriarcha ac reverendus in Christo pater d. Augustinus eadem gratia episcopus Concordiensis et venerabilis vir d. Paganus canonicus Civitatensis pro prelatis: egregii et sapientes viri d. Marquardus de Randech decretorum doctor in spiritualibus et Santus de Peregrinis de Iustinopoli in iure canonico licentiatus in temporalibus prefati domini nostri vicarii generales: spectabiles, egregii et nobiles viri d. Lodovicus miles, Iacobutius et Morandus comites de Porcileis, Vinceslaus miles de Spegnimbergo, Tatarus de la Frattina, Franciscus de Sbroiavacha, Iohannes de Zucho, Odoricus de Coloreto pro ser Iohanne de Coloreto, Nicolaus de Strassoldo pro ser Ancellotto de Strassolto, et Andreas de Prampergo pro Arthico fratre suo pro nobilibus; et Iohannes notarius de Aquilegia pro communitate Aquilegie, ser Antonius

(1) ex .... multorum, così C, manca in B. (2) sequestrando in grave, così C, B ha: sequestrante in ....

(a) Questo documento contiene una prosecuzione del verbale della seduta del consiglio riportato dal precedente documento.

Galli et ser Bernardus de Rosaciis pro communitate Civitatis Austrie, ser Hector de Miulittis et ser Nicolaus Manini pro communitate Utini; ser Lodovicus et Georius de la Villa pro communitate Glemone, ac Dominicus de Venzono pro communitatibus, representantes colloquii totius patrie Foriiulii consilium, votum ipsius colloquii super infrascriptis specialiter obtinens, per dictum d. patriarcham pro nonnullis dicte patrie statum concernentibus convocati et ad sonum campane more solito congregati. Coram quibus sicuti heri in colloquio proposuerant dicti ambaxiatores civitatis Utini qualiter d. marschallus prefati domini nostri et sui vicemareschalli capiebant homines patrie et presertim massarios civium dicte communitatis et ducebant eos Tricesimum, Sofumbergum et alibi pro libito nec ad bancham ut tenebantur ducebant et si ad bancham ducebant in locis prefatis et non ubi bonorum virorum esset copia iuxta antiquas et laudabiles patrie consuetudines; preterea si citabatur aliquis per eos de aliquo crimine accusatus citabatur Sacilum, vel Montisfalconum que loca sunt in confinibus situata vel in locis predictis et hoc ut omnes fortius gravarentur laboribus et expensis, et sic melius cum ipsis concordarentur, quod in maximum damnum totius patrie vertebatur, et contra laudabiles patrie consuetudines in similibus observatas: petentes pro statu patrie totaliter provideri quod antique et laudabiles patrie consuetudines observarentur, et quod homines ita enormiter non gravarentur. Super quibus pro statu patrie volentes ipsi consiliarii providere auctoritate eis in hac parte per dictum colloquium attributa, me notario infrascripto petente, per omnes nemine discrepante extitit terminatum, deliberatum et diffinitum, quod instetur principaliter domino nostro prefato et demum [circa] eius (1) marischallum quod iuxta promissionem per ipsum dominum factam in primo adventu suo nos conservet in antiquis et laudabilibus consuetudinibus nostris videlicet si capit ipse marschallus vel sui vicegerentes capiunt aliquem malefactorem ducant eum ad bancham in Civitate Austrie, vel in Utino vel in Glemona: similiter si citant vel citari faciunt aliquos cuiuscumque conditionis existant, in locis predictis tribus citentur et non alibi: que loca compatriottis omnibus sunt communia, et in eis bonorum virorum est copia, ubi debite fiet et postulate iustitie complementum, secundum quod retroactis temporibus plenarie est servatum.

CCCXLVIII.

Gemona, 1389, 13 Settembre-14 Novembre. — *Il consiglio di Gemona manda ambasciatori al patriarca per pregarlo d'opporsi alla deliberazione presa dal parlamento di nominare tre giudici dinanzi ai quali il patriarca stesso potesse far valere i suoi diritti.*

MSS. A manca. B c. nell'archivio capitolare di Udine da cui c. nella racc. Bianchi n. 5466.
EDD. inedito. TESTO da B.

Die XIII septembris. Mittatur unus ambaxiator Utinum una cum Venzonensibus qui una cum Utinensibus vadat ad d. nostrum patriarcham eidem supplicaturus ut non velit instare deliberationi facte in consilio parlamenti, videlicet quod eligantur tres iudices coram quibus prefatus d. noster patriarcha petere possit sua iura eo quod talis deliberatio est contra antiqua iura Aquilegensis ecclesie et electus fuit magister Petrus physicus.

Die XIV novembris. Quod cum responsum fuisset reverendissimo d. nostro patriarche quod electioni trium iudicum instare non volumus cum haberet preiudicari statui ac libertati totius patrie et antiquis consuetudinibus, et ipse d. noster redixerit sive consilium colloquii quod nos ulterius ponderemus, responsum fuit (2) quod eidem aliam responsionem dare non deberemus sed

(1) Restituzione dal senso. (2) B in luogo di responsum fuit dà: et respondere, che non offre alcun senso.

prime debite rationi instare, secundum protestationem factam per scientissimum virum magistrum Petrum physicum ambaxiatorem nostrum super dicta responsione facta, scilicet quod non intendimus nec volumus dicte electioni penitus instare et consentire.

CCCXLIX.

Udine, 1389, 7 Dicembre. — *Il consiglio del parlamento invita Udine a mettersi d' accordo col patriarca, offrendo all' uopo i suoi buoni uffici; il consiglio del comune di Udine risponde che esso chiede al patriarca soltanto l' osservanza dei patti concordati dagli ambasciatori Veneziani.*

MSS. Annales civitatis Utini vol. IX fol. 309 tergo. EDD. inedito. TESTO da A.

[Die VII mensis decembris]. Super ambaxiata exposita per venerabilem virum d. decanum Civitatensem ac nobiles et circumspectos viros d. Iohannem Padoanum de Coloreto et ser Turinum de Glemona pro parte totius consilii parlamenti in effectu continente qualiter ipsum consilium parlamenti ortatur dictam communitatem Utini quatenus velit se disponere ad acceptandum bonum concordium cum d. nostro d. patriarcha, quod quidem consilium parlamenti offert se tractare et interponere: deliberatum fuit quod responderi debet dictis ambaxiatoribus qualiter nulla discordia ex nostri deffectu est inter ipsum dominum nostrum et nos, sed ex causa ipsius domini nostri qui non bene nos tractat nec formas concordiorum alias factorum per ambaxiatores ducalis dominii Venetiarum observat, sed hoc non obstante semper fuimus fideles dicto domino nostro et esse intendimus, dummodo ipse dominus noster nobis alias promissa exequatur, et numquam reperietur quod pro nobis defficiat quin bonus amor et sinceritas ac bona confidentia sint et vigeant inter prefatum dominum nostrum et nos. Et quod omnibus consideratis propter que prefati ambaxiatores instabant rogantes quod aliqui ambaxiatores nostri mitterentur ad ipsum consilium parlamenti, quod dicti ambaxiatores eligerentur et mittantur ad dictum consilium parlamenti facturi in premissis secundum informationem eis dandam.

CCCL.

Udine, 1389, 15 dicembre. — *Il comune di Udine invia i suoi delegati al consiglio del parlamento per condurre le trattative di pace col patriarca.*

MSS. A manca. B c. nel cod. dipl. Frangipane d' onde c. nella racc. Bianchi n. 5503. EDD. inedito. TESTO da B.

Die XV mensis decembris. Expendidit quos dedit pro naulo quatuor equorum causa mandandi ser Iohannem de Faganea et Iohannem Ottozini in ambaxiatores ad consilium parlamenti pro concordio tractando inter d. patriarcham et nos, soldos octuaginta.

CCCLI.

Udine, 1389, 17 Dicembre. — *Proposte fatte dal consiglio del parlamento al comune di Udine quanto al modo di sopire le differenze fra esso ed il patriarca.*

MSS. A Annales civitatis Utini vol. IX, fol. 312. EDD. inedito. TESTO da A.

Super propositis in dicto consilio videlicet quod consiliarii parlamenti nunc miserant tria pacta huic communitati quorum unum quod voluerint eligere super differentiis tolendis inter reverendum dominum nostrum patriarcham et hanc

communitatem videlicet quod ipsa communitas consentiat in ipsum consilium parlamenti ut cognoscat differentias predictas, aut per ipsum consilium parlamenti sex viros eligantur super dicto negotio, aut quod ipsa communitas eligat duos aut tres et dictus d. noster patriarcha similiter eligat duos aut tres.

CCCLII.

Udine, 1389, 31 Dicembre. — *Il comune di Udine nomina i suoi ambasciatori al parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini IX, 317. EDD. inedito. TESTO da A.

Super propositionem per eundem ser Nicolaum notarius pro parte dictorum dd. septem deputatorum proponentes quod provideri debeatur de eligendo aliquos ambaxiatores ituros die Lune nunc proxima futurum ad parlamentum deliberatum fuit quod eligi deberent septem ambaxiatores sufficientes et eos mittere ad dictum parlamentum prout ibidem electi fuerunt d. Muschinus de la Turre, ser Nicolussius de Chastellerio, Ugolinus, Leonardus ser Hectoris, Nicolaus Raynoldi et Tobias (a).

CCCLIII.

Udine, 1390, 19 Gennaio. — *Petizioni fatte dal patriarca agli Udinesi.*

MSS. A Annales civitatis Utini to. IX fol. 323 tergo. EDD. inedito. TESTO da A.

[Die XIX ianuarii]. Super ambaxiata exposita per venerabilem virum d. decanum Civitatensem ac nobiles et circumspectos viros dd. Doymum de Castello, Bernardum de Strassoldo, Citusium de Civitate Austria, Simonem Venutum de Venzono et Bonifacium notarium de Glemona ambaxiatores ad communitatem terre Utini, instantes et rogantes ut concordium poneretur inter d. nostrum patriarcham ex una parte et communitatem terre Utini parte ex altera, super differentiis et circumstantiis vertentibus inter ipsum d. patriarcham et dictam communitatem et quod ad decidendum dictas differentias deberent eligi tres boni viri pro parte et quod super hoc alias per istam communitatem fuerat continuo responsum quod non videbat aliquam legitimam causam propter quam deberet eligere aliquos amicos eo quod ipse d. patriarcha dicte communitati nihil petebat, sed ne ipse dominus permitteret aliquas petitiones contra dictam communitatem tunc posse esse causa aliqua propter quam dictam electionem faceret. Super qua quidem responsione consilium parlamenti pridie convenit et visa dicta responsione ipsi consilio fore debita et iusta, deliberavit hortari dominum nostrum ut declararet suas petitiones quos facere vult huic communitati et eius habitatoribus; qui d. patriarcha videns hortationem in hac parte dicti consilii fore iustam et rationabilem declaravit in genere se velle petere hominibus istius terre ista quatuor: videlicet quod petere intendit omnes afflictus sibi debendos a tempore quo ipsius domini officiales hanc patriam intraverunt, qui non essent per eum seu eius officiales exacti, et ulterius quid quid non esset exactum per d. Ierosolimitanum vicárium apostolicum, dicens se velle habere respectum ad aliqua bona que temporis longitudine fuerint prescripta. Item petere intendit omnia bona pheudalia que forent devoluta ecclesie sue. Item petere intendit omnia bona que essent ad beneplacitum suum. Item petere intendit et exigere seu habere omnia bona ecclesie Aquilegensis pignorata. Rogantes et instantes prefati ambaxiatores quod ex quo ipse d. patriarcha petitiones suas declaravit communitas ista ammodo eligere deberet tres amicos et ipse d. patriarcha similiter tres eliget ad imponendum finem debitum super predictis. Deliberatum fuit quod habito respectu super predictis que mature deliberari debeant antequam eis diffinitive respondeatur et eis respondere super predictis omnibus.

(a) Manca il nome del settimo ambasciatore.

CCCLIV.

Udine, 1390, 4 Febbraio. — *Il consiglio del comune di Udine nomina i deputati da inviarsi a Fagagna al consiglio del parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini IX, 336. EDD. inedito. TESTO da A.

[Die veneris IV februarii]. Super propositis per supradictum ser Nicolaum notarium Manini pro parte dd. septem deputatorum proponentem qualiter eis pro parte d. patriarche presentata fuerat una litera requirendo eos ut mittere deberent eorum ambaxiatores Faganeam die dominico proxime futuro ad consilium parlamenti, rogando ut super hoc provideri deberet taliter quod dicti ambaxiatores eligerentur. Deliberatum fuit quod dicti ambaxiatores omnino elegi deberent prout ibidem electi fuerunt in ambaxiatores ser Nicolaus notarius Manini, et ser Nicolaus Candidi.

CCCLV.

Udine, 1390, 8 Febbraio. — *Il comune di Udine nomina alcuni deputati per l'accomodamento col patriarca.*

MSS. A Annales civitatis Utini IX, 338. EDD. inedito. TESTO da A.

[Die martis VIII februarii]. Super relatione facta per providos viros ser Nicolaum notarium Manini, Nicolaum q. Candidi speciarium et Ieronimum notarium ambaxiatores destinatos Faganeam ad consilium parlamenti super electione amicorum fienda debentium videre et amicabiliter determinare differentias entes inter d. nostrum d. patriarcham ex una parte et communitatem terre Utini ex altera super petitionibus alias declaratas per ambaxiatores consilii parlamenti ut supra continetur, referentes in effectu qualiter in consilio parlamenti quasi per omnes existentes in dicto consilio deliberatum fuit et consultum quod dicti amici eligi deberent qui amicabiliter tamen determinare deberent super dictis petitionibus inter dictos d. patriarcham et communitatem, rogantes ex inde consilium, ut super hoc provideri debet cum gratia dei, quod dicti amici eligi deberent boni et sufficientes: deliberatum fuit quod dicti amici eligantur ut dictum est et in casu quo aliquis ex hiis qui eligentur recusaret receptare dictum onus quod puniatur et pignoretur de XXV ducatis auri irremissibiliter exigendis in communi, prout ibidem electi fuerunt in amicos pro parte communitatis dicte terre Utini supradictus d. Andreas (a) et nobilis vir d. Muschinus de la Turre qui onus ibidem in se receptaverunt (b).

CCCLVI.

Cividale, 1390, 7 Marzo. — *Il patriarca ordina a quei di Gemona di mandar i loro rappresentanti al parlamento da tenersi a Monfalcone.*

MSS. A manca. B c. nell'arch. cap. di Udine da cui racc. Bianchi 5521. EDD. inedito. TESTO da B.

Iohannes dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha dilectis nostris consilio et communi terre nostre Glemone.

Fideles dilecti. Mandamus vobis tenore presentium seriose quatenus die

(a) Andrea de Monticoli (è nominato nelle deliberazioni precedenti).

(b) Il 18 febbraio seguente fu completata la nomina con l'elezione di mastro Iacopino, ser Blasio de Lisono e ser Leonardo Scros; il patriarca dal suo lato aveva nominati il Vescovo di Concordia, Doimo di Castello, il Maresciallo e il Capitano di Udine.

veneris proxime futura in loco nostro Montisfalconis ad nostram presentiam vestros ambaxiatores mittere causa cessante qualibet studeatis super differentiis inter vos parte ex una et dilectos fideles nostros nobiles de Spegnimbergo parte ex altera quomodolibet vertentibus de mente et intentione ac iuribus vestris plenarie informatos ac cum pleno vestro consensu, licentia et mandato: quia volumus quod cum consilio et deliberatione prelatorum, nobilium et communitatum patrie nostre Foriiulii ipse differentie totaliter et fine debito terminentur.

Datum in nostro patriarchali palatio Civitatis Austrie die VII martii, indictione XIII.

CCCLVII.

Soffumbergo, 1390, 17 Aprile. — *Giovanni patriarca ordina ai decani dei borghi di Udine di non riscuotere la colletta imposta dal comune, sotto pena da determinarsi da lui stesso e dal consiglio.*

MSS. A manca B c. nel cód. dipl. Frangipane da cui racc. Bianchi 5527. EDD. inedito. TESTO da B.

Iohannes dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha prudentibus Odorico notario burgorum Glemone, Odorico Grazani, Pelegrino Aquilegie, Matheo Civitatis Austrie in terra nostra Utini decanis fidelibus nostris sincere dilectis.

Fideles sincere dilecti. Ad notitiam nostram pervenit qualiter in terra nostra Utino est quedam ad recipiendum imposita collecta, quod inutile et non necessarium fore videtur, nam ipsa terra nec guerris, nec debitis est gravata de presenti. Ideo nos velut pater filiis de commodo providere volentes vobis de omnibus et singulis massariis et fidelibus nostris servitoribus seriosissime precipimus et mandamus quatenus huiusmodi non necessariam aggravatoriam contributionem sive collectam nullatenus solvatis, nec ad solvendum vos stringi aut compelli permittatis sub gratie nostre obtentu et pena quam contra trasgressores nostrorum mandatorum cum consilio nostro deliberati decernemus et si quispiam vos vel vestrum aliquem super ipsius collecte solutione gravaverit et gravare intenderit ad nos pro consilio et auxilio habeatis recursum. Nam etiam mandavimus capitaneo, preconibus ac ceteris in terra nostra Utini officialibus fidelibus dilectis ut nullum massarium et servitorem nostrum fidelem ad solvendum et dandum dictam collectam stringere et compellere presumant quoquo modo, sicut nostram gravissimam indignationem cupient evitare. Datum in nostro castro Sophumbergo die XVII aprilis, indictione XIII (a).

CCCLVIII.

Udine, 1390, 12 Agosto. — *Il comune di Udine nomina gli ambasciatori da inviarsi al consiglio del parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini to. X fol. 53. EDD. inedito. TESTO da A.

Super propositis per dd. septem deputatos proponentes qualiter eis portata fuerat una litera pro parte d. patriarche ut eligere deberent certos ambaxiatores ad mandandum ad consilium parlamenti Glemonam rogando ut provideri

(a) Negli Annali di Udine all'a. 1390, 18 aprile c'è una deliberazione del consiglio che statuisce e conferma, ciò malgrado, la riscossione della colletta il cui provento, con ogni verosimiglianza, doveva servire al comune per la sua lotta contro il patriarca: da ciò la proibizione contenuta nell'ordinanza. Si noti che il 15 febbraio 1389 era stato ucciso a Udine da ufficiali patriarcali Federico di Savorgnan: ciò rinfocolò gli odii che neppure l'accordo formato il 10 maggio successivo, per opera di un inviato Veneziano, riuscì a sopire.

debeatur de eligendo aliquos ambaxiatores. Deliberatum fuit quod dicti ambaxiatores eligi deberent, prout ibidem electi fuerunt d. Andreas de Monticulis et Nicolussius ser Zani (a).

CCCLIX.

Udine, 1390, 19 Agosto. — *Relazione fatta dinanzi al consiglio di Udine del dibattito avvenuto col patriarca nel consiglio del parlamento tenuto a Gemona.*

MSS. A Annales civitatis Utini to. X fol. 57 tergo. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XIX mensis augusti. Super propositis per dd. septem deputatos proponentes relationem d. Andree de Monticulis et Nicolussii ser Zani ambaxiatorum mandatorum pro parte communitatis Utini Glemonam ad consilium parlamenti audiri debere. Deliberatum fuit quod dicta relatio audiri debeat; ubi quidem audita dicta relatione in effectu continente qualiter concordium defuerat pro d. patriarcha qui dixit concordium cessare propter castrum Flagonee quod instabat determinari spectare et pertinere ad ipsum et ad suam mensam patriarchalem, et quod nisi dicta determinatio fieret, concordium nullum acceptare volebat: pro quo considerando dictum consilium parlamenti ibidem iudices non esse competentes, recusaverunt instare quod dicta deliberatio ibidem fieri deberet, et alterius referentes quod iniquum et perfidum animum contra nos habebat.

Declaratum fuit per omnes supradictos quod bonum et utile esset quod aliqua provisio fieret in predictis videlicet quod vicinitas terre Utini deberet facere sacramentum sub hac forma in manibus d. camerarii recipientis vice et nomine communitatis: primo quod unusquisque deberet iurare et promittere essendi fideles et legales ad invicem ac tamquam fratres. Item quod sint et esse debeant fideles et prompti ad adiuvandum et defendendum communitatem Utini contra quascumque personas. Item quod instent quod fiat iustitia de quibuscumque machinationibus et tractationibus contra statum bonum terre Utini et communitatis. Item quod si contingeret quod aliquis offenderetur in ista terra Utini, cuiuscumque conditionis et etatis fuerit ex occasione quia esset amator rei publice, unusquisque etiam promittat per sacramentum mortaliter in communi et in diviso eum persequi donec de ipso fiat vindicta. Item quod etiam unusquisque iuret de significando regimini secreto terre Utini omnem et singulam personam que sentiretur tractari et machinari contra statum huius terre seu personam aliquam alicuius vicini terre Utini, prout ibidem dictum sacramentum factum fuit.

CCCLX.

Cividale, 1390, 27 Dicembre. — *Lettera dell' ab. di Rosazzo all' inviato Veneto nel quale lo avverte che il patriarca ha rimesse alla decisione del parlamento le sue vertenze con Udine.*

MSS. A or. nell'archivio com. di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

Egregie domine. Hodie fuimus in Sophumbergo cum domino nostro cui intimavimus vestram et Utinensium bonam responsionem nobis factam nec non adventum nobilitatis vestre cras ad dominum nostrum in Sophunbergo super differentiis vertentibus inter dominum nostrum et Utinensis, quo habuit nobis respondere quod pro predictis differentiis non deberetis vos fatigare,

(a) Anche al fol. 23 addì 7 giugno 1390 è all'ordine del giorno del consiglio di Udine la nomina di "prudentes" da inviare al parlamento, ma non c'è l'indicazione delle persone nominate.

cum ipse posuerit omnia facta sua ad diffinitionem et determinationem totius parlamenti; sed si nobilitas vestra vellet ad ipsum accedere pro aliquo facto vestro, quod vos libenter videbit.

Data Civitate, die XXVII decembris.

CCCLXI.

Udine, 1391, 11 Gennaio. — *Gli Udinesi mandano a Cividale i loro rappresentanti onde sostenere dinanzi al parlamento le loro ragioni e mettere in piena evidenza i torti del patriarca.*

MSS. A manca. B c. nel cod. dipl. Frangipane cit. da cui racc. Bianchi n. 5574. EDD. inedito. TESTO da B.

Die XI mensis ianuarii. Expendit dictus camerarius de mandato, ut supra, datos Stephano Sbrugl et Brisino pro naulo quatuor equorum ac Nanio de Mulargis, Nicolao pescatori, Valentino de Camino et Gregorio del Zan pro naulo aliorum quatuor equorum quos equitaverunt Cividato ad parlamentum ser Nicolussius de Bastillerio, Laurentius Arpucii, Christophorus de Bombanis cum sex familiaribus et sociis ad dicendum ius nostrum et excusandum nos quia pro patriarcha defficiebat et deffecit pax et concordia, et tractabat ac conabatur ponere nos in discordia cum omnibus compatriotis, sed non potuit, nec poterit, deo dante, marcham unam soldorum in ratione viginti soldorum pro quolibet equo.

CCCLXII.

Cividale, 1391, 23 Febbraio. — *Libertà provvisoria accordata con sicurtà per ordine del patriarca e del consiglio del parlamento.*

MSS. A prot. orig. di Giovanni q. Guglielmo notaio di Cividale nella bibl. comun. di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

Anno domini MCCCLXXXXI ind. XIV die XXIII mensis februarii. In Civitate Austrie sub veteri domo comunis, presentibus egregio milite d. Rizardo de Valvasono, Iohannetonio q. Gabrii, Thomado q. d. Nicolai de Pinzano, Iohannino Longo hiis de Civitate Austria testibus et aliis pluribus.

Cum per egregium militem d. Nicolaum Tunchil marscallum d. nostri d. patriarche Aquilegensis ex officio suo capti fuissent Petrus q. Francisci, Duringonus filius Nicolai et Odoricus piscator q. Pizulitti omnes de Clusa; cumque per ipsum d. nostrum d. patriarcham Ioannem preceptum foret et per consilium generalis colloquii patrie Foriiulii deliberatum quod idem d. marscallus predictos captivos deberet relaxare sub securitate de obediendo iuri, illosque iuxta ritum patrie per laudum et sententiam ducere. Quare antescriptus vir et miles egregius d. Nicolaus Tunchil marscallus per manum extra de obediendo iuri dedit ipsos captivos absentes tamquam presentes providis viris Odorico q. Nicolai de Clusa et Francisco q. Nicolai de Clusa habitanti in Civitate Austria, qui Franciscus et Odoricus se obligaverunt per se et suos heredes in manibus antescripti d. marscalli consignare ipsos captivos et ipsorum quemlibet in manibus ipsius d. marscalli vel in manibus venerabilis viri d. Francisci Vraisinger canonici Aquilegensis et Civitatensis et plebani de Selcano tamquam adiutoris d. abbatis de Motio infra octo dies quandocumque usque ad festum S. Iacobi proxime futurum de mense iulii, ipsi Odoricus et Franciscus fuerint requisiti. Cum hoc, quod si predicti Odoricus et Franciscus non consignarent, ut dictum est, predictos captivos, ex nunc sint et esse debeant in et sub gradu et pena obligati prout sunt ipsi captivi et illud ius habeat predictus d. marscallus et d. Franciscus nomine ut supra contra ipsos Odoricum

et Franciscum de Clusa, quod ipsi et ipsorum quilibet habet in et contra predictos captivos. Et si prefati Odoricus et Franciscus de Clusa non fuerint ad hec usque predictum festum sancti Iacobi requisiti, ex nunc prout ex tunc, ipsis d. marscallo et d. Francisco Vraisinger ad aliquid in premissis non teneantur.

CCCLXIII.

Aquileia, 1391, 6 Marzo. — *Il patriarca Giovanni invita il comune di Cividale al parlamento.*

MSS. A or. nella busta 5 delle perg. e doc. comunali nel R. Museo di Cividale. EDD. inedito. TESTO da A.

[Iohannes dei gratia sancte] sedis [Aquilegensis patriarcha].
Fideles carissimi. Volentes super nonnullis .... super diffiniendis appellationibus nostrum in hac civitate nostra Aquilegensi .... mensis marcii generale celebrare colloquium fidelitatem vestram tenore .... precipimus quatenus colloquio [huius]modi studeatis causa remota qualibet interesse. Datum in nostro patriarchali palatio Aquilegensi die VI martii. Indictione XIIII.
A tergo
Gastaldioni, consilio et comuni nostre Civitatis Austrie.

CCCLXIV.

Cividale, 1391, 16 Maggio. — *Agostino vescovo di Concordia, vicedomino del patriarca Giovanni invita il consigliere di Gemona ad intervenire al consiglio del parlamento.*

MSS. A lettere di Principi ecc. nell'archivio comunale di Gemona. EDD. inedito. TESTO da B.

Discrete amice dilecte. Super nonnullis arduis ymo arduissimis et necessariis honorem reverendissimi d. nostri patriarche totiusque huius patrie Foriiulii statum et comodum concernentibus, decrevimus die dominica XXI presentis maii proxime ventura, in Civitate Austrie, generalis colloquii celebrare consilium cui sicut honorem prefati d. nostri patriarche dicteque patrie Foriiulii statum et comodum diligis, studeas, causa cessante qualibet interesse.
Datum in patriarchali palatio Civitatis Austrie die XVI mai, indictione XIV.
A tergo
discreto Thomasio de la Villa vel Fantono de Glemona consiliario devotoque dilecto Augustinus dei gratia Concordiensis episcopus reverendissimi d. nostri d. Iohannis patriarche Aquilegensis vicedominus generalis.

CCCLXV.

Udine, 1391, 23 Ottobre. — *Spese sostenute dal cameraro di Udine per la rappresentanza del comune al parlamento.*

MSS. A Registri del cameraro nella biblioteca com. di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

Item die V novembris de mandato ut supra expendit camerarius predictus quos dedit Laurentio q. Pirutii et Brisino de Toppo pro vectura duorum equorum den. XXVIII quos equitaverunt duo familiares ser Petri de Bellonis et Laurentii notarii Arputii ambassiatorum destinatorum Cividatum ad consilium colloquii cum VIII equis et steterunt duobus diebus quibus dictus camerarius dedit pro expensis marcham unam et den. LXI.

In eodem die de mandato ut supra expendit dictus camerarius quos dedit Francisco dicto Periuţ misso Cividatum post suprascriptos ambaxiatores ut faciat ipsos avisatos quod in reversione eorum debebant custodiri, et notificatum erat rectoribus terre quod ipsis ambasiatoribus debebat insidiari super strata; pro vectura sui equi et sua fatica den. XXVIII.

CCCLXVI.

Cividale, 1391, 14 Novembre. — *Protesta contro il notaio che si rifiutava di pubblicare una deliberazione del consiglio del parlamento.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Bini nell'arch. cap. di Udine, d'onde racc. Ioppi. EDD. inedito TESTO da B.

Anno domini MCCCLXXXXI indictione XIV die XIV mensis novembris, in Civitate Austria in curia domorum habitationis d. Bartholomei de Salinvengo canonici Civitatensis, presentibus ipso d. Bartholomeo, Pichulo filio ser Gambii, Petro filio Gusetti hiis omnibus de Tulmecio, d. Francisco Vraisinger canonico Aquilegense et Civitatense testibus et aliis.

Ibique Iacobus q. Dominici Paysii de Tumetio ibidem coram prefatis testibus et me Iohanne notario, cum debito pagamento instantius requisivit atque rogavit providum virum Iohannem notarium et cancellarium reverendissimi in Christo patris et d. nostri d. Iohannis dei gratia S. sedis Aquilegensis dignissimi patriarche, natum q. Odorici notarii olim Andree de Utino, ut sibi publicare et in publicam formam dare velit et debeat unam deliberationem consilii generalis colloquii patrie Foriiulii, scriptam et notatam per ipsum Iohannem notarium et scribam prefati domini nostri d. patriarche, in et supra facto unius derobationis eidem Iacobo illate in partibus terre Theutonice. Qui Iohannes notarius et scriba, respondens dixit quod illam deliberationem in publicam formam paratus erat sibi dare, dummodo prius prefatus d. noster d. patriarcha sibi precipiat detque specialiter in precepto ut deliberationem ipsam eidem Iacobo in publicam formam dare debeat. Ad que predictus Iacobus dixit respondendo, quod iam per consilium parlamenti fuit deliberatum eidemque Iohanni per preceptum nec non per antescriptum d. patriarcham ut deberet sibi prefatam deliberationem in publicam formam dare sibique idem Iohannes notarius publicare et dare prefatam deliberationem debet et tenetur ex debito. De quibus omnibus supradictis antescriptus Iacobus rogavit me Iohannem notarium ut scriberem prout scripsi publicum instrumentum.

CCCLXVII.

Cividale, 1391, 26 Novembre. — *Il parlamento assente alla permuta del castello di Torre con quello di Ragogna.*

MSS. A manca. B c. nell'archivio comunale di Udine da cui c. nella racc. Bianchi n. 5715. EDD. inedito. TESTO da B.

Anno [MCCCXCI], indictione [XIV] (1), die vero XXVI novembris. In Civitate Austria, Aquilegensis diocesis, in collegiata ecclesia S. Marie dicte Civitatis Austrie. Presentibus venerabilibus viris dd. Stephano de Soffumbergo et Victore de Civitate Austrie canonicis dicte Civitatensis ecclesie, ac Candido de Giuliano mansionario ecclesie Civitatis antedicte, providis viris ser Adal-

(1) in B: anno et indictione ut supra, che si riferisce alle indicazoni cronologiche dell'inventario dei due castelli e relativi possessi, che precede a questo atto d'assenso ed è pure compreso nel n. 5715 della raccolta Bianchi, insieme all'assenso del capitolo d'Aquileia.

pretto de Civitate Austrie, ser Iohanne de Attemps, et Iohannino omnibus tribus notariis in dicta Civitate Austrie habitantibus testibus et aliis in multitudine copiosa.

Ibique reverendissimus in Christo pater et d.d. Iohannes dei gratia S. sedis Aquilegensis dignissimus patriarcha in generali existens colloquio totius patrie Foriiulii per eum ad diem hodiernam pro infrascriptis et aliis convocato et ibidem ad sonum campane more solito congregato; in quo quidem colloquio interfuerunt infrascripti reverendi patres et dd. Henricus Tergestinus et Augustinus Concordiensis episcopi, venerabiles viri dd. Antonius de Roncono canonicus Aquilegensis pro capitulo Aquilegensi, Iohannes decanus Civitatensis pro capitulo Civitatense, presbiter Petrus plebanus Canipe pro preposito S. Stephani, Thomasinus de Forlivio preposito S. Felicis, Franciscus Vraysing plebanus Goritie pro preposito Carnee, et presbiter Nicolaus canonicus Utini pro capitulo Utinensi; nobiles et egregii viri d. Iacobutius de Porcileis, Nicolaus de Fanna, Venceslaus miles et Thomasius de Spegnimbergo, Iohannes Paduanus de Colloreto, Iohannes de Zucco, Frescus de Cucanea, Baldassius de Maniaco, Iohannes Henricus et Nicolaus de Attemps, Bartholomeus de Tricano, Federicus de Savorgnano, Asquinus de Varmo inferiori et Thadeus de Manzano pro nobilibus: providi viri Iohannes notarius de Aquilegia, Ottusius et Nicolaus Aucelli de Civitate Austria, magister Petrus phisicus, Morandus de Castellerio et Nicolaus de Pezzotti de Utino, Thomasius de la Villa de Glemona, Iohannes notarius de Venzono, Lodovicus de Biscoffis de Sacilo, Bertholdus de Canipa, Rizzardus de S. Vito, Andreas de Montefalcono, Lodovicus de Portugruario et Fedricus de Panigaleis della Meduna pro communitatibus et alii in multitudine copiosa.

Coram quibus idem d. patriarcha probari fecit qualiter pro bono, augmento, utilitate et commodo suo, dicteque sue Aquilegensis ecclesie certam permutationem castri Turris et bonorum eidem castro spectantium, cum castro sive castri Ragonee partibus et certis bonis ad nobilem virum ser Iohanninum de Ragonea spectantibus cum consilio, consensu et voluntate sui capituli Aquilegensis fecerit prout in precedentibus instrumentibus ibidem sententiatis et effectualiter declaratis clare patet, et propterea omnes supradictos ad ipsum colloquium deputatos cum instantia requisivit ut eamdem permutationem et omnia et singula in precedentibus instrumentis contenta approbare et confirmare deberent, eorumque auctoritatem interponere, pariterque consensum. Qua propositione ad claram ipsius colloquii intelligentiam declarata et nobili viro d. Fresco de Cucanea petente, prout in talibus moris est, per maiorem partem predictorum prelatorum, nobilium et communitatum eadem permutatio cum omnibus et singulis aliis in predicto permutationis instrumento contentis extitit confirmata, et in omnibus ac per omnia approbata et eidem permutationi ac omnibus et singulis aliis supradictis ipsorum, et ipsius colloquii interposuerunt auctoritatem pariter et consensum.

In quorum testimonium ac perpetuum robur presens instrumentum dictus d. patriarcha per me Iohannem notarium publicum infrascriptum scribi et publicari mandavit, sigillorumque reverendi patris et d.d. Augustini episcopi Concordiensis predicti et venerabilium virorum dd. decani, canonicorum et capituli Civitatensis predicti pro prelatis; nobilium virorum Nicolai de Fanna et Iohannis Paduani de Colloreto pro nobilibus; et prudentium virorum consilii et communitatis civitatis Aquilegie et consilii et communitatis Civitatis Austrie antedictis pro communitatibus appensione muniri.

CCCLXVIII.

Cividale [1391, 30 Novembre (a)]. — *Il patriarca Giovanni invita il comune di Gemona al parlamento.*

MSS. A or. nelle lettere di principi ecc. al comune di Gemona nell'archivio com. di questa città fol. 15 v. EDD. inedito. TESTO da A.

Iohannes dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha.
Fideles dilecti. Super nonnullis arduis et necessariis causis honorem nostrum totiusque huius patrie statum et commodum concernentibus decrevimus die dominica XXVI presentis mensis novembris proxima ventura in nostra Civitate Austria generale nostrum colloquium cui sicut honorem nostrum dicteque patrie nostre statum et commodum diligitis studeatis causa cessante qualibet interesse. Datum in nostro patriarchali palatio nostre Civitatis Austrie .... die novembris indictione ....
A tergo
Capitaneo consilio et comuni terre nostre Glemone fidelibus dilectis.

CCCLXIX.

Udine, 1391, 28 Dicembre. — *Spese sostenute dal cameraro di Udine per la rappresentanza del comune al parlamento.*

MSS. A Registri del cameraro nella Bibl. com. di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

Item die XXVIII decembris de mandato ut supra, expendidit dictus camerarius pro naulo trium equorum usque Cividatum quorum duo accepti fuerunt a Brisino et alius a Laurentio Pirutii in racione XIIII denariorum pro singulo equo den. XLII quos equitaverunt Anthonius de Faganea et Candidus de Tarcento et unus familiaris missi pro ambassiatoribus ad colloquium in Civi- dato cellebrandum, cum quibus missi quatuor alii familiares civium terre et steterunt duobus diebus in Cividato et pro expensis marcha una et den. LXXVIII eis datis capit in totum marcham unam et denarios CXX. Item eodem die de mandato ut supra expendidit dictus camerarius pro vectura unius equi ad Cividatum accepti a Laurentio Pirutii pro den. XVI quem equitavit Matheus de Samardencha tanquam procurator comunis istius usque ad dictum Cividatum pro protestando super colloquio generali et super consilio colloquii quod non possit currere tempus in facto appellationis quam habebat dicta comunitas cum Leonardo de Andriottis et pro expensis faciendis den. XVI capit. den. XXXII.

CCCLXX.

Soffumbergo, 1391, 31 Dicembre. — *Il patriarca invita al parlamento per le sue vertenze cogli Udinesi.*

MSS. A manca. B c. nel cod. dipl. Frangipane a Castel Porpeto da cui racc. Bianchi 5600. EDD. inedito. TESTO da B.

Iohannes dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha consilio et comuni terre nostre Utini. Super nonnullis arduis ymo arduissimis et necessariis causis et precipue super relatione facienda per septem deputatos per parlamentum ultimatim in nostra Civitate Austria celebratum super differentiis inter

(a) Questa data risulta da un'annotazione posta in margine da un antico archivista che la ritrasse probabilmente dall'originale quando questo era in migliori condizioni.

nos et vos vertentibus decrevimus die dominica proxime ventura VIII mensis ianuarii in dicta nostra Civitate Austria generale celebrare colloquium, cui studeatis, causa cessante qualibet, interesse. Datum in castro nostro Sophumbergi, die ultimo decembris indictione XIV.

CCCLXXI.

Cividale, 1392, 18 Aprile. — *Il patriarca d'Aquileia invita il deputato di Gemona al consiglio del parlamento in Cividale per appianare le differenze tra i sudditi suoi e quelli del conte di Gorizia.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Bini nell'archivio cap. di Udine d'onde racc. Ioppi. EDD. Ioppi, *Documenti Goriziani* cit. n. CCCXII. TESTO da B.

Iohannes dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha........ consiliario nostro Glemone.

Fidelis dilecte. Ex nonnullis arduis et necessariis causis et precipue super differentiis totam hanc nostram patriam tangentibus inter fideles subditos illustrissimi d. ducis Austrie parte ex una et nostros parte ex altera quomodolibet existentibus; ac etiam quia reverendus d. Iohannes episcopus Gurcensis ipsam nostram intrare intendit patriam pro sedandis et concordandis omnibus differentiis inter fideles et subditos nostros parte ex una et fideles ac subditos comitatus Goricie parte ex altera quomodolibet vertentibus, decrevimus die iovis proxime ventura in nostra Civitate Austria nostrum generalis colloquii celebrare consilium, cui sicut statum ipsius nostre patrie diligis studeas, causa cessante qualibet, interesse. Datum in nostro patriarchali palatio nostre Civitatis Austrie die XVIII aprilis, indictione XV.

CCCLXXII.

Roma, 1392, 1 Giugno. — *Parte relativa al parlamento d'una bolla pontificia che annulla l'unione del Monastero della Beligna al priorato dei SS. Gervasio e Protasio di Udine.*

MSS. A manca. B c. nell'archivio capitolare di Udine, da cui racc. Bianchi 5628. EDD. inedito. TESTO da B.

. . . .

Cum autem abbas predicti monasterii Belliniensis, qui erat pro tempore, ad parlamenta generalia patrie Foriiulii in quibus ut plurimum de regimine patrie, de puniendis malefactoribus et nonnunquam etiam pro defensione patrie de bellis gerendis tractatur et deliberatur accedere et in illis habere consueverat vocem atque locum et pro eo quod postquam prefatus prior ac conventus qui ratione dicti prioratus habent victum sufficientem, possessionem prefati monasterii Beliniensis pacificam habuerunt prout habent, ad huiusmodi parlamenta unum vel duos de suis monachis miserunt, visum fuerit quasi ridiculum ac deforme videre huiusmodi monachos qui sole divine contemplationi ex institutis predictis vacare debent atque solent huiusmodi negotiis secularibus implicatos et plerumque dando tallias consuetas per diversas partes discurrere ad huiusmodi regimina et secularia parlamenta.

. . . .

CCCLXXIII.

Cividale, 1392, 14 Giugno. — *Il nunzio pontificio invita al parlamento generale in Cividale.*

MSS. A manca. B c. nel cod. dipl. Frangipane di Castel Porpeto di dove racc. Bianchi n. 5629. EDD. inedito. TESTO da B.

Prudentibus viris capitaneo et consilio terre Utini amicis nostris carissimis.
Prudentes amici carissimi. Quia reverendissimo in Christo patri et d.d. Iohanni S. sedis Aquilegensis patriarche totique parlamento totius patrie Foriiulii pro parte sanctissimi in Christo patris et domini nostri d. Bonifacii divina providentia pape noni aliqua ardua honorem et statum ipsius sanctissimi domini nostri d. patriarche, totiusque patrie Foriiulii concernentia sumus narraturi, amicitias vestras hortamur, petimus et rogamus, quatenus ob reverentiam sedis apostolice parlamentum per prefatum d. patriarcham die dominica XXIII mensis iunii presentis in Civitate Austria indicto et convocato velitis et placeat, sicuti ipsius domini nostri pape, dictique d. patriarche et totius patrie Foriiulii supradicte honorem et statum diligitis, causa cessante qualibet, interesse. Datum in Civitate Austria die XIV mensis iunii XV indictione.

Iohannes episcopus Massanensis d. pape referendarius sedis Apostolicae nuntius.

CCCLXXIV.

Udine, 1392, 14-22 Giugno. — *Spese sostenute dal cameraro di Udine relativamente al parlamento.*

MSS. A Registro del cameraro nella biblioteca comun. di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

Item die XIV iunii de mandato ut supra expendidit d. camerarius quos dedit m. Petro medico destinato Cividatum ad episcopum Massanensem ad dicendum ei quod parlamentum futurum taliter ordinare dignaretur quod non celebraretur; pro expensis sibi faciendis den. XXXII et pro vectura duorum suorum equorum den. XXXII (a).

Item die XX iunii de mandato ut supra expendidit dictus camerarius pro vectura duorum equorum acceptorum unum a Brisini et alium a Christoforo cerdone in racione XXXII denariorum pro singulo denarios LXIV quos equitaverunt Franciscus q. Concii et unus familiaris destinatus pro ambassiatore Glemonam Venzonum et Tulmetium ad dicendum illis qui ire debebant ad colloquium quatenus eis placeret informare episcopum Massanensem de malis operibus d. patriarche et qualiter male regebat patriam et pro expensis den. LVI capit den. CXX.

Item die XXII iunii de mandato ut supra expendidit idem camerarius quos dedit uni nuncio destinato Cividatum cum litteris huius comunitatis ad episcopum Massanensem ut mittere deberet ambassiatoribus istius comunitatis unum salvum conductum quare ire debebant dicti ambassiatores ad colloquium generale celebraturum in Cividato, den. XVI.

(a) Giovanni vescovo di Massa, fu inviato come nunzio pontificio in Friuli per cercare rimedio alle gravissime discordie che turbavano la regione, divisa fra i partigiani degli Udinesi e quelli del patriarca (Vedi prima numero CCCLXXIII).

CCCLXXV.

Cividale, 1392, 24 Giugno. — *Il consiglio del Parlamento occupato in affari di grave importanza dichiara che, se non può per ora attendere alla decisione delle cause ad esso in appello devolute, ciò non torna a pregiudizio delle parti litiganti.*

MSS. A protoc. or. del notaio Enrico da Tolmezzo nell'archivio notarile di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XXIV mensis iunii. Actum in Civitate Austria super sala domus consilii eiusdem terre. Presentibus venerabilibus viris d.d. Francischino abbate Mosacensi, et Federico abbate Sextensi et nobilibus viris dd. Iacobuzio de Porcileis, egregioque milite d. Venzislao et d. Thoma dd. de Spegnimbergo et providis viris ser Nicolao Anzelli et ser Vitussio de Civitate Austria et aliis in multitudine copiosa.

Ubi quidem congregato consilio colloquii generalis patrie Foriiulii ad sonum campane ut moris est cui interfuerunt partes due et ultra consiliariorum eiusdem consilii et plures alii convocati de patria pro aliquibus statum et honorem patrie concernentibus propositum fuit et deliberatum per omnes nemine discrepante quia consiliarii eiusdem consilii et omnes convocati ad idem erant circa negotia ardua occupati et per hoc non poterant presentialiter provideri super aliquibus appellationibus interpositis ad consilium predictum non debeat exire tempus, nec preiudicare alicui persone cuiuscumque conditionis existeret, sive protestatus fuerit, sive non in dicto consilio si appellationes presentialiter non determinabantur et more consueto expediebantur.

CCCLXXVI.

Cividale, 1393, 13 Gennaio. — *Consiglio del parlamento che determina che tutte le differenze nate durante le guerre passate, debbano cessare, salve poche eccezioni.*

MSS. A or. nell'archivio di Stato di Venezia, Consultori in iure, vol. privilegi antichi d'Aquileia. B racc. Ioppi da A. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCLXXXXIII ind. X die XIII ianuarii, actum in Civitate Austrie ubi constituti coram reverendissimo in Christo patre et d.d. Iohanne dei gratia sancte sedis Aquilegensis dignissimo patriarcha, reverendi patres dd. Henrichus Tergestinus et Augustinus Concordiensis ecclesiarum episcopi ac venerabilis vir d. Iohannes decanus Civitatensis pro prelatis et scientificus vir.d. Sanctus de Peregrinis de Iustinopoli ipsius d. patriarche in temporalibus vicarius generalis, nobiles viri dd. Albertinus de Spenimbergo, Bernardus senior de Strasoldo, Ioannes Paduanus de Coloreto, Simon de Valvasono et Federicus de Murucio pro nobilibus et prudentes viri d. Andreas de Monticulis in iure civili licentiatus et Hermannus Missii de Utino, Io. Antonius. et Nicolaus Ancelli de Civitate Austrie et Henricus notarius de Glemona pro comunitatibus ad generalis colloquii consilium immediate ipsum colloquium per dictum d. patriarcham pro infrascriptis et aliis statum patrie concernentibus convocatum sequens, in quo consilio pro parte dicti d. patriarche riepilogata proposicione die externa in ipso colloquio facta remissa per dictum colloquium ad presens consilium, videlicet in sustancia quod multe et diverse novitates, lites et discordie in ipsa patria pro novitatibus factis tempore guerre erant exhorte propter quod multa poterant scandalla exhoriri nisi per totam patriam provideatur taliter quod talia verisimiliter possent cessare. Qua riepilogatione et proposicione sic factis volentes dicti consiliarii

pro evitandis ipsis scandalis, ex auctoritate eis per dictum colloquium attributa in premissis salubriter providere, me notario infrascripto de mandato dicti d. patriarche petente, deffinitum fuit et determinatum per dictos consiliarios quod omnia et singula facta tempore guerre intra partes sibi invicem inimicantes debeant deleri tam in criminalibus quam in civilibus nec ulterius de eis aliqua mencio fieri debeat: hoc tamen salvo quod si aliquis ab una parte existens rogaret alium ab alia parte existentem quod fideiuberet aut caucionem pro eo vel massario prestaret et rogatus ut supra fideiussionem solvisset, tunc illud quod per eum solutum peti possit; si vero ob dictam fideiussionem aliquid non solvisset illa fideiussio debeat esse cassa nec possit pro ea aliquid peti. Omnia vera et singula facta et commissa inter amicos videlicet amicus cum amico possit peti racionabiliter ut est iustum nec debet seu possit petere volentibus cucurrisse tempus sex annorum, quo tempore fuit guerra in patria generalis et iudicia minime quomodolibet iuridice tenebantur.

Et ego Iohannes q. Odorici de Susanna de Utino publicus imp. auct. notarius et dicti d. patriarche cancellarius predictis omnibus etc.

CCCLXXVII.

Cividale, 1393, 1 Marzo. — *Il patriarca Giovanni invita il comune di Cividale ad inviare i suoi rappresentanti al parlamento.*

MSS. A or. nella busta 5 perg. comunali nel R. Museo di Cividale. EDD. inedito. TESTO da A.

Iohannes dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha.

Fideles dilecti super nonnullis novitatibus arduissimis in hac nostra patria noviter exortis et que sortiri de die in die possent in ipsius patrie destructionem et totale exterminium privacionemque proprie libertatis et precipue super horrendo detestabilique delicto per Varnerium de S. Daniele perpetrato contra et adversus dilectum fidelem nostrum Tadeum de Manzano decrevimus die dominica nona presentis mensis marcii in terra nostra Glemona generale colloquium celebrare. Quare fidelitatem vestram in virtute nobis per vos prestiti iuramenti fidelitatis requirimus nobis seriose mandantes, quatenus sicuti ipsius patrie libertatem pacificumque et tranquillum statum diligitis ipsi colloquio cum pleno mandato studeatis causa cessante qualibet interesse. Ut ibidem taliter deliberetur quod ipsa patria in sua permaneat libertate et per guerarum turbines ad finale exterminium nullatenus deducetur. Datum in nostro patriarchali palatio nostre Civitatis Austrie die prima marcii indictione prima.

A tergo

Gastaldioni, consilio et comuni nostre Civitatis Austrie nostris fidelibus dilectis. (*Sigillo patriarcale*).

CCCLXXVIII.

Udine, 1393, prima del 3 Aprile (?). — *Capitoli estratti dal libello degli Udinesi contro il patriarca Giovanni.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Bianchi n. 5773 che la trasse da altra c. nella racc. Pirona. EDD. inedito. TESTO da B.

. . . .

Vigesimo quinto, quod cupiens ex toto suam ecclesiam tyrannice conquassare, plura parlamenta fecit et colloquia celebrare in quibus omnino decrevit in tota patria tres eligi iudices sibi gratos qui de iure et de facto et ex proprio libito voluntatis possent in omnibus litibus et questionibus ad placitum causas quaslibet terminare frangendo patrie consuetudines et leges et proprie libertatis consuetudines antiquas nolens quod ab eorum sententiis nemo nec ad pedes sacros beatissimi patris numquam modo quopiam posset ab iniusta et iusta sententia appellare.

Trigesimo secundo. Quomodo fecit in quodam suo consilio parlamenti proponi quod dispendiosum erat satis in patria quod quilibet compatriota posset ad pedes apostolicos pro suis recurrere questionibus, eratque sibi d. patriarche verecundosum et impotentibus damnosum quod sanctissimus pater apostolicus posset petenti cuilibet specialem iudicem delegare, fecitque per suum vicarium illud tali sophistico colorari colore, sic possent potentes ad placitum pauperes ad curiam concitare, qui tantis insufficientes sumptibus et muneribus quod in curia requiruntur, etiam in sua causa iusta succumbere poterunt, dicendo per patriam quod in curia S. Patris dictior pro pecunia etiam iniuste pauperem vincere possit; querebat enim sub illo colore etiam in isto consilio deliberari quod tota patria querulose commota edictum faceret, ne aliquis ad pedes sacros pro meliori iudice impetrando recurreret tanta ductus insania, ut illis faceret quod si nuntii patrie ad papam decederent, ipse super isto complaceret iniquum illud edictum etiam confirmando: quo facto credebat sic posse totam patriam iniquus tyrannice conquassare (a).

CCCLXXIX.

Udine, 1393, 6 Dicembre. — *Pagamento dato ai deputati chiamati al consiglio del parlamento in Cividale.*

MSS. A manca. B c. nel cod. dipl. Frangipane di dove racc. Bianchi 5716. EDD. inedito. TESTO da B.

Die VI mensis decembris. Recepit prefatus camerarius [Bartholomeus de Venzono] marchas denariorum quatuor, quas Nicolussius ser Zanni et Christophorus Cignotti, videlicet duas pro singulo numeraverunt dicte communitati quando ser Nicolaus Manini, Nicolaus Candidi et Geronimus notarius magistri Dominici iverunt pro ambaxiatoribus Civitatem Austrie propter consilium colloquii tunc ibi celebratum per d. patriarcham asserentem se velle accedere ad d. imperatorem.

CCCLXXX.

Cividale, 1394, 20 Febbraio. — *Il comune di Cividale riferisce al comune di Venzone che il patriarca intende rimettere la questione vertente fra questo e i Gemonesi al consiglio del parlamento.*

MSS. A orig. nell'archivio not. di Udine. B c. da A nella racc. Bianchi 5725. EDD. inedito. TESTO da B.

Honorabiles fratres ac amici precipui salutem. In facto ambaxiate ex parte vestra prudenter nobis exposite per honorabiles concives vestros Dominicum de Priolibus et Albinum Cortelletti de Venzono, super eo quod nos sanctissimo nostro Pape scribere postulastis, in differentia vertente inter vos et communitatem Glemone, misimus ambasiatores nostros solemnes ad reverendissimum in Christo patrem et d. nostrum d. Iohannem dei gratia patriarcham Aquilegensem, illique fecimus instanter supplicari ut modum adhibere dignaretur quod dominus huiusmodi differentiam deberet de medio removere, ne perturbationis

(a) Ritengo che questi capitoli siano anteriori alla pace celebrata dal patriarca cogli Udinesi il 3 aprile 1393. Il Bianchi ritenne invece che fossero posteriori alla morte del prelato assassinato, come è noto, il 13 ottobre 1394 dai sicarii di Tristano Savorgnan, e servissero quasi a giustificazione del delitto. La prima opinione (che fu anche del Manzano, VI, 89 n.) mi sembra più verisimile giacchè il patriarca non è ricordato, nel documento, come defunto. Poichè il memoriale è lunghissimo, riporto soltanto i due capitoli ove è ricordato il parlamento.

scandalum oriatur; qui eisdem nostris ambaxiatoribus responsum dedit quod differentia hec sibi displicit multum, quam removere alias conatus est, sed non potuit; et ideo factum hoc dixit se velle ponere in consilio generalis colloquii celebrando in prima die dominica quadrigesime nunc futuri. Libenter etiam videremus et multum quoque nobis placeret ut obscuritas hec inter vos et illos vertens extingueretur.

Datum in Civitate Austria die XX februarii anno MCCCXCIV indictione II.

Littera missa comuni de Venzono.

CCCLXXXI.

Cividale, 1394, 30 Marzo. — *Dinanzi al consiglio del parlamento si dibatte una causa per la cattura di Spinello di Firenze, fatta dai nobili di Prampero in virtù di rappresaglie loro concesse dal parlamento a cagione d'un loro credito contro Tosello Fiorentino.*

MSS. A prot. or. del not. Giovanni di Gherardo di Cividale nell'archivio notarile di Udine.
EDD. inedito. TESTO da A.

Anno domini MCCCXCIV, indictione II die penultimo martii, in Civitate Austria, Aquilegensis diocesis, supra salla domus consilii, presentibus discretis dd. Nicolao de Nezdiz plebano S. Danielis et Iohanne notario q. ser Odorici de Utino et ambobus canzellariis reverendissimi d. nostri d. Iohannis patriarche Aquilegensis ibidem in pleno consilio generalis colloquii patrie Foriiulii die externa in ipsa Civitate celebrati, congregato ibidem ad sonum campane more solito, in quo quidem consilio interfuerunt reverendus in Christo pater et d. Antonius episcopus Concordiensis, venerabilis d. Antonius de Ronconis canonicus Aquilegensis et Civitatensis, egregius miles d. Vinzislaus de Spelimbergo, nobilis vir ser Nicolaus de Strasoldo, ser Duracius de Atems et ser Petrus fratres, ser Bartolussius de Prampergo, honorabiles ser Nicolaus Anzelli et ser Utussius de Civitate, ser Franciscus de Cavalcantibus et ser Nicolaus notarius Manini de Utino, Fixer et .... (sic) de Montefalcono. Comparuit Naldus Dominici Cassii de Florentia et ibidem peciit per ipsum consilium sibi responderi quid et quomodo determinaverant supra propositione die externa in generalo colloquio et hodierna in ipso consilio facta de captione, detentione et carceris detrusione Spinelli Castellani de Florentia familiaris et ambasiatoris sanctissimi d. nostri d. Bonifacii pape noni, nec non familiaris incliti et illustrissimi d.d. regis Ungarie etc. captivati et carceribus detenti per supradictum ser Bartulucium de Prampergo et fratres eius. Quod quidem consilium et homines eiusdem consilii, eidem Naldo talem responsionem dederunt, videlicet quod deliberaverant, determinaverant et definierant ipsum Spinellum captivum per ipsum Bartulucium et fratres relaxari deberi sub his modo, conditionibus et forma, scilicet quod prius et ante omnia faciat et prestet ipse Spinellus vel alius seu alii pro eo et nomine suo bonam et idoneam cautionem et securitatem de duobus millibus florenis boni auri ipsis fratribus aut si maluerit ipse Spinellus seu alius vel alii pro eo ipsos florenos deponat vel deponant penes aliquam sufficientem personam ydoneam in hac patria Foriiulii dumtaxat et quod dictus Spinellus sic relaxatus procurare et facere ac modum tenere debeat usque ad proximum futurum festum Pentecostes quod quidam Iohannes Tosettus de Florentia assertus debitor dictorum fratrum, occasione precii unius possessionis in Tussia posite, sit in bono concordio cum dictis fratribus et iuri parendum huc in Patria Foriiulii si iusticia contra ipsos fratres habere putaverit, ubi iusticiam suam consequi poterit sic alibi et hoc imo quia percepisse asserebant ipsi dd. consiliarii ipsos fratres causam habere capiendi ipsum Spinellum vel alium de Florentia pro eorum conservanda indemnitate quum quater ipse Bartulussius suo et procuratorio nomine fratrum Florenciam accesserat nec iusticiam adversus dictum Iohannem Tosettum consequi potuit magna

diligentia adhibita et solicito labore adhibito in premissis. Et quod in casu quo hinc ad dictum terminum predicta ipse Spinellus cum ipso eorumdem fratrum asserto debitori efficere non potuerit in ipso termino Pentecostes ad carceres ipsorum fratrum de Prampergo revertatur et ad ipsos se presentet aut duo millia florenorum eis integraliter persolvat. Cui quidem deliberationi et diffinitioni dictus Naldus suo et vice ac nomine ipsius Spinelli, Baldassari Hubriachi et Iohannis Hubriachi de Florentia magistrorum dicti Spinelli asseruit non consentire asserens ipsam fuisse et esse iniquam et iniustam et protestans contra et adversus dictos fratres de Prampergo et patriam Foriiulii et eorum bona de damnis et expensis ac interesse habitis, incursis et factis, habendis, incurrendis et faciendis in patria hac, curia Romana, Ungaria, Florentia et alibi ubilibet occasione et causis omnium suprascriptorum. Cui quidem protestationi dictus ser Bortuluccius suo ac vice et nomine fratrum asseruit non consentire.

CCCLXXXII.

Cividale, 1394, 7 Aprile. — *Giudizio de' consiglieri del parlamento sulla vertenza fra il maresciallo patriarcale ed Artico di Brugnera intorno alla cattura d'un delinquente.*

MSS. A prot. origin. di Giovanni di Odorico Susanna cancelliere patriarcale nell'archivio capitolare di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCXCIV, indictione secunda, die VII aprilis, Civitate Austria Aquilegensis diocesis, in sala communis supradicte Civitatis Austrie ibique reverendus in Christo pater et d.d. Antonius episcopus Concordiensis ac honorabilis et circumspectus vir d. Antonius de Ronchonis canonicus Aquilegensis pro prelatis, honorabiles et prudentes viri dd. Conradinus de Gallerate iuris utriusque doctor in spiritualibus et Andreas de Monticulis in iure civili licentiatus, in temporalibus infrascripti d. patriarche vicarii generales; nobiles et egregii viri dd. Lodovicus miles de Porcilleis pro liberis, Wenceslaus miles de Spegnimbergo, Iohannes Paduanus de Coloreto, Lancellottus de Strassoldo, Volricus de Castello, Frescus de Chucanea, Mathiussius de Prampergo, Bartholomeus de Tricano et Andreucius de Villalta pro nobilibus: providi viri Nicolaus de Aquilegia, ser Ottussius et ser Iohannes Antonius de Civitate Austria, ser Nicolaus notarius et Grauner de Utino et Georgius de la Villa de Glemona pro communitatibus ad generalis colloquii consilium per reverendum in Christo patrem et d.d. Iohannem S. sedis Aquilegensis dignissimum patriarcham ipsa die convocatum vim ipsius colloquii plenariam obtinens ad providendum et deliberandum de salutifero et tranquillo statu patrie ad sonum campane more solito congregati: coram quibus comparuit nuncius et familiaris nobilis viri d. Arthici de Brugneria pro parte ipsius d. Arthici asserens et proponens qualiter quidam Iohannes de Rivolto per vicemarschallum ipsius d. patriarche personaliter extitit captivatus et captivus detinebatur ex certis delictis per eum in dominio ipsius d. Arthici commissis et perpetratis propterea quod punitio spectabat ad ipsum d. Arthicum et non ad vicemarschallum. Et propterea petebat ipsum Iohannem in manibus ipsius d. Arthici dari, ut de eo faceret iustitiam, prout ordo iuris postulat et requirit. Quibus expositis per nuncium supradictum, sibi responsum fuit per consiliarios supradictos, ut de loco recederet quia libenter super expositis et propositis per eum deliberare volebant, quo cedente, me notario infrascripto petente, per maiorem partem consiliariorum omnium predictorum super premissis deliberatum extitit et diffinitum quod si vicemarschallus eundem Iohannem captivavit pro delicto commisso per eum in dominio d. patriarche prefati, d. mareschallus faciat iustitiam de eo quia ad eum spectat. Si vero captivaverit eum pro delicto commisso sub dominio d. Arthici prefati aut suorum consortum, tunc idem d. marschallus eundem Iohannem in manibus d. Arthici prefati aut suorum

consortum dare debet, qui d. Arthicus et sui consortes facere debeant et teneantur iuxta sua demerita, iustitiam de eo prout iuris ordo postulat et requirit.

Ego Iohannes natus q. d. Odorici de Utino Aquilegensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius et patriarchalis scriba premissis omnibus interfui et rogatus, ac de mandato prefati d. patriarche scripsi, et fideliter publicavi meis hic signo et nomine appositis consuetis in fidem et testimonium omnium premissorum.

CCCLXXXIII.

[Cividale, 1394], 11 Aprile. — *Corrado Boiani ed Ulvino di Canussio sono deputati dal comune di Cividale, per invito del consiglio del parlamento, a recarsi presso il patriarca per persuaderlo a rappacificarsi cogli abitanti di S. Daniele.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Bianchi n. 5724 da c. nella racc. Guerra. EDD. inedito. TESTO da B.

Die sabbati XI aprilis. Super expositis per dd. Antonium de Ronchonis, Frischum de Pertistagno, Andream de Monticulis, per consilium colloquii deputatos, diffinitum fuit quod persone due deputari debeant cum dictis deputatis per consilium colloquii penes dominum nostrum ad ortandum ipsum dominum nostrum quod differentia existens inter ipsum ex una et illos de S. Daniele ex altera ad pacificum statum reducatur, ubi quidem deputati fuerunt miles egregius d. Conradus Boyanus et Ulvinus de Canussio.

CCCLXXXIV.

Cividale, 1394, 23 Agosto. — *Dichiarazioni contraddittorie fatte da Francesco di ser Missio di Remanzacco dinanzi al consiglio del parlamento intorno ad un appello da lui presentato per una causa coi Savorgnan e Moruzzo* (1).

MSS. A manca. B c. antica, di mano ignota, nella racc. Ioppi. EDD. inedito. TESTO da B.

Millesimo CCCLXXXXIIII indictione secunda. Consilium generalis colloquii celebratum per reverendissimum in Christo patrem et d.d. Iohannem dei gratia sancte sedis Aquilegensis dignissimum patriarcham in platea et salla comunis Civitatis Austrie. Die XXIII augusti etc. In quo quidem consilio interfuerunt infrascripti prelati, nobiles et communitates et primo d. noster prefatus, et d. Iohannes decanus Civitatensis canonicusque Aquilegensis pro prelatis, nobiles et egregii d. Lodovicus miles, Iacobucius de Porcileis, d. Andreas de Monticulis vicarius d. in temporalibus, d. Doymus de Castello, d. Franciscus de Sbroglavacha, d. Bernardus iunior de Strasoldo, d. Iohannes Paduanus de Coloreto, d. Federicus de Savorgnan, d. Iohannes de Fontebono, d. Fabricius de Murucio, d. Freschus de Cuchanea, d. Brunettus de Pertistagno, Nicolaus de Attemps, ser .... presbiter Antonius de Utino canonicus .... de Mels sive de Prodolono, Petrus de Attemps .... de la Fratina, Gabriel de Brazacho, Iohannes et Nicolaus notarii cives Aquilegenses, ser Odoricus de Monasterio, ser Otussius de Civitate Austria, Leonardus Traldi et Tobias de Utino .... de Pers Turinus de Glemona .... vicecapitaneus et Bartolussius notarius de Sacilo, Nicolaus Philippi de Faganea. Dicta die et loco omnibus consiliariis ibidem presentibus, Franciscus ser Missii de Utino dixit quod vellet contentari quod

(1) In capo trovasi nella c. la seguente indicazione: producta per Iohannem notarium de Susana de Utino: copia eius quod actum fuit per Franciscuttum ser Missii de Remanzacho in consilio generalis colloquii in causa quam habet cum d. Friderico de Savorgnan et ser Friderico et fratre eius de Murucio.

appellatio que erat inter ipsum et nobiles ser Federicum de Savorgnano pro se et nepotibus et ser Federicum ac fratres et Marchum eius consanguineum de Murucio haberetur pro deffinita et contra eum dummodo ius suum esset sibi salvum, et quod ulterius ad curiam posset appellare. Quibus verbis per eum dictis, ibidem in instanti ipsa verba revocavit, dicens se de premissis per eum dictis non velle contentari quovis modo [a].

CCCLXXXV.

Udine, 1394, 15 Novembre. — *Il parlamento presieduto dal vicedominò Michele de Rabatta* [b] *elegge i consiglieri e rinvia alla deliberazione del consiglio le varie materie proposte.*

MSS. A prot. origin. presso i co. Strassoldo a Ioanniz. EDD. LEICHT, *Parlamento*, doc. XV. TESTO da A.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis millesimo trecentesimo nonagesimo quarto indictione II die XV novembris.

Primum colloquium celebratum per nobilem et egregium militem d. Michelem de Rabatta militem, sede vacante Aquilegensis ecclesie, vicedominum generalem, in civitate Aquilegense in sala comunis ipsius civitatis. In quo quidem colloquio interfuerunt infrascripti prelati, nobiles et communitates, videlicet Laurencius notarius Arpucii pro d.d. episcopo Concordiensi, Marchutius Simon pro d. abbate Mosacensi, d. Henricus abbas Sextensis, d. Iohannes de Aquila abbas Belliniensis, ser Paulus pro d. abbati Rosacensi, d. Paulus, d. Antonius de Ronchonis, d. Franciscus Wraisingus canonicus Aquilegensis pro capitulo Aquilegensi, d. Iohannes decanus Civitatensis et d. Paganus canonicus ibidem pro capitulo Civitatensi, d. Antonius de Ronchonis decanus Utinensis pro capitulo Utinensi, d. Phebus de la Turre miles et d. Iohannes de Rabatta pro dd. comitibus Goricie advocatis ecclesie (1); nobiles et egregii viri dd. Iacobucius, Morandus et Guido de Porcillis, d. Guillelmus de Pratta, d. Simon miles et Iohannes Padoanus de Colloreto, d. Rizardus de Walvesono, d. Doymus de Castello, d. Wenceslaus de Spegninbergo, d. Nicolaus, d. Bernardus iunior de Strasoldo et Iacominus eius frater, d. Rizardus de Prodolono, d. Fredericus de Morutio, d. Lancellottus de Strasoldo, d. Andreoncius de Villalta, d. Iohannes de Fontebono, d. Iohannes Henricus de Attemps, d. Asquinus de Sbroglavacha, d. Lodovicus et ... de la Fratina, d. Mathiussius de Prampergo, ser Simon de Pulcinico (2) pro nobilibus; ser Iohannes notarius et .... de Aquilegia, magister Iacobinus, ser Nicolaus Soldonerii, ser Nicolaus Candidi et ser Christoforus Cignotti de Utino, ser Ulvinus de Canussio et ser Artusius de Civitate Austria, Georius de Lavilla et Henricus notarius de Glemona, Dominicus preco et Iohannutus de Venzono, Iacobus Pertholdi et Nicolaus Brunettus de Tumecio, Nasinguerra notarius et Augustinus de Montefalcono, Iohannes et Iacomucius notarius de Marano, Almericus et Petrus Bonus de Portugruario, Hector et Bartholomeus notarius de Sacilo .... de Faganea .... de la Meduna .... de S. Vito .... de Canipa .... de Manzano.

Proposita in dicto colloquio.

Primo super proposicione facta pro parte illorum de Spegnimbergo qui petunt canipas patriarchales cum protestacione.

Super proposicione facta pro parte illorum de Chucanea et Walvesono qui petunt cameras patriarchales cum protestacione.

Super proposicione facta pro parte illorum de Morutio qui .... cum protestacione. Super proposicione et peticione facta pro parte d. comites de Ortemburg.

(1) questi due aggiunti in margine. (2) aggiunto c. s.

(a) Su tale questione vedasi più giù il documento 1396, 24 maggio.

(b) Dopo l'uccisione del patriarca Giovanni avvenuta, come già fu detto, il 13 ottobre 1394, fu fatto vicedomino Michele de Rabatta.

Super peticione facta pro parte d. cardinalis Ravennatensis.
Super proposicione facta pro parte illorum de Prampergo qui petunt cum protestacione.
Super peticione facta pro parte dd. comitum de Goricia etc.
Super propositione facta per d. Ioannem Albertum civem Venetiarum pro parte ducalis dominii Veneciarum etc.
Super proposicione facta pro parte d. Padoani etc.
In dicto colloquio per Laurencium Arpucii notarium de Utino presentate fuerunt due appellaciones, una tamquam procurator Nicolai de S. Vito contra .... aliam tamquam procurator m. Montlanarii Utini habitantis et rogavit pro expedicione dictarum appellacionum cum protestatione quod eo caso in quo non expedirentur eis non currat tempus.
In dicto colloquio presentata fuit appellacio una per Iacobum Pertholdum de Tumecio procuratorem .... contra .. .. et rogavit pro expedicione ipsius appellacionis, cum protestatione ut supra.
Iohannes notarius Zuar de Civitate Austria tamquam procurator dd. Federici de Savorgnano et Federici de Murucio rogavit pro expeditione appellacionis contra .... cum protestatione ut supra.
Matheus notarius de Utino tamquam procurator comunitatis Utini rogavit pro expedicione unius appellacionis contra Leonardum de Andriottis etc. cum protestacione eciam ut supra.
Proposita per d. vicedominum supradictum.
Primo super novitatibus noviter in Istrie partibus exortis etc.
Secundo super expensis faciendis per ipsum vicedominum etc.
Tertio si aliquis est qui velit dicere vel proponere aliquid pro bono et statu patrie proponat et dicat.
Quarto super elligendis consiliariis consilii parlamenti etc.
Super facto d. Conradini de Bononia qui alias vicarius d. patriarche fuit petentis certas pecunias pro salario suo etc.
Super proposicione facta pro parte comunitatis Montisfalconis qui tria dixerunt, primo quod impediantur de gestis tempore guerre. Secundo quia citati sunt Paduam per famulum de Archolonianis. Tercio quod provideatur ibidem super novitatibus ingentibus.
Super proposicione facta per illas pauperculas mulieres supplicantes pro illis carceratis de Sophumbergo.
Super proposicione facta per Antonium de Toppo qui petit tamquam heres q. ser Candidi de Ragonea bona alias permutata per d. patriarcham Iohannem cum ipso q. ser Candido.
Bartholomeus de Ragonea pro se et fratre suo dixit, quod idem q. ser Candidus non potuit legare dicta bona vigore certorum pactorum inter ipsos consortes factorum etc. et protestatus est quod dicta proposicio non sit eis in preiudicium etc. cui protestationi dictus Antonius non consensit.
Super proposicione facta per Nicolaum de Toppo petentem domum ser Zopi que fuit et est in manibus ecclesie Aquileiensis, tanquam ad ipsum spectantem.
Super proposicionem d. Morandi de Porcillis qui petit certas pecunias alias per fratrem suum vicedominum expensas etc.
Super proposicione facta per ser Simonem de Pulzinico conquerentem contra comune de Sacillo imponens (sic) certa pedagia et buletas non consuetas etc.
Super proposicione facta pro parte magnificorum dd. comitum Goricie petentium salvumconductum etc.
Deliberatio. Super premissis omnibus diffinitum et deliberatum fuit per maiorem partem omnium predictorum quod omnia predicta ponantur ad consilium parlamenti ac quicquid deliberabitur idem observetur per totam patriam.
Electi ad consilium parlamenti:
Pro prelatis, d. Iohannes decanus Civitatensis et d. Antonius de Ronchonis pro capitulo Aquilegensi.

Pro liberis, d. Guillelmus de Pratta, d. Iacobinus de Porcilleis.
Pro nobilibus d. Simon de Colloreto, d. Iohannes de Zucho (1), d. Wenceslaus de Spegnimbergo, d. Doymus de Castello, d. Lancellottus de Strasoldo, d. Andreucius de Vilalta, d. Bartholomeas de Trichano, d. Nicolaus de Fanna, d. Franciscus de Sbroglavacha (2), d. Andreucius de Vilalta.
Pro comunitate Aquilegie nullus, pro comunitate Civitatis Austrie nullus, pro comunitate Glemone nullus.

CCCLXXXVI.

Udine, 1394, 15 Novembre. — *Il consiglio del parlamento prende varie deliberazioni in ispecie sulle richieste della signoria Veneta, del co. d' Ortemburg e dei nob. di Porcia, relative all' elezione del nuovo patriarca, sulle tregue per i movimenti verificatisi nell' Istria, sulla taglia da assegnarsi al vicedomino, sulla vendita delle gastaldie, sul salvacondotto chiesto dai co. di Gorizia, e su altri oggetti di minore importanza.*

MSS. A prot. origin. presso i co. Strassoldo a Ioanniz. EDD. LEICHT, *Parlamento*, doc. XV.
TESTO da A.

MCCCLXXXXIIII indictione II. Consilium generalis colloquii celebratum per dictum vicedominum in Aquilegia, in sacristia ecclesie Aquilegensis, die XV novembris. In quo quidem consilio autem fuerunt infrascripti dd. Iohannes decanus Civitatensis et Antonius de Ronchonis canonicus Aquilegensis pro prelatis; nobiles dd. Guillelmus de Prata, Iacobinus de Purcillis, d. Rizardus de Walvesono, d. Simon de Fanna, d. Wenceslaus de Spegnimbergo, d. Doymus de Castello, d. Simon de Colloreto, d. Lancelottus de Strasoldo, d. Federicus de Murucio, d. Andriucius de Villalta, ser Iohannes notarius et .... de Aquilegia, d. Ulvinus et ser Artussius de Civitate Austria, magister Iacobinus et ser Nicolaus Soldonerii de Utino, ser Georius de Lavilla et Henricus notarius, Prampulus de Glemona.
Proposita in dicto consilio.
Super ambaxiata facta per d. Iohannem Alberto ducalis dominii Veneciarum ambaxiatoris petentis pro parte eiusdem dominacionis quod patria instet canonicis Aquilegensibus, quod unus Venetus elligatur in patriarcham etc. .... deffinitum ....
Super proposicione facta per d. Guillelmum de Prata petentem quod d. P(ileus) cardinalis Ravennatensis, elligatur in patriarcham et scribatur pro ipso d. nostro pape.
diffinitum.
Super ambaxiatam factam pro parte d. Federici comitis de Ortemburch per d. Federicum de Zobelsberch qui petit quod d. Ludovicus dux de Dech agnatus suus elligatur in patriarcham.
diffinitio predictorum trium capitulorum:
Diffinitum fuit per maiorem partem omnium predictorum quod tam d. Iohanni Alberto predicto et d. Guillelmo quam eciam dicto d. Federico de Zobelsperch respondeatur pulcro modo et cum pulcris verbis quod patria non intendit pro aliquo suplicare sed ad d. nostrum papam suos ambaxiatores destinare qui pro parte tocius patrie debeant eisdem supplicare generaliter pro uno et optimo viro, neminem nominando etc.
Ambaxiatores ellecti pro prelatis Antonius de Ronchonis, pro nobilibus d. Franciscus de Sbroglavacha pro comunitatibus ....
Super novitatibus noviter in partibus Istrie exortis etc.

(1) Simone Colloredo e Giovanni di Zucco sono scritti d'altra mano contemporanea.
(2) Cancellati; Andreuccio di Villalta è ripetuto più sotto.

Diffinitum fuit per omnes, nemine discrepante, quod d. marschallus cum aliqua societate vadat ad Montemfalconem et quod videatur de treugis tractandis; scribatur eciam d. Francisco de Sbroglavacha ut eciam tractet ipsas treugas finire meliori, quod poterit, modo.

Super expensis faciendis per d. vicedominum etc.

Diffinitum fuit quod dictus vicedominus habeat tantam societatem, quantum debet patriarcha tenere de talea sua et plus secundum quod sibi melius videbitur; per omnes nemine discrepante.

Super vendendis gastaldiis et capitaneatis ad ecclesiam Aquileiensem spectantibus.

Diffinitum fuit per omnes nemine discrepante, quod considerato statu patrie et discordia noviter in Istrie partibus exorta, quod d. vicedominus vendere possit et auctoritatem habeat vendendi omnes, ad unum annum integrum proximum venturum.

Super querela illorum de Canipa qui conqueruntur de officialibus dominii Veneciarum etc.

Super querela communitatis Sacili, qui conqueruntur de officialibus eciam dominii Veneciarum et precipue de capitaneo Crudugnani etc.

Super peticione seu proposicione facta per d. Febum de la Turre et Iohanne de Rabatta pro parte comitum de Goricia petencium salvumconductum.

Diffinitum fuit quod dictus salvusconductus eisdem fiat quamvis non expediens vel necesse.

Super querela comunitatis Aquilegensis qui conqueruntur de subditis ducalis dominii Veneciarum et precipue de Gradensibus.

Super querela illarum mulierum petencium pro relaxatione illorum carceratorum in Sophimbergo.

Diffinitum fuit quod differatur ad tempus et postmodum mandentur executioni alie deffinitiones.

Super propositionem factam per Ursulam contra Iohamem barberium habitantem Aquilegie de certis rebus quas eidem Ursule renuet etc.

Diffinitum fuit quod d. Antonius mande(tur) pro parte d. vicedomini Iohanni barberio qui executioni mandet deliberationem consilii civitatis et mandatum sibi factum.

Super proposicione facta per d. Wenceslaum de Spegnimbergo qui asserit mutam non valere etc.

Diffinitum fuit quod secundum continenciam litterarum suarum in fine termini sui restauretur pro rata temporis de dampnis suis, et si erit necesse de confinacione aliqua quod sibi fiat.

Super proposicione facta per d. Coradinum alias vicarium in spiritualibus q. d. patriarche petentem certas pecunias quas asserit se habere a q. d. patriarcha.

Diffinitum fuit quod quando pecunie habebuntur sibi solvatur etc.

Super proposicione facta per Georium de Lavilla de Glemona petentem certas pecunias quas asserit se habere a q. d. patriarcha.

Diffinitum fuit, quod eis fratribus provideatur si non in totum saltem in parte et si non ita cito, post, sed meliori quo poterit modo fiat quod indempnes remaneant et sine dampna.

Super proposicione facta pro parte comunitatis Montisfalconis qui tria dixerunt, primo quod gravantur de gestis tempore guerre, secundo quia citantur Paduam et tercio quod provideatur super novitatibus.

Super proposicione facta pro parte d. A[ntonii] episcopi Concordiensis conquerentis de d. Rizardo de Walvesono.

Diffinitum fuit quod ortentur d. episcopus Concordiensis et d. Rizardus de Walvesono ut eligant amicos super differenciis etc.

Super proposicione d. Morandi de Porcillis qui petit certas pecunias alias per d. vicedominum eius fratrem expensas.

Diffinitum fuit per maiorem partem quod, ipsis fratribus ostendentibus quod iuridice habere debeant, habeant, dominusque vicedominus eis provideat si non statim in totum, saltem in parte prout melius sibi videbitur posse facere.

Super proposicione facta per Antonium de Toppo qui tanquam heres q. ser Candidi de Ragonea petit bona alias per eum permutata cum bone memorie patriarcha Iohanne.

Super propositione facta per Nicolaum de Toppo petentem domum q. ser Zopi quam asserit ad eum spectare etc.

Super propositione alias facta pro parte Zanobii alias monetarii.

CCCLXXXVII.

Udine, 1394, 30 Novembre. — *Il consiglio del parlamento delibera l'invio di un'ambasceria al Papa per chiedergli la nomina d'un nuovo patriarca e d'un plenipotenziario per le trattative con Corrado Craigher capitano di Pordenone, per la stipulazione delle tregue, nonchè altri minori oggetti.*

MSS. A prot. origin. presso il co. Strassoldo a Ioanniz. EDD. Leicht, *Parlamento*. doc. XV. TESTO da A.

MCCCLXXXXIIII, indictione II, consilium generalis colloquii celebratum per egregium militem d. Michelem de Rabatta sede vacante Aquilegensis ecclesie vicedominum generalem, in Utino, in stupa communis etc. die ultimo novembris.

In quo quidem consilio interfuerunt infrascripti dd. prelati, nobiles, communitates etc. videlicet d. Paganus canonicus Civitatensis, d. Antonius de Ronchonis decanus Utinensis pro prelatis; d. Iacobucius de Porcillis et d. Guillelmus de Pratta pro liberis, d. Simon de Colloreto miles, d. Doymus de Castello, d. Iohannes de Zucho, d. Lancelottus de Strasoldo, Andreuccius de Villalta (1) pro nobilibus; Nicolaus notarius de Aquilegia, Nicolaus de Portis et Ottussius de Civitate Austria, magister Iacobinus phisicus et Nicolaus de Soldoneriis de Utino et Georius de Lavilla et Henricus Rampulini de Glemona pro comunitatibus.

Proposita in dicto consilio.

Primo super proposicione facta pro parte dd. Morandi et Arthici fratrum de Porcillis qui petunt certas peccunie quantitates iuxta continencia suarum litterarum ibidem productarum.

Super proposicione facta per Antonium de Toppo qui tamquam heres d. Candidi petit bona permutata alias inter d. patriarcham et dictum q. ser Candidum.

Super proposicione facta per Nicolaum de Toppo qui petit domum ser Zopi ad eum, ut asserit, spectantem etc.

Super ambaxiata facta pro parte dd. comitum Goricie etc.

Super proposicione facta per Bevilaquam et Tintinum de Artenea Utini habitantem qui alias per servitores dd. comitum Goricie capti fuerunt etc. cum protestacione quod nullo modo, modernis treugis expirantibus, non intendunt sustinere quin represaliam faciant pro dampnis et expensis eis illatis etc.

Super facto et proposicione facta per d. abbatem Biliniensem qui conqueritur de certis subditis dd. comitum Goricie.

Super proposicione facta pro parte d. Conradini olim vicarii in spiritualibus qui petit certum suum salarium etc.

Proposita per d. vicedominum:

Primo super mittendis ambaxiatoribus ad curiam Romanam prout alias fuit deliberatum pro petendo presule in generali, aliquem non specificando etc.

Diffinitum fuit ....

Secundo si ita cito non posset mitti quod scribatur d. nostro summo pontifici, in generali ut premittitur etc.

(1) A pone qui: et, che evidentemente va espunto.

Tercio super factis et novitatibus in Istria existentibus.

Super littera ducalis dominii Veneciarum missa ut destinentur aliquos plenariam potestatem habentes ad fatiendum treugas cum d. Conrado Crayger.

Diffinitum fuit et deliberatum quod d. vicedominus mittat aliquem habentem (1) plenum mandatum ad favendum treugas cum d. Conrado Crayger et etiam iret Venecias et si esset expediens ad compromittendum solum super treugis.

Super ambaxiatoribus d. ducis Austrie destinandis in patria et de loco eis dandi, ubi eos audire debet etc.

Diffinitum et deliberatum fuit ....

Super facto certarum discordiarum existentium inter quamplures de patria videlicet inter d. episcopum Concordiensem ex una et d. Rizardum de Walvesono, illos de Varmo superiori et inferiori [et] illos de Ragonea etc.

Diffinitum et deliberatum fuit quod inter supradictas partes tractetur de concordio, sed nichilominus d. vicedominus fieri faciat treguas inter ipsas partes ne damna sibi invicem inferant.

Super facto ser Baldassii de Maniacho capti in Portunaonis.

Diffinitum et deliberatum fuit quod expectentur ambaxiatores d. ducis Austrie quibus dicatur de captione ipsius ser Baldassii. Et interdum d. Guillelmus comes de Porcileis tractet videndum si potest eundem facere relaxare pro illis condicionibus et pactis prout alias fuerat conventum inter illos de Portunaonis et dictum.

Super facto ser Peracii petentis S. Stenum etc.

Diffinitum fuit quod locus S. Steni detur pro pecuniis uno compatriote etc.

Super facto illorum carceratorum in Sophimbergo.

Diffinitum fuit quod tradantur in manibus d. marschalli et quod d. marschallus faciat de eis iusticiam talem quod si delinquerent puniantur, si vero non, dimittantur.

CCCLXXXVIII.

.... 1395, 31 Gennaio. — *Il consiglio del parlamento delibera la cessazione delle rappresaglie contro i sudditi del duca d'Austria, la stipulazione delle tregue coi co. di Gorizia e stabilisce che il maresciallo debba costringere i Friulani a stipular tregue fra loro ed altri oggetti secondarii.*

MSS. A protocollo originale presso il co. Strassoldo a Ioanniz. EDD. Leicht, *Parlamento*, doc. XV. TESTO da A.

MCCCLXXXXV, indictione III, die ultimo ianuarii. Consilium generalis colloquii celebratum per egregium militem d. Michelem de Rabatta S Aquilegensis ecclesie vicedominum generalem. In quo quidem consilio interfuerunt infrascripti dd. Simon miles de Coloredo, Doymus de Castello, Morandus de Porcillis generalis marschallus, Iohannis de Zucho, Lancillotus et Bernardus iunior de Strasoldo, Francischus de Sbroglavacha, Iohannes de Fontebono, Petrus de Attemps et .... de Murucio, ser Ottussius et Virgilius de Civitate Austria, d. Muschinus et d. Blasius de Assono de Utino, ser Warnerius Peliza de Sacilo, Nicolaus notarius de Aquilegia, Petrus ser Candidi et .... de Tumecio, Iacobus et .... de Marano.

Proposita in dicto consilio per d. vicedominum.

Primo super cessatione represaliarum datarum aliquibus de patria usque ad adventum futuri patriarche.

Diffinitum fuit per maiorem partem tocius consilii quod mandetur pro parte tocius consilii antedicti omnibus generaliter represaliam habentibus contra servitores d. ducis Austrie quod supersedeant in faciendo aliquam represaliam,

(1) A: habens!

usque ad adventum futuri patriarche, cum hoc quod quando patriarcha veniret possint represaliam facere, iuxta auctoritatem eis datam; interim autem bonum erit quod videatur si concordium possit fieri amicabiliter quovis modo.

Super faciendo salvoconducto, sive facienda treuga generaliter cum dd. comitibus Goricie etc.

Diffinitum fuit per maiorem partem omnium predictorum quod treuge fiant generales in certum terminum, cum dd. comitibus Goricie et quod interim procuretur concordium inter partes et fiat si quovismodo fieri poterit etc.

Super facto monete, videlicet denariorum ut imponatur ordo et provideatur quod dampna exinde patrie non eveniant etc.

Super proposicionem factam per Candidum de Tarcento tanquam tutorem seu procuratorem Deanesii petentem possessionem certi montis in Sophimbergo etc.

Super facto treugarum quas facere debet et potest fieri facere et costringere omnes de patria ad eas faciendum, d. marschallus etc.

Diffinitum fuit per maiorem partem omnium predictorum quod d. marschallus debet et potest fieri facere treugas et costringere ad faciendum eas quando aliquis non vellet eas facere et usque ad festum S. Georii et ab ipso festo usque ad annum et plus et minus prout ei melius visum fuerit expedire.

Super facto illorum de Toppo qui hereditatem q. ser Candidi de Ragonea petunt et bona precipue alias permutata cum d. patriarcha etc.

Diffinitum fuit quod si bona non possident permutata supradicta et credunt se habere in eis ius quod utantur iura ipsorum coram d. vicario etc.

Super represalia data per consilium alias Odorico de Spegnimbergo qui represaliam fecit non per modum sibi concessum.

Diffinitum fuit per maiorem partem omnium predictorum quod represalia alias eis per consilium concessa sit ex nunc cassa et irrita et eam ex presenti cassaverunt et annullaverunt. Ita quod nunquam vigore ipsius represalie possit de cetero represaliam aliam facere, precipue considerato quod non fecit eandem debito modo et iuxta continentiam libertatis ei concesse. Et ulterius quod d. marschallus procedat iuxta mores patrie prout sibi videbitur contra Odoricum prefatum etc.

CCCLXXXIX.

Aquileia, 1395, 19 Aprile. — *Insediamento del nuovo patriarca Antonio Caetani.*

MSS. A protocollo originale di Antonio Suappi di Tricesimo notaio nell'archivio notarile di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem domini MCCCXCV, indictione III, die lune XIX mensis aprilis. Actum Aquilegie post altare maius ecclesie maioris S. Marie de Aquilegia. Presentibus reverendis dd. Martino episcopo Cenetensi, Giberto episcopo Emonensi, Iohanne decano Civitatensi, ac nobilibus dd. Simone milite de Colloreto, Nicolao de Strassoldo, Doymo de Castello, Tristano de Savorgnano, Michele milite de Rabatta, Morando de Purciléis, ac omnibus prelatis ac nobilibus et civibus et terrigenis pro communitatibus Foriiulii qui venerunt obviam ad recipiendum infrascriptum d. Antonium patriarcham, et ad colloquium generale celebrandum die mercurii futura in dicta civitate Aquilegie.

Ibique nobiles d. Rizzardus miles de Valvasono et ser Iohannes de Zucco pro domo de Cucanea eorum, et d. Vencislaus miles de Spilimbergo pro eius consortibus et domo de Spegnimbergo, et ser Odoricus de Tricano, et ser Antonius de Morutio pro se et consortibus suis, ac .... vice et nomine dd. de

(a) Ucciso il 13 ottobre 1394 il patriarca Giovanni come già fu detto, fu promosso al patriarcato nel febbraio 1395 il romano Antonio Caetani che prese possesso il 19 aprile, come risulta dal documento qui riportato.

Prampergo habentes infrascriptum ius, ut asserebant ad ponendum patriarchas Aquilegenses in sedem post altare, in principio eorum adventus in signum possessionis dicti patriarchatus, ibidem predicti nobiles, pro se, et eorum domibus et consortibus de Cucanea, de Spegnimbergo, de Tricano et Prampergo, dictum d. Antonium Gaetanum patriarcham electum Aquilegensem induxerunt et posuerunt in sedem post altare predictum dicte Aquilegensis ecclesie in signum dicte possessionis dicti patriarchatus, rogantes me notarium, ut de predictis eis publicum conficerem instrumentum.

CCCXC.

Udine, [1395], 10 Luglio. — *Invito ai deputati di Gemona di recarsi al parlamento.*

MSS. A manca. B c. nell'archivio cap. di Udine da cui racc. Bianchi 5817. EDD. inedito. TESTO da B.

Ludovicus de Helfinstain Sereuniensis d. nostri patriarche vicedominus generalis. Prudentibus capitaneo, consilio et communi terre Glemone.

Carissimi. Ad providendum super magnis et arduis ipsum dominum nostrum et eius patriam totam tangentibus quid sit agendum super occursis et aliis forte interim gravioribus successive occurendis, inspecta conditione presenti ut verosimiliter contingere potest, sicut ipsum d. patriarcham et patriam totam diligitis, die dominico proxime futuro in Utino colloquii consilio, remota causa qualibet, vestrum consiliarium mittere curetis.

Datum Utini die X iulii, indictione tertia.

CCCXCI.

Gemona, 1395, 13 Luglio. — *Invito di presentarsi alla rivista della taglia militare ordinata dal consiglio del parlamento.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Pirona dal protoc. del cancelliere patriarcale Giovanni de Susanna di dove racc. Bianchi 5818. EDD. inedito. TESTO da A.

Antonius dei gratia S. sedis Aquilegensis electus patriarcha.

Fideles dilecti.

Ex consilii nostri generalis colloquii noviter in terra nostra Glemone celebrati deliberatione vim ipsius colloquii in hac parte plenarie obtinentis pro nonnullis arduissimis et necessariis causis decrevimus die dominica XXV presentis mensis iulii in terra nostra Civitatis Austrie generalem monstram totius talee nostre facere et celebrare. Quare fidelitatem vestram requirimus et hortamur sub pena consueta seriose mandantes quatenus taleam vos tangentem usque ad dictum terminum preparetis et ipse monstre dicto die in loco predicto cum eadem studeatis, causa cessante qualibet, interesse, vexillum ecclesie nostre sequentes, ubi expediens fuerit et necessarium.

Datum in castro nostro Glemone die XIII mensis iulii MCCCXCV, indictione tertia.

Universis nobilibus et fidelibus nostris de Castello
Universis consortibus et fidelibus nostris de Varmo inferiori
Universis consortibus et fidelibus nostris de Zegliaco
Universis habitatoribus et fidelibus nostris de Mossa
Universis habitatoribus et fidelibus nostris de la Meduna
Universis ministerialibus et fidelibus nostris de Tricano
Universis nobilibus et fidelibus nostris de Fontanabona
Universis consortibus et fidelibus nostris de Castro Pagano
Universis consortibus et fidelibus nostris de la Frattina
Universis nobilibus consortibus et fidelibus nostris a S. Daniele

Universis ministerialibus et fidelibus nostris de Prampergo
Universis nobilibus et fidelibus nostris de Attemps
Universis habitatoribus et fidelibus nostris de Manzano (1)
Universis habitatoribus et fidelibus nostris de Buia
Universis habitatoribus et fidelibus nostris de Artenea
Universis habitatoribus et fidelibus nostris de Aviano
Universis consortibus et fidelibus nostris de Maniaco
Universis consortibus et fidelibus nostris de Monteregali
Universis habitatoribus et fidelibus nostris de S. Vito
Universis consortibus et fidelibus nostris de Toppo
Universis consortibus et fidelibus nostris de Salvarolo
Universis consortibus et fidelibus nostris de Gruario
Universis habitatoribus et fidelibus nostris de Faganea
Universis nobilibus et fidelibus nostris de Mels
Universis consortibus et fidelibus nostris de Caporiaco
Iohannino de Turri fideli nostro
Universis consortibus et fidelibus nostris de Zoppola
Universis consortibus et fidelibus nostris de Soclevo, Guart et Luincis.
Universis consortibus et habitatoribus de Canipa.
Universis consortibus et fidelibus nostris de Cerneo
Universis consortibus et fidelibus nostris de Varmo superiori
Universis consortibus et fidelibus nostris de Vendoio
Universis consortibus et fidelibus nostris de Budrio
Universis consortibus et fidelibus nostris de Pers
Universis consortibus et fidelibus nostris de Cassacco
Universis consortibus et fidelibus nostris de Azzano
Universis nobilibus et fidelibus nostris de Strassoldo
Universis consortibus, nobilibus et fidelibus nostris de Brazzacho superiori
et inferiori
Universis ministerialibus fidelibus nostris de Murutio
Universis nobilibus et consortibus de Colloreto (a)
Potestati, consilio et communi civitatis Aquilegie
Gastaldioni, provisoribus et communi nostro Civitatis Austrie
Capitaneo, consilio et communi terre Utini
Potestati, consilio, et communi terre nostre Marani
Gastaldioni, consilio et communi terre nostre Tumetii
Capitaneo, consilio et communi loci nostri Montisfalconis
Capitaneo, consilio et communi Portusgruarii
Capitaneo, consilio et communi terre nostre Glemone
Universis nobilibus et fidelibus nostris de Sbroiavacca
Universis nobilibus et consortibus de Porcileis
Abbati Rosacensi
Universis ministerialibus et fidelibus nostri de Valvasono, Cucanea et Pertistaneo.
Universis monialibus et conventui maioris monasterii dominarum Aquilegensium
Universis nobilibus et consortibus de Pulcinico
Universis ministerialibus et fidelibus nostris de Valvasono (2)
Abbatisse, monialibus et conventui maioris Civitatensium monialium

(1) B: Marano che è impossibile, giacchè la comunità è ricordata più giù.

(2) Forse qui doveva esser ricordato Spilimbergo che è appunto feudo ministeriale; il copista ripetè per errore Valvasone che è ricordato con Cucagna e Pertenstain, i quali formavano in questo tempo un solo complesso feudale. Ved. CARRERI, *Breve storia di Valvasone, Nuovo Archivio Veneto*, N. S. vol. XI, Venezia 1906, estr. p. 16 cit. infeudazione del 1389.

(a) Manca nell'elenco qualche voce, come Spilimbergo ecc. Non possiamo arguire se ciò dipenda da imperfezione della copia o da altre ragioni che ci sfuggono. Certamente la copia non riproduce esattamente l'originale nel suo ordine, perchè altrimenti non si saprebbe perchè alcuni feudatari sono posti in principio altri più sotto, frammisti alle comunità.

Universis nobilibus consortibus de Pratta
Nobili Tristano de Savorgnano fideli nostro dilecto
Abbati Sextensi
Decano, canonicis et capitulo S. Marie Utinensis
Abbati Bellinensi
Vicedomino, canonicis et capitulo ecclesie nostre Aquilegensis
D. episcopo Concordiensi
Preposito S. Felicis de Aquilegia
Preposito S. Petri de Carnea
Decano, canonicis et capitulo ecclesie S. Marie Civitatis Austrie
Preposito S. Stephani de Aquilegia
Abbati Mosacensi.

CCCXCII.

Cividale, 1395, 17 Settembre. — *Il comune di Cividale nomina i suoi rappresentanti al parlamento.*

MSS. A manca. B c. nella raccolta Guerra da cui racc. Bianchi 5824. EDD. inedito. TESTO da B.

Die mercurii XVII septembris. In facto colloquii convocandi in Sophumbergo deputati fuerunt Bernardus de Burgo Pontis, Nicolaus Aucelli et Odoricus notarius et Otussius.

CCCXCIII.

Gemona, 1396, 8 Giugno. — *Il comune di Gemona nomina i suoi rappresentanti nel parlamento.*

MSS. A manca. B c. nell'archivio cap. di Udine, d'onde racc. Bianchi 5860. EDD. inedito. TESTO da B.

Die VIII iunii. Mittantur duo ambaxiatores ad colloquium Cividati celebrandum, etiamque ad audiendum declarationes sententie fiende per illos de Civitate Austrie super cereo presentando plebano per plebanum Venzoni et electi fuerunt Georgius de la Villa et Henricus Rampulini notarius.

CCCXCIV.

Udine, 1396, 12 Giugno. — *Il comune di Udine nomina i suoi rappresentanti al parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini XII, 46. EDD. inedito. TESTO da A.

Electio ambaxiatorum die iovis proxima futura destinandorum ad colloquium generale ad Civitatem Austriam, et in ambaxiatores fuerunt electi infrascripti videlicet:
Ser Petrus de Bellonis.
Ser Geronimus notarius de Brunaciis.

CCCXCV.

Cividale, 1396, 15 Luglio. — *Il patriarca Antonio invita i feudatàri e le comunità al pagamento della rata lor fissata dal parlamento per l'ambasciata al duca d'Austria.*

MSS. A manca. B c. del sec. XVIII nell'archivio cap. di Udine da cui racc. Bianchi 5865.
EDD. inedito. TESTO da B.

Antonius dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha universis et singulis nobilibus veluti liberis, ministerialibus, habitatoribus universis et ecclesie nostre cuiuscumque status gradus vel conditionis fidelibus dilectis salutem et gratiam nostram.

Significamus vobis qualiter [pro expensis fiendis] (1) per duos magnificos electos et deputatos per consilium nostrum generalis colloquii totius huius patrie Foriiulii, qui (2) pro sopiendis et concludendis differentiis vertentibus inter servitores nostros et ecclesie nostre ex una et servitores illustrissimorum principum dd. [ducum] Austrie et consanguineorum ex altera ad S. Vitum de Carinthia ire debent, divisis in quatuor partibus (b), vos (3) et quemlibet vestrum [tangit] (4) rata (5) inferius descripta iuxta communem divisionem factam et celebratam per nobilem fidelem nostrum Franciscum de Sbroiavaca ad ipsam faciendam deputatum. Quare vobis et cuilibet vestrum harum tenore strictissime precipimus et mandamus quatenus infra dies sex [a] presentatione vobis et vestrum unicuique vel cuilibet facienda computandos dictam ratam vos tangentem dicto Francisco .... quilibet assignare, alioquin dicto elapso termino tunc contra inobedientem per marescalcum nostrum ad pignorationem fiendam pro rata ei tangente et expensis per dictum .... ordinatis. In cuius testimonium presentes fieri iussimus nostri sigilli impressione muniri: item unicuique vestrum, vobis et cuilibet vestrum mandavimus presentari.

Datum in nostra Civitate Austrie die XV iulii anno domini MCCCXCVI indictione III (a).

de Pratta mar. II den. LXII
de Porcileis mar. II den. LXII
de Polcinico mar. I den. CXXXIV
de Aviano den. LXXIV
de Montereale den. LXXIV
de Maniaco mar. I den. I
de Pinzano den. LXXIV
Toppum den. XLIV
de Spilimbergo mar. II den. LXXXIV
de Sbroiavacca den. CXVIII
de Salvarolo den. LXXIV
de Azano den. XXX
Gruarium den. XLIV
La Fratina den. CXLIII

(1) In B mancano le parole [. ......] che si restituiscono dal senso. (2) B: quod. (3) B: vestrum. (4) tangit manca in B; si restituisce dal senso. (5) B: ratam... descriptam.

(a) In data 20 luglio trovasi un consimile mandato indirizzato alla comunità e riprodotto da Bianchi, che lo toglie sempre da c. dello stesso Archivio Capitolare di Udine in seguito al documento del 15 luglio. Le comunità alle quali il mandato è indirizzato sono: Aquileia, Cividale, Udine, Gemona, Venzone, Tolmezzo colla Carnia, Marano, Monfalcone, Sacile, Portogruaro e S Vito. Vi si ricorda che la ratazione delle città era stata stabilita da Giovanni de Rivo di Cividale.

(b) Le quattro parti dovettero forse esser attribuite al patriarca, al clero, ai feudatari ed ai comuni.

Flagonea den. XLIV
Villalta den. CXIV
Cauriacum den. XLIV
Faganea den. CXLVIII
Murucium et Tricanum mar. II den. XX
Brazacum superius et inferius den. LXXIV
Fontanabona den. LXXIV
de Colloreto mar. II den. LXIII
de Melso den. CXVIII
de S. Daniele mar. I den. LXXVI
de Pers et de Susans den. LXXIV
Ragonea den. LXXIV
de Prampergo den. CXLVIII
de Cassaco den. XLIV
de Artenea den. XXX
de Vendoio den. XIV
de Buia den. LXXIV
de Attens den. CXLIV
de Cucanea, Pertinstayn et Valvasono mar. I den. CXL
de Strasoldo mar. I den. XCII
de Manzano den. CXVIII
de Budrio den. LXXIV
de Castello et Tarcento den. LXXII
Varmum superius den. XVIII
Varmum inferius den. XX
de Zegliaco den. XXX
de Zerneo den. LXXIV
de Canipa den. LXIV
de Soclevo, Guart et Luincis den. XVIII
Zoppola den. LXXIV
Mossa den. LXIV
Communitati Aquilegie (1) tangunt duc. IV
Communitati Civitatis duc. XIII
Communitati Utini duc. XXVI
Communitati Glemone duc. IX
Communitati Venzoni duc. VI
Communitati Tulmetii duc. VIII
Communitati Marani duc. II
Communitati Montisfalconi duc. II
Communitati Sacili duc. VI
Communitati Portusgruarii duc. II
Communitati S. Viti duc. II.

Suprascriptas impositiones per colloquium generale factas ex libro sic nominato et in principio ipsius sic descripto ego Martinus Merula doctor atque publicus imperiali auctoritate notarius cum signo et nomine meis appositis consuetis in fidem ac testimonium omnium premissorum fideliter extraxi.

(1) Questo elenco delle comunità colla cifra delle relative imposizioni trovasi in calce del mandato delle comunità stesse, datato come avvertimmo sopra dal 20 luglio.

CCCXCVI.

Porcia, 1396, 19 Luglio. — *I conti di Porcia scrivono a Corrado Boiani maresciallo patriarcale, protestando contro l'imposizione loro intimata dal patriarca per le spese inerenti all'invio d'un'ambasciata al duca d'Austria a S. Vito di Carinzia.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Guerra a Cividale to. XXIX p. 165. EDD. Leicht, *Parlamento* doc. XVI. TESTO da B.

Egregie et honorande affinis et amice carissime (a). Vidimus heri quandam litteram nobis ostensam per Buldricum familiarem nostrum ex parte reverendissimi d. nostri d. patriarche, in qua continetur quod infra spacium VI dierum computationem nobis factam solvisse debeamus in manibus d. Francisci de Sbroiavacca duas marchas et LXII denarios pro quibus expensis fiendis, ambasiatoribus mittendis ad S. Vitum de Carintia super aliquibus differentiis vertentibus inter prelibatum nostrum dominum ex parte una et illustres principes dd. duces ex altera et quod si hoc non solverimus ipse mittet nos ad pignorandum per vos vel per familiam vestram. Unde, considerato quod in parlamentis hoc non est deliberatum, ut moris est, modo aliquo adsentire non volumus, quia est contra bonos mores et antiquas consuetudines patrie et contra libertatem totius contrate. Quare egregiam nobilitatem vestram rogamus, quatenus si dominus noster vellet vos ad pignorandum et alios de patria, quod velitis inspicere ad libertatem patrie quod nobis et aliis hoc multum displicere debet quod sine deliberatione aliqua debeamus ab antiquis consuetudinibus et iuribus patrie et ab libertate nostra totaliter abstrahere et molestare, quam facere aliqualiter non intendimus parati etc.

Datam Purzillis die XVIIII iulii.

Lodoicus, Iacobucius, Brixalia et Morandus ceterique consortes comites de Purcillis.

CCCXCVII.

Prata, 1396, 22 Luglio. — *I conti di Prata protestano al patriarca d'Aquileia di non esser disposti a pagare l'imposizione per la spesa degli ambasciatori in Carinzia, non essendo stata deliberata dal Parlamento.*

MSS. A manca, B c. nella racc. Guerra nel R. Museo di Cividale to. XXIX (nuova numer.) p. 166. EDD. Leicht, *Parlamento*, doc. n. XVI. TESTO da B.

Humili recomendatione premissa. Reverendissime pater et domine, domine noster. Reverendissime dominationi vestre significamus quod vidimus heri quamdam patentem litteram vestram nobis ostensam per Buldaricum, in qua continebatur quod infra spatium sex dierum a presentatione illius littere nobis facte solvere debuissemus in manibus d. Francisci de Sbrugavacha de hoc specialiter deputato duas marchas et denarios LXII pro parte nobis tangente pro aliquibus expensis fiendis ambaxiatoribus mittendis ad S. Vitum de Carentana supra aliquibus differentiis vertentibus inter reverendissimam dominationem vestram parte ex una et illustres principes dd. duces Austrie parte ex altera et si hoc non solverimus vos per marescalcum vestrum mittetis ad pignorandum. Unde dicimus quod considerato quando collecte vel alique res nove imponuntur

(a) La lettera è indirizzata a Corrado Boiani maresciallo del patriarca Antonio Caetani. Ioppi aveva attribuito a questo e al doc. che segue la data del 1401, ma quella del 1396 è giustificata dal confronto col doc. che precede del 15 luglio 1396 ove la taglia dei Porcia è la stessa e così il distributore F. di Sbroiavacca.

vel innovantur in patria Foriiulii semper in parlamento deliberantur et tamen pridie in colloquio nichil propositum neque deliberatum supra ista collecta fuit, vestre reverendissime dominationi et paternitati respondemus quod ad predictam collectam solvendam modo aliquo adsentire non volumus, quia contra bonos mores et antiquas consuetudines patrie Foriiulii est. Et ideo reverendissime dominationi vestre supplicamus ut vobis placeat nos habere recomissos et nos et ceteros de patria Foriiulii ab antiquis consuetudinibus non abstrahere nec molestare, cum semper talia in parlamento soleant perpetuo proponi et deliberari et specialiter quando tangunt ad ponendum manus ad bursas hominum et quia si hoc deliberatum fuisset in parlamento ut moris est, semper ad conservationem, honorem et statum vestrum concernentia, uti fuimus modo parati essemus.

Data Prate, die XXII mensis iulii.

Per humiles dominationis vestre servitores
Guielminus et Iohannes comites de Prata (a).

A tergo
Reverendissimo in Christo patri et d.d. Antonio dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarche domino nostro singularissimo.

CCCXCVIII.

Aquileia, 1397, 10 Marzo. — *Permuta di beni fatta col consenso del parlamento fra Antonio patriarca e Guglielmino di Topalico.*

MSS. A manca. B c. nel cod. dipl. Frangipane dal prot. del cancelliere patriarcale Giovanni di Susanna; di là racc. Bianchi n. 5890. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCXCVII, die X martii, V indictione. Actum Aquilegie in patriarchali palatio in camera cubiculari infrascripti d. patriarche. Presentibus venerabilibus et egregiis decretorum doctoribus dd. Angelo de Balionibus de Perusio, et Iacobo de Gissardis de Arpino infrascripti d. patriarche in spiritualibus vicariis generalibus, nobilibus et egregiis viris d. Lodovico comite de Porcileis, Rizardo de Valvasono et Simone de Coloreto militibus, Tancredo comite de Mutiglano (b), Doymo de Castello, Iohanne de Zucho, Iohanne Paduano de Coloreto, Nicolao et Lancellotto fratribus de Strasoldo, Francisco de Sbroglavacca, Rizzardo de Prodolono, Odorico de Tricano et Lodovico de la Frattina, providis viris ser Iohanne Antonio q. ser Gabrii et Nicolao Ancelli de Civitate Austria, Tintino et Francisco de Percoto de Utino, Georio de la Villa de Glemona et Nicolao de Toppo testibus et aliis pluribus in multitudine copiosa vocatis et rogatis.

Ibique reverendissimus in Christo pater et d.d. Antonius dei gratia S. sedis Aquilegensis dignissimus patriarcha ex cordis sui intimis desiderans et anhelans mensam suam sueque Aquilegensis ecclesie totis viribus ampliare, et considerans vel advertens infrascriptam permutationem cedere in maximum commodum, ampliationem, ac statum suum, et dicte sue Aquilegensis ecclesie, et precipue terre sue Sacili, cui infrascriptus locus de Topalico de novo in fortilitium erectus est multum vicinus, et propter hoc inter cives et habitatores ipsius terre sue Sacili et infrascriptum Guielminum de Topalico incommodum, scandalum oriri poterat et iam inceptum in grave prefati d. patriarche preiudicium, incommodum et detrimentum. Pro quo scandalo tollendo et sopiendo per consilium generalis colloquii totius patrie Foriiulii, et ipsum colloquium non semel sed pluries eidem d. patriarche extitit supplicatum, ut pro bono suo et sue ecclesie antedicte et precipue dictarum partium ad infrascriptam

(a) Nello stesso volume seguono identiche lettere di Lodovico, Giacobuccio, Brisalia e Morando ed altri consorti conti di Porcia.

(b) È il maresciallo patriarcale.

cum dicto Guilelmino permutationem equam et condecentem deveniret. Ad quam idem d. patriarcha, matura deliberatione prehabita, premissis, consideratis et subtiliter ponderatis deveniens pro se et eius successoribus, ac vice et nomine dicte sue Aquilegensis ecclesie dedit, tradidit, assignavit et permutavit nobili ser Guilielmino de Topalico q. ser Iohannis de ipso loco pro se et suis heredibus et successoribus recipienti in perpetuum bona infrascripta iure liberi proprii (1).

CCCIC.

Cividale, 1397, 27 Marzo. — *Commissione del consiglio del parlamento ai conti di Porcia, Prata e Polcenigo di custodire e fortificare i passi della Livenza per timore di invasione di truppe e italiane e tedesche.*

MSS. A registro di lettere del patriarca Antonio nella Biblioteca comunale di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

Antonius dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha egregiis et nobilibus Lodovico militi et Articho de Porcileis, Wilhelmino de Prata et Simoni Iacobi de Pulcinicho comitibus nostris fidelibus dilectis salutem et gratiam nostram. Nostis qualiter nostrum generale colloquium per nos in civitate nostra Aquilegie celebratum de certa congregatione gentium armigerarum que tam in Italia quam in Alemannia fit de presenti avisavimus et ne aliquid in hac nostra patria scandalum posset oriri eundem exhortati fuimus ad provisiones aliquas faciendas, cum previsa iacula minus feriant, que per ipsum colloquium remissa ad eiusdem consilium. Super iisdem per ipsum consilium extitit diffinitum precipue quod passus Liquencie fortificentur, ad quam fortificationem faciendam fieri tam per nos quam per ipsum consilium nominati et deputati fuistis et ideo de nobilitate fidelitateque vestris plenam in domino fiduciam obtinentes vobis harum tenore committimus quatenus circa fortificationem ipsorum passuum omnium efficaciter intendatis. Nam rogandi requirendi omnes et singulos capitaneos, gastaldiones ac nobiles et fideles nostros in capitanatuum, gastaldiarum et nobilium massariis et subditis quibuscumque ultra Tulmentum constitutis eciam ex prefati nostri consilii deliberatione seriose mandandi quatenus ad omnem vestram requisitionem ad fortificandum ipsos passus veniant et faciant prout melius vobis visum fuerit expedire et duxeritis iniungendum vobis harum tenore licentiam concedimus et liberam facultatem. Circa premissa fideliter et diligenter exequenda taliter vos habeatis quod si necesse fuerit de bona provisione ac diligencia vos comendare et merito valeatis. Harum sub nostri impressione sigilli etc.

Data in nostra Civitate Austria die XXVII marcii, anno domini MCCCXCVII indictione V.

CCCC.

Udine, [1397], 21 Aprile. — *Il comune di Udine elegge i suoi rappresentanti al parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini to. XII fol. 168. EDD. inedito. TESTO da A.

[Die sabbati XXI aprilis] super propositis per dd. deputatos septem etc. exponentes qualiter die mercurii nunc proximo fieri debet colloquium in Civitate Austrie (a) per d. nostrum d. patriarcham supplicantes duas aut tres personas eligi destinandas ad dictum colloquium que possint narrare factum, quod in eo diffiniretur; ellecti et deputati fuerunt d. Iohannes de Cavalcantibus ....

(1) Segue la descrizione dei beni permutati.

(a) Di questo parlamento noi non possediamo le deliberazioni: in esso però oltre alle querele fra ser Francesco di Remanzacco ed i Savorgnani, ed alla questione delle tregue coi co. di Gorizia (si vedano i doc. successivi) si deve esser trattata anche la questione della

CCCCI.

Udine, [1397, 4 Maggio]. — *Il comune di Udine accede alle tregue fra il patriarca ed i conti di Gorizia deliberate dal consiglio del parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini to. XII fol. 174. EDD. IOPPI, *Documenti Goriziani* cit. CCCXVI. TESTO da A.

[Die veneris quarto maii]. Super propositis per dd. septem deputatos declarantes pridie fuisse ex deliberatione consilii parlamenti, cui tamen nostri ambaxiatores minime assensere, treguas firmatas inter d. nostrum patriarcham et suos subditos ex una et illustres dd. comites Goritie et eorum servitores parte ex altera, et quia nostri ambaxiatores dictis treugis non consenserunt, d. noster patriarcha avisavit de hoc d. capitaneum Goritie qui instat et petit clare certificari per ipsum dominum nostrum si volumus esse inclusi in dictis treugis aut ne. Quare cum pro habenda huiusmodi nostra intentione super premissis d. noster patriarcha nuper nobis scripsit, petiverunt deliberari et determinari id quod laudabile ac conveniens est ac honor requirit et status nostre terre et civium eiusdem. Deliberatum fuit pro meliori et pro evitandis magnis damnis et periculis que huic communitati et civibus eiusdem possunt evenire si non essemus in treguis iam factis per omnes compatriotas, habitoque respectu quod nunc aptitudinem non habemus de restaurando dampna ser Tentini et Nicolussii nisi cum magno detrimento nostro et publico et privato, quod respondeatur d. nostro patriarche nos velle habere firmas treugas factas et supplicetur sibi quod interim provideat de restauratione dictorum nostrorum civium.

CCCCII.

Udine, [1397, 4 Maggio]. — *Reclami presentati da Federico Savorgnan al consiglio di Udine e deliberazioni prese dallo stesso contro Francesco q. Missio per le ingiurie scagliate in parlamento contro la comunità.*

MSS. A Annales civitatis Utini, XII, 174. EDD. inedito. TESTO da A.

Super propositis per prefatos dd. deputatos declarantes qualiter in consilio parlamenti proxime celebrato in Civitate Austria die videlicet XXVI aprilis (a), facta quadam supplicatione per nobilem ser Federicum de Savorgnano ut dictum consilium provideret quod d. patriarcha revocaret quendam iudicem specialem datum per eum ser Francisco q. ser Missii in Civitate Austria coram quo ipse Franciscus eum ducit ad litigium et quod idem dominus daret unum iudicem in loco comuni, responsum fuit eidem per Missium filium prefati Francisci quod non debebat audiri ex eo quod iuste actum erat per dictum dominum nostrum considerato quod dictus Franciscus tueri non poterat nec per patriarcham, prorompentem postmodum in verba cedentia in magnam et atrocem iniuriam huius communitatis dicendo videlicet quod domini istius erant falsi et pravi homines et quod falso et illegaliter ac inique egerant et fecerant

forma dei giudizi. Non a caso infatti vediamo che nello stesso giorno il patriarca emanò un decreto, nel quale ordinò che il maresciallo, i vicari, podestà, capitani e gastaldi dovessero, così nelle cause civili come nelle criminali, secondo le antiche consuetudini, far giudicare gli astanti con la formula "quid iuris?" e mandare poi ad esecuzione tali sentenze. Il decreto non porta, tuttavia, alcuna formula d'assenso parlamentare e perciò non l'ho compreso nella raccolta. Esso fu pubblicato da IOPPI, *Constitutiones* cit. doc. n. XXXIV, p. 109.

(a) Per la data vedasi sopra 1397, 21 aprile.

illa que fecerunt contra d. Franciscum patrem suum. Super qua quidem atrocissima iniuria petiverunt provideri et determinari sic quod ipse debitam et condignam de tanto excessu penam paciat et exinde ab aliis assumatur exemplum non audendi hanc nostram communitatem vituperare (a).

CCCCIII.

Cividale, 1397, 9 Maggio (b). — *Il patriarca Antonio invita il consigliere di Cividale a partecipare al consiglio nella quale deve esser chiuso un appello all'impero su una causa riguardante il niederleg.*

MSS. A or. cart. nella busta VII n. 41 delle perg. comunali nel R. Museo di Cividale. EDD. inedito. TESTO da A.

Consanguinei nostrorum . . . . ut nosti, in causa de niderleh, ad sanctissimum principem d. Wenceslaum Romanorum regem appellaverunt et per nos ac ipsum consilium, ad audiendam [re]sponsionem nostram et ipsius consilii et ad recipiendum capitulos, datus fuit eis terminus ad diem veneris decimam octavam presentis mensis maii, decernimus ipsa die veneris pro ipsa responsione facienda, ipsum nostrum generalis colloquii consilium in nostra Civitate Austria celebrare. Cui studeas causa cessante qualibet interesse. Datum in nostra Civitate Austria die IX maii V indictione.

A tergo

Nobili et prudenti .... vel .... de nostra Civitate Austria consiliario fidelique nostro dilecto.

(sigillo cereo del patriarca Antonio).

CCCCIV.

Cividale, [1397], 31 Maggio. — *Invito al comune di Gemona a mandare i lor deputati al parlamento per trattare di affari di massima importanza.*

MSS. A manca. B c. assai lacunosa nell'archivio cap. di Udine di dove racc. Bianchi 5900. EDD. inedito. TESTO da A.

Antonius dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha dilectis fidelibus nostris capitaneo, consilio et communi terre nostre Glemone.

.... existentibus iam in Lombardie partibus cassis treguis inter partes dimicantes .... velit hanc nostram patriam submittere (c). Considerantes igitur quod sicut .... vos avisamus ac vobis mandamus ut vestra talea ultra taleam .... interesse ferat ad omnem nostram requisitionem hanc nostram patriam .... resistere possumus et viriliter defensare. Quoniam vero .... in hac nostra patria alique sunt cortine et ville per se fortes .... de facto non essent nobisque et toti patrie non modicum possent nocere .... Alioquin quod omnes sic non

(a) Segue la condanna alla decapitazione e la proclamazione del bando sotto pena capitale, ove fosse preso.

(b) Il raccoglitore delle perg. e carte antiche del comune di Cividale attribuì questo documento all'a. 1410: senonchè in quell'anno Venceslao non era re dei Romani. Il doc. si deve attribuire invece al 1397 e al patriarca Antonio Caetani, di cui si legge, del resto, il nome nel sigillo.

(c) Allude certamente alla guerra dei collegati contro il Visconti combattuta in quel tempo. Infatti il 30 marzo il Visconti aveva aperte improvvisamente le ostilità contro Mantova, malgrado i patti stretti nel maggio antecedente. Dal documento qui pubblicato si comprende come il patriarca temesse che l'ambizioso duca di Milano estendesse a sue mire anche sul Friuli.

fortes absque victualibus et aliis necessariis .... fortilitia conducantur. Et sic vobis precipimus quod vestris villanis .... res suas conducant stricte precipere procuretis, ne advenientes inimici inferre possint quoque modo dampna super quibus advertite quod magnificorum dominorum .... dominica proxima ad octavam visitare debent. Aliis pro arduis et necessariis causis die dominica sextadecima mensis iunii nostrum generale colloquium, [cui] sicut ipsius nostre patrie statum diligitis, [debeatis] causa cessante qualibet interesse.

Datum Civitate Austrie die ultimo maii quinta indictione.

CCCCV.

Udine, [1397, 23 Novembre]. — *Proposta fatta dai deputati al reggimento di Udine di nominare i rappresentanti del comune in parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini XII, 239. EDD. inedito. TESTO da A.

Super propositis per dd. deputatos ut provideatur de ambassiatoribus mittendis ad parlamentum convocatum per abbatem Mosacensem tamquam vicedominum generalem celebrandum in S. Daniele (a).

CCCCVI.

Aquileia, 1398, 24 Marzo. — *Il patriarca invita il deputato di Gemona ad intervenire al consiglio del parlamento.*

MSS. A lettere di principi al comune di Gemona nell'archivio com. della stessa città, fol. 33. EDD. inedito. TESTO da A.

Provide fidelis dilecte. Ex nonnullis arduissimis et necessariis causis decernimus die martis secunda mensis aprilis proxime ventura in nostra civitate Aquilegie nostri generalis colloquii consilium celebrare. Cui studeas causa cessante qualibet interesse. Datum in civitate nostra Aquilegie die XXIV marcii VI indictione.

A tergo

Provido .... vel .... de terra nostra Glemone consiliario fidelique nostro dilecto.

CCCCVII.

Udine, [1398], 14 Giugno. — *Il consiglio di Udine invita il maresciallo patriarcale a presentare al parlamento i suoi reclami per il ferimento del vicemaresciallo avvenuto per opera degli abitanti d'Arzinutto.*

MSS. A Annales civitatis Utini cit. to. XIII fol. 42. EDD. inedito. TESTO da A.

[Die veneris XIV iunii]. Proposuit egregius d. Tancredus comes marescalcus d. nostri patriarche cum querela qualiter, dum ipse ad instantiam cuiusdam laudo et sententia mediante misisset vicemarescalcum cum familia sua pignoraturum certos de Arzinutto cum nuntio domini districtus Valvasoni, dicti de Arzinutto armata manu invaserunt dictum vicemarescalcum cum familia et quamplures de familia una cum dicto vicemarescalco acriter vulneraverunt ad sanguinis effusionem et aliquem ad casum mortis. Ea propter ex dicto suo officio pro parte dicti d. nostri patriarche rogavit de consilio et favore sibi per dictum consilium prestando, de modo per eum tenendo ut cum iustitia

(a) Manca la deliberazione relativa.

possit iuridice contra dictos de Arzinutto procedere. Super quibus per dictum consilium deliberatum fuit quod respondeatur ipso d. marescalco quod dictum consilium condolet de predicto excessu contra ipsum et familiam suam commisso et condolet non modice et per dictos de consilio ei consulitur ut predicta exponat in colloquio die dominico proxime futuro in Civitate Austrie celebrando etc.

CCCCVIII.

Cividale, 1398, 19 Giugno. — *Ordine del patriarca e del consiglio del parlamento ai nobili di munire i loro castelli.*

MSS. A registro or. di lettere del patriarca Antonio Caetani fol. 159 r. nella biblioteca com. di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

Antonius dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha, universis et singulis patrie nostre nobilibus specialiter castra et fortilicia habentibus salutem et gratiam nostram. Decet prudentes per preterita et presentia premeditari futura ut ipsis premeditatis sinistra abilius valeant evitari. Nostis fideles dilecti, mundi strepitum belligerarum gentium hinc inde discursum et ignotum, quod timendum potius est, scitis insuper per illos de Foramine patriam nostram dampnificatam fuisse et forte dampnificandam si poterint in futurum. Quare ne inimicorum vos tela offendant que si previsa fuerint minus ledunt, fidelitates vestras ut eciam terminatum fuit in consilio generalis colloquii nuper in nostra Civitate Austria celebrato ab ipso generali colloquio vim habente, monemus et requirimus et hortamur vobisque mandamus, quatenus omnia et singula victualia et bona vestra debeatis ad fortilicia predicta reducere, ipsaque fortilicia atque castra vestra fortificare et communire omnibus necessariis prout decet ut dampna non patiamini et inimicis non detur causa residendi, scientes quod si dampnum eveniret aliquod inobedienti imputabitur ut est decens.
Data in nostra Civitate Austria sub nostri impressione sigilli die XIX iunii anno nativitatis domini MCCCLXXXXVIII, VI indictione (a).

CCCCIX.

Cividale, 1398, 19 Giugno. — *Il patriarca ed il consiglio del parlamento eleggono 5 nobili a provvedere ai passi della Livenza e visitare le cortine, temendosi de' nemici.*

MSS. A registro or. di lettere del patriarca Antonio Caetani fol. 159 v. nella biblioteca com. di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

Antonius dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha, egregis et fidelibus nostris dilectis Lodovico comiti de Porcileis militi, Artico de Porcileis, Guillelmo de Prata, Simoni de Pulcinico et Ioanni de Coloreto salutem et gratiam nostram, Notificamus vobis qualiter in consilio nostri generalis colloquii nuper celebrati in nostra Civitate Austria ab ipso generalis colloquii vim habente terminatum extitit quod quinque eligerentur, unus videlicet per nos quatuorque per patriam ad videndum passus Liventie et dandum ordinem quod subito reparandi reparentur, ad requirendum omnes rustici de patria secundum quod eis videbitur eosque constringendum ad laborandum et aptandum dictos passus prout viderint oportunum. Quod quidem nos pro parte nostra ad predicta faciendum et videndum elegimus et deputavimus te Lodovicum prefatum, ipsumque consilium pro patria elegit et deputavit vos Articum, Guillelmum, Simonem et Iohannem et ultra hoc deliberatum fuit quod eligendus noster et tu Iohannes Paduanus in eundo et redeundo debeatis videre et providere cortinas omnes

(a) Segue una consimile lettera indirizzata ai prelati aventi fortilizii.

et referre secundum quod inveneritis in primo consilio convocando. Quare vobis et cuilibet vestrum electis ut prefertur precipimus, mandamus et committimus quatenus ad videndum dictos passus Liventie sine dilacione eatis et ordinem detis ad laborandum et aptandum passus predictos prout vestra discrecio noverit oportunum, mandantes et committentes insuper vobis Lodovico et Iohanni prefatis quatenus in eundo et redeundo videatis omnes cortinas prefatas et referatis ut in consilio primitus celebrando relato deliberari possit salubriter quid agere debetur.

Data in nostra Civitate Austria sub nostri impressione sigilli die XIX iunii anno nativitatis domini MCCCLXXXXVIII, VI indictionis.

CCCCX.

Cividale, 1398, 22 Giugno. — *Il patriarca prolunga la tregua con quelli di Forame malgrado il voto contrario del consiglio del parlamento, per intromissione de' conti di Gorizia.*

MSS. A reg. orig. di lettere patriarcali cit. nella biblioteca com. di Udine fol. 164. EDD. Ioppi, *Documenti Goriziani* CCCXX. TESTO da A.

Antonius dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarca.

Nobiles et egregii milites nostri carissimi post salutem, retulerunt nobis egregii et nobiles fideles et oratores nostri Conradus de Boyanis miles et Bernardus de Rosacio quod non obstante expositis per eos nostri parte vobis videbatur pluriplicibus rationibus per ipsos nobis declaratis treugas cum illis de Foramine esse firmandas. Quare licet per nostrum consilium deliberatum contrarium fuerit, quum nobis et nostro honori minime resultare videtur ipsas faciendo, dispositi sumus pretermissa ipsius nostri deliberatione consilii sequi vestrum, attento quod bono amoris et caritatis zelo erga nos et nostram ecclesiam agitis et movemini in singulis peragendis, attentoque quod magnifici filii et ut fratres nostri carissimi dd. comites Goricie qui certi reddimus invigilant circa statum et honorem nostre ecclesie atque vestrum se intromiserunt in hoc et ipsas treugas facere ipsasque ex nunc per nos, nostram ecclesiam omnesque singulos nostros fideles servitores, familiares et subditos cum illis de Foramine et observare promittimus hinc ad festum S. Ulrici quod erit die tercio mensis iulii proxime venturo tantummodo velitis. Pro meliori tamen volumus quod ipsi de Foramine seu eorum aliquis nostrum possit vel audeat intrare territorium quoquomodo. Data in nostra Civitate Austria die XXII iunii anno nativitatis domini MCCCLXXXXVIII, VI indictione.

A tergo

Nobilibus et egregiis militibus dd. Micheli de Rabacta et Phebo de la Turre amicis nostris carissimis.

CCCCXI.

Udine, [1399, 16-27 Giugno]. — *Deliberazioni del consiglio del comune di Udine intorno alla nomina dei rappresentanti al parlamento, ed all' invio degli stipendiari a Monfalcone secondo gli ordini del consiglio del parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini to. XIII, 169. EDD. inedito. TESTO da A.

[Die lune XVI mensis iunii]. Electi ad eundum Venzonum ad parlamentum d. Andreas de Monticulis, ser Laurentius Arputii, ser Nicolussius ser Zaune, ser Stephanus Sbrulgi.

[Die XXVII iunii]. Super quadam littera missa per d. patriarcham communitati quod solvat ducatos auri XXXVI et soldos XVI pro stipendiariis mittendis Montemfalconem iuxta deliberationem consilii colloquii generalis.

CCCCXII.

Cividale, 1400, 3 Gennaio. — *Il patriarca d'Aquileia invita al consiglio del parlamento i consiglieri cividalesi.*

MSS. A or. cart. nella busta VI delle perg. comun. del R. Museo di Cividale n. 15. EDD. inedito. TESTO da A.

Antonius patriarcha Aquilegensis.

Prudentes consiliarii dilecti. Super expediendis appellationibus nonnullisque aliis arduis et necessariis causis decrevimus die dominica XI presentis mensis ianuarii in hac nostra Civitate Austria generalis colloquii consilium celebrare. Cui studeatis causa cessante qualibet interesse. Datum in nostra Civitate Austria. die III ianuarii, VIII indictione.

A tergo

Nobili et prudenti .... vel .... de nostra Civitate Austria consiliario fidelique nostro dilecto.

CCCCXIII.

Udine, [1400, 3 Settembre]. — *Elezione dei rappresentanti del comune di Udine al parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini to. XIV, fol. 64. EDD. inedito. TESTO da A.

Super propositione per VII deputatos petentes eligi aliquos bonos viros qui vadant pro parte comunitatis ad colloquium die dominico proxime celebrandum, electi fuerant nobilis et egregius miles d. Tristanus de Savorgnano et d. Andreas de Monticulis.

CCCCXIV.

Udine, 1400, ... — *Spese sostenute dal capitolo di Udine per inviare un rappresentante al parlamento.*

MSS. A registri del dapifero del capitolo di Udine cit. fasc. 4. EDD. inedito. TESTO da A.

Dedi d. Andrea de Sprovacha quando ad colloquium erat in Portugruario cum duobus equis et uno famulo marchas denariorum I et frixacherios LXVIII.

CCCCXV.

Udine, 1401, 2 Maggio. — *Il vicario in spiritualibus ed i luogotenènti del patriarca Antonio convocano il consiglio del parlamento.*

MSS. A Lettere di principi al comune di Gemona fol. 26. EDD. inedito. TESTO da A.

Iacobus de Arpino decretorum doctor vicarius in spiritualibus generalis, Arthicus comes de Porcillis et Muschinus de Laturre reverendissimi d. nostri d. Antonii patriarche Aquilegensis dignissimi locumtenentes.

Prudentes amici carissimi. Super nonnullis arduis et necessariis causis et precipue super expediendis appellationibus decrevimus die dominica XV presentis mensis .... Utini generalis colloquii consilium celebrare. Cui .... studeas causa cessante qualibet interesse.

Datum Utini die II [ma]ii IX indictione (1).

(1) Il testo è guasto dall'umidità. Della parola: maii si leggono soltanto le due ultime lettere ma l'indicazione è certa perchè nel mese di maggio 1401, la terza domenica cade appunto il 15.

CCCCXVI.

Cividale, 1401, 6 Ottobre. — *Il nobile Melchiorre di Aviano presenta querela dinanzi al consiglio del parlamento contro il gastaldo patriarcale dello stesso luogo, per turbativa di possesso.*

MSS. A manca. B copia del sec. XVII nel vol. Diplomata, Colloquia, Taleae nella racc. Ioppi nella bibl. com. di Udine f. 17. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen, anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo, primo, nona indictione, die sexto octobris, actum in Civitate Austrie in patriarchali palatio et stupa inferiori ipsius palatii ubi constitutus coram venerabilibus, nobilibus, egregiis et prudentibus viris dd. Iacobo de Arpino decretorum doctore, Arthico comite de Purcilleis et Muschino de la Turre reverendissimis in Christo patris et d. nostri d. Antonii patriarche Aquilegensis dignissimis locumtenentibus ac reverendo d. Francischino abbate Rosacensi et d. Federico decano Aquilegensi pro prelatis, Nicolussio de Prata pro liberis et Ioanne Padoano de Colloreto, Simone de Pulcinico, Odorico de Tricano, Fresco de Cucanea, Ioanne de Furli et Iacobo Sartore de Aquilegia, ser Nicolao de Portis et Bernardo de Burgo Pontis de Civitate Austria, d. Lodovico de Cignottis legum doctore et magistro Iacobo de Montagnaco de Utino et Bertoldo de la Villa de Glemona pro comunitatibus, ad generalis coloquii totius patrie Foriiulii consilium per dictos dd. locumtenentes pro nonnullis statum patrie concernentibus convocatum, ad sonum campane more solito congregatis, nobilis vir ser Melchior q. ser Pidrussi de Aviano ibidemque exposuit et proposuit maxima cum querela qualiter per gastaldionem Aviani sibi impediuntur certa prata sua per eum a magno tempore citra pacifice et quiete possessa volens de ipsis pratis pascua facere in suum damnum non modicum et iacturam petens eis talia displicere et rogare dictos dd. locumtenentes quod scribant et mandent districte ipsi castaldioni quod ipsum exponentem in sua possessione ipsorum pratorum permittat pacifice, ut iuris est, eumque de cetero non molestet retrahendo omnem per eum factam hactenus novitatem. Qua proposicione sic facta dictum est ei quod de loco cederet quia libere deliberare volebant et ipso cedente ac me notario infrascripto, de mandato dictorum dd. locumtenentium, petentem diffinitum et mandatum extitit per omnes nemine discrepante quod per dd. locumtenentes prefatos scribatur gastaldioni Aviani cum admiratione, stricte mandando quod ipsum ser Melchiorem in sua pristina ac pacifica possessione dictorum pratorum suorum libere permittat, eum de cetero nullatenus molestando et si ius aliquod de ipsis pratis habere intendit quod procedat iuridice coram iudicem competenti contra eum, patrie moribus observatis, ut equum et iustum est et tunc fiet iustitia.

Et ego Iohannes q. ser Odorici de Susanna de Utino publicus imperiali auctoritate notarius et patriarchalis cancellarius predictis omnibus interfui et rogatus scripsi et fideliter publicavi, meis hic signo et nomine appositis consuetis, in fidem et testimonium omnium premissorum (a).

CCCCXVII.

Udine, [1401, 16 Novembre]. — *Il consiglio di Udine nomina i rappresentanti al parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini cit. XIV, 279. EDD. inedito. TESTO da A.

Item propositum quod eligantur qui intersint coloquio generali Utini die dominico XX presentis mensis fiendo et convocato etc. electi fuerunt d. Tristanus, d. Alovisius Zignottis, Nicolaus Soldonerius, Iohannes de Faganea.

(a) a fianco: segno notarile.

CCCCXVIII.

Udine, 1401, 21 Novembre. — *Parlamento adunato dai Luogotenenti del patriarca Antonio per le minaccie di invasione di genti alemanne. Il parlamento delega i provvedimenti necessari al consiglio del parlamento; e questi propone l'attivazione della taglia e che le rendite di Udine e Venzone distratte dal patriarca vengano sequestrate per la difesa.*

MSS. A manca. B c. di mano di mons. Giusto Fontanini nella collez. Fontanini vol. 648, pagina 240 t. nel R. archivio di stato di Venezia da origin. corroso allora esistente presso di lui, d'onde c. nella racc. Ioppi. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCCI, indictione IX die XXI mensis novembris, actum Utini Aquilegensis diecesis in castro patriarcali in sala magna ipsius .... interfuerunt nobiles et egregii viri dd. Articus comes de Porcileis et Muschinus de la Turre pro se ipsis et nomine venerabilis et egregii decretorum doctoris d. Iacobi de Arpino reverendissimi in Christo patris et d.d. Antonii dei gratia sancte sedis Aquilegensis dignissimi patriarche locumtenentes, nec non reverendi et venerabiles prelati .... nobiles et prudentes comunitates inferius de .... d. Franceschinus dei gratia abbas Rosacensis, d. Federicus decanus Aquilegensis, d. Nicolaus de Portugruario canonicus Aquilegensis pro reverendo patre d. S .... et pro d. abbate .... d. Henricus de Strasoldo canonicus Aquilegensis pro capitulo Aquilegensi, d. P .... canonicus Civitatensis, d. Andreas Augerius pro .... preposito S. Stephani de Aquilegia, dd. presbiteri Nicolaus .... et Petrus .... canonici Utinenses pro capitulo Utinensi pro prelatis, d. Nicolusius comes de Prata et .... us comes de Prata pro liberis, dd. Iohannes de Zucho, Franciscus de Sbroglavacha, Iohannes Paduanus de Coloreto, Bernardus iunior de Strasoldo, Fr......, Frescus de Pertistagno, ... us de Coloreto, Bertoldus de Z........, Antonius de Mels, Iohanner de Volvesono, Articus natus ser Doymi de Castello, Iohannes de Cergneo, ... de Villalta, Ludovicus de Cavoryaco, Conradus de Prodolono, Bartholomeus de Murutio, Conradus de Brazaco, Melchior de Aviano, M...... us de Attems et Hermachora de Faganea pro nobilibus, discretus Iohannes de Furli, Iacobus de Aquilegia, honorabiles viri Guillelmus Puppi et Virgilius de Virgiliis de Civitate Austrie, egregii et nobiles dd. Tristanus de Savorgnano miles et Ludovicus de Cignottis legum doctor Utinenses, providi Bertrandus de la Villa et Marcutius Culettus de Glemona, Petrus de Venzono, P........ Candidus et Magister Iohannes de Tumetio, Petrus Bonus notarius et .... de Portugruario, Iohannes de Trusso de Montefalcone, Iohannes et Philippus not........ de Marano pro comunitatibus totam universitatem prelatorum, nobilium et comunitatum totius patrie Foriiulii representantes ad generale colloquium seu parlamentum per dictos dd. locumtenentes .... infrascripti specialiter convocati ibidem ad sonum campane more solito et per ipsos dd. locumtenentes coram omnibus supradictis seu causa ipsius, videlicet quod hinc a pluribus diebus citra a tempore recessus prefati reverendissimi d. nostri patriarche de patria, dubitaretur ex multorum vulgatione quod nonnulle gentes armigere de Alemania patriam hanc ingredi, invadere et d........ procurarent hostiliter, tamen ad ipsorum deducebatur notitiam quod quidam nobilis nomine Trechinperg cum certis suis complicibus et sociis ipsos dd. locumtenentes .... per ipsorum litteras .... diffidaverat, petentes et instantes per dictos dd. prelatos, nobiles et comunitates circa predicta taliter providere, quod patria inde minime dampnificaretur .... poster .... taliter .... morabuntur eis resistant audacter et patriam viriliter defendant. Qua propositione sic facta, a potente et nobile .... de Cuchanea sive de Volvesono ut ad eos .... nemine discrepante .... et terminatum extitit quod ipsa propositio et provisio inde fienda remittetur ad ipsius colloquii consilium, ubi sanius, maturius et secretius .... terminare .... atum

per totam patriam inviolabiliter observetur et executioni mandetur. Et sic facta ipsa terminatione, omnes supradicti de colloquio surgentes recesserunt .... loco vocari fecerunt omnes electos deputatos ad generalis colloquii consilium antedictum, qui venientes fuerunt infrascripti videlicet, dd. frater Franceschinus abbas Rosacensis, ... decanus pro prelatis; Articus comes de Porcileis et Nicolussius comes de Prata prefati pro liberis; dd. Iohannes de Zucho, Iohannes Paduanus de Coloreto, Franciscus de Sbroglavacha, Bernardus iunior de Strasoldo, Federicus de Murutio, Rizardus de Castello et Petrus de Attems, Iohannes de Furli et Iacobus de Aquilegia, ..., Virgilius de Virgiliis de Civitate Austria, d. Tristanus de Savorgnano miles et d. Ludovicus de Cignottis legum doctor de Utino ac Bertrandus de la Villa pro comunitatibus ac per dd. locumtenentes riepilogata dicta propositione coram consilio antedicto, omnes consiliarios antedictos nemine discrepante .... mandato locumtenentium petente vigore potestatis eis per dictum colloquium sicut premittitur attribute, definitum, decretum et terminatum extitit, quod attento .... patriarcham de .... cessisse versus Apuliam nec suo nomine, ut tenebatur, in patria familiam aliquam seu provisionem reliquisse ad patrie tuitionem et defensionem ..... die .... recessisse .... itaret, ut publice vulgabatur, quod alique gentes armigere hostiliter patriam nostram intrarent ad ipsius dampnificationem, depopulationem et exterminium et quod quidam nobilis de Truchinperg cum suis complicibus hanc patriam diffidaverat; quod dicti dd. locumtenentes subito deberent invenire, recipere et retinere taleam dictum dominum nostrum tangentem expensis ipsius d. patriarche et ecclesie Aquilegensis .... debebant et tenebantur ad patrie ipsius tuitionem et deffensionem et cum bonis, redditibus ipsius ecclesie et quod ipsi dd. locumtenentes ex nunc potestatem haberent .... taleam patriarche tangentem sine litteris convocare et aggregare vel medietatem ipsius aut tertiam partem secundum quod necessitas fuerit et eis melius ad patrie conservationem videbitur expedire .... vel non venientes seu inobedientes pignorentur per modum alias in similibus consuetum. Post quam determinationem, decretum et deliberationem comunitates Utini et Venzoni ipsius ecclesie fidelissime .... considerantes attendentesque illam statum ipsius ecclesie ac patrie concernere, videntes etiam verissime fructus pecunie seu bona aliqua ad supradictam ecclesiam spectantia in patriam non spectare, namque per dictum d. patriarcham officialesque suos omnia erant recepta, recollecta et de ipsa exportata nisi tantum modo pars tertia fructuum et reddituum ad canipam Utinensem spectantium et in ipsa canipa conditorum quam per .... et distrahere, frater Petrus de Intra .... ibidem caniparius et quidam Franciscus Contius de Portugruario pro ibi dimissus prout aliam parte vendiderant et distrahere .... conabantur .... sciebant et si vendebantur, ut illi querebant, non erat unde patria posset defendi et tueri dictaque talea fieri iuxta predictam determinationem ad ipsius deffensionem, si esset necessarium, decrevit .... Comunitas Utini, patrie voluntatem sequi volens, ne ipsi fructus venderentur et alienarentur, sed si necesse foret ad patrie defensionem dicta deliberatio posset executioni mandari, ipsam partem .... sequestrare prout fecerunt, non armata manu seu erecto vexillo aut campana pulsata, quod non erat .... nec animo iniuriandi ipsi d. patriarche, sed pro tuitione et deffensione patrie in causa ne .... Si necessitas non incumbent conservarentur usque ad reditum eiusdem d. patriarche vel alterius futuri presulis et sibi consignarentur, prout extitit assignata et simili modo dicta comunitas Venzoni .... pecuniis exigendis de muta ibidem non exacta, quia ille omnes erant recepte et exportate, attendentes predicta ad finem prefatum .... prout rei eventus per omnia hoc demonstrabit.

CCCCXIX.

Cividale, 1402, 10 Aprile. — *Il patriarca Antonio Pancera invita in Udine al parlamento il 20 aprile, i nobili consorti di S. Daniele.*

MSS. A or. cart. nel vol. LXV dell'arch. com. di S. Daniele EDD. inedito. TESTO da A.

Antonius dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha [a].

Fideles dilecti. Intendentes more predecessorum nostrorum in huiusmodi nostro primordio nostrum generale colloquium convocare super pluribus et diversis statum huius patrie nostre concernentibus decrevímus idem in terra nostra Utini die XX mensis aprilis celebrare. Quare ad prestandum fidelitatis debite iuramentum et ad providendum circa premissa cum pleno mandato studeatis causa cessante qualibet interesse.

Datum in nostra Civitate Austrie die X aprilis X indictione.

CCCCXX.

Udine, [1402, 19 Aprile]. — *Il consiglio di Udine nomina i rappresentanti al parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini XIV, 314 v. EDD. inedito. TESTO da A.

Electio pro parlamento in dicto consilio. Electi fuerunt qui debeant interesse parlamento pro parte comunitatis: et primo d. Tristanus, ser Nicolaus de Soldoneriis, d. Alovisius de Zignottis, ser Leonardus Miulitti.

CCCCXXI.

Udine, [1402, 12 Maggio]. — *Il consiglio di Udine nomina i consiglieri che devono intervenire al parlamento. Delibera poi intorno alla proposta del patriarca che il comune di Udine inviasse suoi rappresentanti che intervenissero al saggio della nuova moneta.*

MSS. A Annales civitates Utini XIV, 325. EDD. inedito. TESTO da A.

Super litera d. patriarche per quam petit ut consiliarii consilii generalis coloqui vadant ad consilium die dominico proxime futuro pro arduissimis terminandis et proponendis in Portugruario electi fuerunt d. Alovisius Zignotti et ser Leonardus ser Hectoris qui aceptaverunt libenter.

. . . .

Super propositis per dd. deputatos proponentes quod d. patriarcha ordinavit auctoritate propria secundum consilium compatriottarum ut fiant denarii et misit litteras suas consilio Utini mandans ut eligerent aliquos qui interessent confectioni sagii quare, cum hoc videretur eis extraneum, communicaverunt cum fratribus suis Civitatensibus videlicet Nicolao de Portis, et Virgilio pro parte comunitatis Civitatis Austrie transmissis et conclusum fuit inter ipsos quod hoc debeat proponi in consilio Utini et Civitatensis ad determinandum

(a) Il patriarca Antonio Caetani era stato nominato cardinale il 27 febbraio 1402 dal pontefice Bonifazio IX: resa così vacante la sede patriarcale fu ad essa promosso dallo stesso pontefice il vescovo di Portugruaro Antonio Pancera.

quod utilius est pro patria vel ut fiant soldi aut denarii quare concludunt ut provideatur deliberatum fuit quod ambassiatores Utini conferant cum d. Tristano et dd. Civitatensibus in Portugruario et probent hoc deffiniri in consilio colloquii (a).

CCCCXXII.

Udine, 1402, 14 Giugno. — *Il patriarca Antonio Pauciera dietro autorizzazione del parlamento intima ai nobili e comunità il pagamento delle quote descritte, che i medesimi dovevano per le spese degli ambasciatori destinati a definire le vertenze della chiesa di Aquileia coi sudditi austriaci.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Concina di S. Daniele t. II p. 73 da cui c. nella racc. Ioppi.
EDD. inedito. TESTO da B.

Antonius dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha universis et singulis nobilibus videlicet tam liberis quam ministerialibus, habitatoribus et aliis quibuscumque nec non consiliis et comunitatibus terrarum et locorum nostrorum et ecclesie nostre cuiuscumque status, gradus vel condictionis existant nostris fidelibus debitam salutationem et gratiam nostram.

Significamus vobis et cuilibet vestrum qualiter de expensis faciendis per ambasiatores electos et deputatos iuxta deliberationem consilii nostri generalis colloquii totius huius nostre patrie Foriiulii, vim ipsius colloquii in hac parte plenariam obtinentem, ire debentes Villacum pro sopiendis et terminandis differenciis vertentibus inter servitores nostros et ecclesie nostre ex una parte et servitores illustrium principum dd. ducum Austrie etc., ex altera parte, divisis ut moris est, vos et vestrum quemlibet tangit rata inferius descripta. Quare vobis et cuilibet vestrum harum tenore strictissime precipimus et mandamus quatenus dictam ratam vos tangentem inferius declaratam Nicolao familiari nostro latori presentium consignetis vel infra sex dies a presentatione vobis facta presentium imputandos venerabili Nicolao germano nostro dare et consignare integre faciatis. Alioquin dicto elapso termino contra non solventes per mareschalcum nostrum ad pignorationem faciendam pro rata eum tangente et expensis procedi subito mandabimus sine fallo. Harum etc. quas vobis et cuilibet vestrum per dictum Nicolaum mandavimus presentare. Data in castro nostro Utini die XIV iunii, anno domini MCCCCII, X indictionis.

Rata unumquemque tangente et primo nobiles

de Prata	duc	IIII	et den.	LXIIII
de Porcileis	»	IIII	»	LXIIII
de Spilimbergo	»	III	»	XXXII
de Valvasono				
Cucanea et Partistagno	»	VII	»	LXI
Pulcenigo				
Morucium Tricanum	»	III	»	XLVIII
Prampergum	»	IIII	»	XVI
Castellum	»	I	»	LXIIII
Coloretum	»	II	»	LVI
Mels	»	IIII	»	LXIIII
	»	I	»	LXIIII

(a) Già i luogotenenti del patriarca Antonio Caetani avevano invitato il comune di Udine ad inviare " una cum aliis de patria „ alcuni esperti che sopraintendessero al conio della moneta e furono inviati il 16 settembre 1401 Nicolò Soldonieri e l'orafo Giacomo di Montegnacco. Cfr. Liruti, *Notizie* cit. V, 148. Ora l'invito dovette venire dal patriarca e dal parlamento o dal consiglio di questo come si vede dalla formula " secundum consilium compatriotarum „ qui usato.

Prodolonum	duc.	—	et den.	LXXIIII
Strassoldum	"	III	"	—
Villalta	"	I	"	XVI
Chiavoryachum	"	—	"	XLVIII
Fontanabona	"	—	"	LXXII
Atemps	"	I	"	LXIIII
Cergneum	"	—	"	LXIIII
Sbroyavacha	"	I	"	XL
Manyachum	"	II	"	VIII
Varmum superius	"	I	"	XL
Varmum inferius	"	—	"	XXIIII
Pinzanum	"	—	"	LXXII
Flagonea	"	—	"	LXXII
La Fratina	"	I	"	LXIIII
Salvarolum	"	—	"	LXXII
Brazachum superius } Brazachum inferius }	"	—	"	LXXII
Sanctus Daniel	"	III	"	—
Faganea	"	I	"	XL
Manzanum	"	I	"	XL
Toppum	"	—	"	XLVIII
Avianum	"	—	"	LXXII
Sanctus Vitus	"	I	"	XL
Canipa	"	I	"	XVI
Monsregalis	"	—	"	LXXII
Laurenzagha	"	—	"	LXXII
La Meduna	"	—	"	XLVIII
Azanum	"	—	"	XXIIII
Gruarium	"	—	"	XLVIII
Castrum Pagani	"	—	"	XLVIII
Cassacum	"	—	"	XLVIII
Arthenea	"	—	"	XXIIII
Buya	"	—	"	LXXII
Vendoium	"	—	"	XLVIII
Zegliacum	"	—	"	XXIIII
Zopula	"	—	"	LXXII
Mossa	"	—	"	XLVIII
Aquilegiam	"	I	"	XXXI
Civitatem Austrie	"	VII	"	LXXII
Utinum Savorgnanum	"	XXVIII	"	XXIIII
Glemonam	"	VII	"	XXXII
Venzonum	"	IIII	"	L
Tumetium cum canalibus	"	VI	"	—
Sacilum	"	II	"	LXII
Portumgruarium	"	II	"	LXII
Maranum	"	II	"	—
Monsfalco	"	I	"	XXXI
Soclevum } Guart et } Luincis }	"	I	"	—

CCCCXXIII.

Udine, [1403, 5 Gennaio]. — *Il consiglio di Udine delibera di nominare due rappresentanti al parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini XV. fol. 2. EDD. inedito. TESTO da A.

Super littera emanata seu directa huic nostre comunitati per d. nostrum patriarcham ad interessendum colloquio suo celebraturo die XIV presentis mensis ianuarii in Civitate Austria. Deliberatum fuit quod elligantur duo qui vadant dicta die Civitatem causa predicta pro comunitate nostra.

CCCCXXIV.

Cividale, 1403, 30 Gennaio. — *Il patriarca Antonio chiede il pagamento della quota imposta ai castellani per l'invio degli ambasciatori a Roma.*

MSS. A manca. B. c. tradotta in italiano nell'arch. Attimis Maniago da cui c. nella racc. Ioppi. EDD. inedito. TESTO da B.

1403 penultimo di gennaio, Cividale. Lettera del patriarca Antonio ai nobili liberi, ministeriali e abitatori (1): scrive che per le spese degli ambasciatori inviati dal consiglio del parlamento a Roma presso il papa, egli pagò 128 ducati ed il resto deve essere da essi pagato fra 12 giorni, passando il suo maresciallo alla pignorazione contro i non solventi.

Tassa:									
Prata	duc.	7	e den.	16	Porcia	duc.	7	e den.	16
Polcenigo	»	5	»	32	Valvasono, Cucagna e Pertistagno	»	11	»	29
Spilimbergo	»	8	»	18	Castello	»	4	»	4
Prampergo	»	2	»	60	Mels	»	2	»	56
Colloredo	»	7	»	16	Strassoldo	»	1	»	26
Prodolone	»	1	»	26	Caporiacco	»	—	»	72
Villalta	»	1	»	64	Attems	»	2	»	56
Fontanabona	»	1	»	23	Cergnea	»	1	»	28
Pers	»	1	»	28	Maniago	»	3	»	12
Sbroiavacca	»	2	»	20	Varmo Inferiore	»	—	»	26
Varmo Sup.	»	2	»	20	Fratina	»	2	»	56
Pinzano	»	1	»	28	Brazzà Sup. ed Inf.	»	1	»	23
Salvarolo	»	1	»	23	Fagagna	»	2	»	20
S. Daniele	»	4 1/2	»	—	Toppo	»	—	»	72
Manzano	»	2	»	20	S. Vito	»	2	»	20
Aviano	»	1	»	23	Montereale	»	1	»	29
Caneva	»	1	»	74	Meduna	»	—	»	72
Lorenzaga	»	1	»	23	Gruaro	»	—	»	72
Azzano	»	—	»	36	Artegna	»	—	»	36
Castelpagano	»	—	»	72	Budrio	»	1	»	28
Buia	»	1	»	28	Zeliaco	»	—	»	36
Vendoio	»	—	»	72	Mossa	»	—	»	72
Zoppola	»	1	»	28	Aquileia	»	2	»	7
Cusano	»	—	»	72	Udine e Savorgnano	»	42	»	26
Cividale	»	13	»	29	Venzone	»	6	»	75
Gemona	»	11	»	8	Sacile	»	4	»	16
Tolmezzo	»	6	»	—	Portugruaro	»	4	»	13
Marano	»	3	»	—					
Soclevo, Guart e Luincis	duc.	12 1/2 (2)							

(1) Qui deve aggiungersi secondo il doc. che segue: e comunità. (2) Una nota di V. Ioppi avverte che il notaro rogante, secondo un'annotazione esistente in B era Giovanni de Susannis.

CCCCXXV

[Cividale, 1403, 30 Gennaio] (a). — *Il patriarca Antonio intima a tutti i corpi della patria il pagamento di somme dovute per l'ambascieria inviata al papa in Roma d'ordine del consiglio del parlamento.*

MSS. A manca. B c. del sec. XVIII nella busta parlamenti nella biblioteca comun. di Udine con data 29 giugno 1403. Vedi su ciò la nota (a). EDD. inedito. TESTO da B.

Antonius dei gratia S. sedis Aquileiensis patriarcha universis, et singulis nobilibus tam liberis, quam ministerialibus, habitatoribus, et aliis quibuscumque .... consiliis, communitatibus terrarum, et locorum nostrorum, et ecclesie nostre cuiuscumque status, gradus, vel conditionis existentibus nostris fidelibus dilectis, salutem et gratiam nostram. Significamus vobis et cuilibet vestrum qualiter de expensis faciendis per ambasciatores electos et deputatos super deliberationem consilii magnifici generalis colloquii totius huius nostre patrie Foriiulii, vim ipsius collegii in hac parte plenariam obtinentis, ireque debentes Romam ad sanctissimum d. nostrum d. papam.
Divisis (1) ut moris est, cum quadraginta et viginti octo ducatis, reliquis divisis, insuper nos, et vestrum quemlibet tangit rata inferius descripta. Quare vobis cuilibet vestrum harum tenore strictissime precipimus, et mandamus, quatenus dictam ratam vobis tangentem inferius declaratam provido Petro Dono nostro canipario Utini, seu familiari, et nuntio suo presertim infra duodecim dies a postulatione vobis, et cuilibet vestrum facta pretium computatum dare integre et efficaciter consignare curetis alioquin dierum elapso termino contra non solventes per marescalcum nostrum ad pignorationem faciendam pro ipsa rata eorumque tangente, et .... inde faciendis procul dubio procedi mandabimus eorumque inhobedientia non obstante .... sub nostri impressione sigilli testimonio .... quas registrari mandabimus ad cautellam (3).

CCCCXXVI.

Cividale, 1403, 12 Febbraio. — *Il patriarca Antonio invita il consigliere di Gemona ad intervenire al consiglio del parlamento.*

MSS. A Lettere di principi cit. al comune di Gemona fol. 27. EDD. inedito. TESTO da A.

Antonius dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha prudens fidelis dilecte. Super nonnullis gravibus et arduis huius nostre patrie statum cernentibus decernimus die dominica proxime ventura in terra nostra Utini nostrum generalis colloquii consilium celebrare. Cui sicut ipsius patrie statum diligis studeas causa cessante qualibet interesse. Datum in nostra Civitate Austria die XII februarii XI indictione.
A tergo
Prudenti .... vel .... de terra consiliario fidelissimo.

(1) B: divinis. (2) La frase appare monca; dovrebbe essere (ved. il doc. precedente) cum centum viginti octo ducati nos tangant, reliquis divisis, etc. (3) Qui doveva seguire l'elenco delle quote come nel doc. precedente.

(a) La data appare incerta non risultando dal testo. La copia porta in capo l'indicazione: 29 giugno, ma mi sembra probabile che l'or. avrà portato " penultimo ian. " interpretato erroneamente come iunii dal copista. Così la data coinciderebbe col 30 gennaio del doc. precedente che si riferisce alla stessa riscossione.

CCCCXXVII.

Udine, 1403, 2 Marzo. — *Relazione fatta al consiglio di Udine da Andrea Monticoli inviato al consiglio del parlamento e nomina di nuovi consiglieri.*

MSS. A Annales civitatis Utini XV, 101. EDD. inedito. TESTO da A.

Super relatione facta per sapientem virum d. Andream de Monticulis retulentem quod fuerunt ipse et socius eius videlicet ser Nicolaus ser Zanni in consilio colloquii generalis in quo nil ex deffectu consiliariorum tunc non accedentium in consilio factum fuit seu deliberatum fuit; quod die lune proxime sequenti debet fieri consilium colloquii in Utino unde notificat quod provideatur super hoc. Deliberatum fuit et elligerunt d. Tristanum de Savorgnano et d. Andream de Monticulis et ser Nicollaum ser Zanni.

CCCCXXVIII.

1403, 3 Aprile. — *Credenziali del parlamento a Corrado Boiani ed a Niccolino della Torre suoi inviati all'ambasciatore imperiale.*

MSS. A Cod. dipl. Boiani nel R. Museo di Cividale or. cart. EDD. inedito. TESTO da A.

Reverende pater et domine. Ad paternitatis vestre presentiam dirigimus nobiles et egregios viros dd. Conradum Boyanum militem de Civitate Austria et Nicolinum de Laturre compatriotas nostros carissimos, mentis nostre plenarie informatos, quibus in dicendis nostri parte fidem vestra paternitas placeat credulam adhibere. Datum in castro Utini die II aprilis XI indictionis.

Prelati, nobiles et comunitates totius Foriiulii.

A tergo

Reverendo in Christo patri et d.d. episcopo Spirensi invictissimi principis et d.d. regis Romanorum ambaxiatori ut patri singulari.

(*sigilli della comunità di Udine, del vescovo di Concordia ed altro consunto*).

CCCCXXIX.

1403, 20 Maggio. — *Spese sostenute dal capitolo di Udine per l'invio di rappresentanti al parlamento.*

MSS. A Reg. dei dapiferi dei canonici di Udine busta 2 fasc. 2. EDD. inedito. TESTO da A.

Die dominico XX maii expendi de mandato capituli pro naulo trium equorum quos equitaverunt dd. Andreas de Sbroglavacha et Iacobus de Amaro cum uno familiari ad Glemonam quando factum fuit colloquium in dicta Glemona et aliis expensis factis per eos pro se et equis de mandato capituli eundo stando et redeundo march. I for. XII.

CCCCXXX.

Udine, [1403, 27 Luglio]. — *Il consiglio del comune di Udine elegge i propri ambasciatori al parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini XV, 135. EDD. inedito. TESTO da A.

Pro ellecione ambassiatorum mittendorum ad colloquium.

Super propositis per ser Iacobum de Montegnacho pro se et collegis suis quod elligantur ambasiatores mitendi ad colloquium.

Deliberatum fuit et ellecti fuerunt ser Leonardus ser Hectoris, ser Christoforus de Bonbenis.

CCCCXXXI.

Udine, [1404, 26 Febbraio]. — *Il consiglio di Udine nomina i propri ambasciatori al parlamento* (a).

MSS. A Annales civitatis Utini XV, 216. EDD. inedito. TESTO da A.

Electio ambaxiatorum ad colloquium generale.
Dicta die in dicto consilio ellecti fuerunt in ambaxiatores ad colloquium generale modo die dominico proxime celebrando in Portogruario d. Andreas de Monticulis, d. Christoforum de Bonbenis.

CCCCXXXII.

Udine, 1409, 14 Aprile. — *Il consiglio di Udine nomina i propri ambasciatori al consiglio del parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini XV, 234. EDD. inedito. TESTO da A.

Ellectio ambaxiatorum ad consilium colloquii generalis.
Super propositis per ser Nicolaum de Soldoneriis pro se et collegis suis. Exponentes quomodo d. noster patriarcha misit unum literam comunitati nostre ad convitandum super consilio colloquii generalis cellebrando in Civitate Austria quare rogavit ut elligantur duo ambaxiatores ad eundum ad dictum consilium et ellecti fuerunt hii duo, videlicet ser Nicolaus de Soldoneriis et ser Leonardus ser Hectoris.

CCCCXXXIII.

Gemona, [1404], 29-30 Aprile. — *Il consilio minore di Gemona invia rappresentanti al parlamento e dà loro istruzioni per scusare la rottura della strada di Germania fatta in odio ai Venzonesi.*

MSS. A registro or. delle deliberazioni del consiglio comunale nell'archivio di Gemona fol. 13. EDD. inedito. TESTO da A.

Deliberatum fuit quod quia proxime die dominico in Civitate Austrie debebat colloquium generale celebrari ubi minime dubitabatur querelam contra nos Venzonenses esse expposituros occasione strate per nos fracte et per Glemonam ducte, elligi deberent quatuor boni viri ad ipsum colloquium profecturi nostraque iura et intentionem defensuri et excusationem facturi et excusationis causas allegaturi prout discretius sciverint expedire. Et electi fuerunt hi videlicet: ser Thurinus de Brugno, ser Bertrandus de Lavilla, ser Antonius, ser Nicholaus de Cramis.
Die ultima aprilis. Deliberatum extitit quod duo ambaxiatores ex supradictis quatuor ellectis ambaxiatoribus ante dictum colloquium celebrandum premitti deberent ad comunitates Utini et Cividati eas deprecando ut nos in facto dicte strate habeant recommissos et electi fuerunt videlicet ser Beltrandus de Lavilla et ser Nicholaus de Cramis.

(a) In questo, come nel precedente, son designati come "ambasciatori" i rappresentanti del comune di Udine nel parlamento o nel consiglio, per seguire il linguaggio dei documenti.

CCCCXXXIV.

Gemona, [1404], 8 Novembre. — *Il consiglio minore di Gemona invia ambasciatori che conferiscano coi delegati del consiglio del parlamento, che debbono recarsi a Lubiana per le differenze coi duchi d'Austria.*

MSS. A registro delle deliberazioni or. del Consiglio minore di Gemona, nell'Archivio comunale di Gemona f. 33. EDD. inedito. TESTO da A.

Die VIII novembris. Deliberatum fuit quod quia dicebatur egregium militem d. Coradum Boyanum, d. Thomam de Spegnimbergo, d. Andream de Monticulis et ser Iohannem de Susana esse ituros Laybacum ubi esse debebant ambaxiatores dd. ducum Austrie ex deliberatione alias facta per consilium colloquii super tollendis differentiis etc. debeatur mitti unus ambaxiator ad predictos, eos pro parte comunis rogaturus ut facta comunis sint eis recommissa specialiter super facto Vanni etc. et electus fuit Antonius olim pre Leonardi.

CCCCXXXV.

Udine, [1405], 3 Gennaio. — *Spese sostenute dal capitolo di Udine per l'invio d'un rappresentante al parlamento.*

MSS. A registro del dapifero del capitolo di Udine cit. busta 2 fasc. 3. EDD. inedito. TESTO da A.

Die III ianuarii MCCCCV dedi de mandato capituli d. Rizardo canonico qui equitavit S. Danielem ad parlamentum cum duobus equis et uno familiari et expendidi sol. CXXIIII.

CCCCXXXVI.

Udine, [1405, 5 Gennaio]. — *Il consiglio di Udine elegge due ambasciatori al prossimo parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini XV, 338. EDD. inedito. TESTO da A.

Super propositis per camerarium comunis exponentem quod crastina die est coloquium generale in S. Daniele quare rogavit ut elligantur duo ambassiatores. Deliberatum fuit quod elligantur. Et hii fuerunt electi videlicet d. Iohannes de Chavalcantibus, ser Nicolaus de Toppo.

CCCCXXXVII.

Udine, 1405, 21 Febbraio. — *Spese sostenute dal capitolo di Udine per l'invio di rappresentanti al parlamento.*

MSS. A registro del dapifero del capitolo di Udine cit. busta 2 fasc. 4. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XXI februarii expendi pro duobus equis et aliis expensis factis per d. Iacobum de Amaro et presbitero Dominicum de Budrio quando iverunt Sacilum ad parlamentum per d. patriarcham celebratum marchas sol. II.

CCCCXXXVIII.

Udine, [1405, 9 Marzo]. — *Il consiglio di Udine nomina due ambasciatori al prossimo parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini XVI, 30. EDD. inedito. TESTO da A.

Ellectio ambassiatorum ad colloquium generale.
Dicta die in dicto consilio ellecti fuerunt hii ut pro parte huius comunitatis vadant ad coloquium generale Glemone videlicet d. Andreas de Monticulis, ser Tobias Aloii.

CCCCXXXIX.

1405, 11 Marzo e 27 Marzo. — *Spese fatte dal capitolo di Udine per l' invio di rappresentanti ai parlamenti di Gemona e S. Daniele.*

MSS. A registri del dapifero del capitolo di Udine cit. busta 2 fasc. 3-4. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XI marcii MCCCCV de mandato capituli expendi pro duobus equis et aliis expensis factis per d. Andream de Sbroglavacha quando ivit Glemonam ad parlamentum per d. patriarcham celebratum sol. CXXVIII.
Die XXVII marcii de mandato capituli expendi pro duobus equis et aliis expensis factis per d. Andream de Sbroglavacha quando ivit S. Danielem ad parlamentum per d. patriarcham celebratum sol. LXXXII.

CCCCXXXX.

Gemona, [1405], 29 Marzo. — *Il consiglio minore di Gemona si dichiara pronto ad apporre il suo sigillo a certe lettere che il patriarca Antonio voleva inviare al Papa per scusarsi degli addebiti fattigli, come era stato richiesto dal consiglio del parlamento.*

MSS. A registro originale delle deliberazioni del consiglio minore di Gemona f. 8. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XXVIIII martii. Deliberatum fuit quod cum alias reverendissimus d. noster d. patriarcha nos requisiverit ex deliberatione consilii parlamenti ut deberemus sigillare certas litteras suas quas mittere volebat ad curiam Romanam et summo pontifici et dd. cardinalibus ad sui excusationem super nonnullis articulis contra ipsum et honorem suum productis et presentatis. Respondeatur quod parati sumus eidem complacere et sigillare dictas suas litteras ad omnem sui requisitionem et voluntatem.

CCCCXLI.

Udine, [1405], 21 Agosto (a). — *Spese del cameraro del comune di Udine per l'invio dei rappresentanti del comune al parlamento tenuto a Portogruaro.*

MSS. Frammento di registro del cameraro nella bibl. com. di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XXI mensis augusti de mandato dd. deputatorum missi fuerunt ambaxiatores ser Leonardus ser Hectoris et ser Gabriel de Soldoneriis Portumgruarii ad parlamentum et equitaverunt cum sex equis et una die ante misi duos equos Morteglanum cum uno famulo et ser Meliadusius notarius etiam tanquam procurator equitavit cum eis quia ser Odoricus notarius de Carnia non erat in Utino et dubitabatur quod non interesset ad protextandum. Pro quibus expendidi pro naulis equorum sol. LXX pro singulo equo videlicet pro quatuor equis in quatuor diebus et duobus equis in quinque diebus, item pro salario famuli videlicet pro tribus, quatuor diebus sol. VIIII pro singulo in die. Item pro uno familiari in diebus V sol. VIIII pro singulo. Item pro salario ser Meliadusii solidos XX pro singulo die in IV diebus. Item pro expensis cibi et potus pro se et equis et ser Meliadusio marchas soldorum V et solidos XIII.

Item pro ser Odorico not. de Carnia qui fuit etiam ad dictum parlamento de mandato d. Tristani et septem deputatorum dedi ducatum in auro unum: capit marchas soldorum X et mediam et solidos XV.

CCCCXLII.

Udine, [1405], 23 Agosto. — *Spese sostenute dal capitulo di Udine per l'invio d'un rappresentante al parlamento tenuto a Portogruaro.*

MSS. A registro del dapifero del capitolo cit. busta 2 fasc. 3-4. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XXIII augusti expendi pro uno curru quando presbiter Iacobus Gervasii ivit ad parlamentum celebratum in Portugruario et pro expensis per ipsum presbiterum Iacobum factis marchas solidorum I et solidos XXXIV et avene pisonales II.

CCCCXLIII.

Udine, [1405], 22 Settembre (b). — *Spese sostenute dal cameraro del comune di Udine per l'invio dei deputati del comune al consiglio del parlamento.*

MSS. A Frammento di registro del cameraro nella biblioteca comunale di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XXII mensis septembris de mandato dd. deputatorum electi fuerunt ad consilium parlamenti ad Portusgruarium ser Leonardus et Hector et ser Meludusius et ipsi fuerunt post Morteglanum. Unde ibi d. Tristanus consuluit mittere d. Iohannem de Cavalcantibus loco ser Melodusii et equitaverunt cum

(a) Il dott. G. D. Ciconi che possedette e fece rilegare questi registri, attribuì al presente frammento la data 1417. Essa è del tutto arbitraria e contraddetta dal fatto che in essi Tristano Savorgnan appare in buoni rapporti col comune, mentre nel 1417 egli era bandito dal patriarcato. Conviene invece la data 1405, giacchè appunto al principio della terza decade d'agosto, appare convocato un parlamento a Portogruaro, come si vede dal documento che segue.

(b) Il documento che segue è scritto nello stesso foglio e della stessa mano del precedente 1405, 21 agosto. Valgono pertanto le stesse ragioni per la datazione ivi addotte n. (a).

sex equis de quibus equis duo fuerunt heredum q. ser Ucelli et quatuor fuerunt acepti ad naulum. Et expendi primo pro quatuor equis ad naulum aceptis in quatuor diebus sol. LXX pro singulo equo. Item pro tribus famulis sol. CVIII. Item pro expensis pro se et equi in pastu marchas soldorum tres quas mutuavit ser Iohannes Tomasii.

Capit marchas soldorum quinque et solidos LXVIII ducatos auri IIII.

CCCCXLIV.

Monfalcone, 1405, ... — *Il parlamento ristabilisce la strada di Germania nel percorso corrente per S. Daniele.*

Da Gerolamo Sini, *Cronaca della terra di S. Daniele.* EDD. S. Daniele 1902 p. 28-29. TESTO dalla suddetta cronaca.

[1405, ...] "Alla comunita sorgevano sempre nuovi travagli e fu sforzata mandare l'anno 1405 al parlamento di Monfalcone per difendere la nuova difficoltà nata per la strada che conduce in Germania, volendola deviare da S. Daniele e ridurla in altra parte, e sopra ciò fu conteso grandemente allegando molte ragioni, l'una e l'altra parte, in fine fu deciso a favore di S. Daniele, confermando la strada nel luogo dove per il passato avea camminato „.

CCCCXLV.

Udine, 1406, 26 Giugno. — *Appello alla Sede pontificia presentato dalla comunità di Tolmezzo contro una deliberazione del consiglio del parlamento favorevole ai Venzonesi.*

MSS. A perg. or. nell'archivio municipale di Tolmezzo. B c. di Giovanni Gortani nei suoi ms. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo sexto, indictione quartadecima, die vigesimo sexto mensis iunii. Actum in castro Utini in camera aquilarum Aquilegensis diocesis, presentibus nobilibus, sapientibus et providis viris dd. Andrea de Monticolis in iure civili licenciato, Bartholomeo generali marscalcho dicti d. patriarche, Iohanne de Zucho q. d. Varnerii de Chuchanea, Bartholomeo de Maniacho, Francisco della Fratina, Christophoro de Chuchanea testibus et aliis pluribus ad hec vocatis et rogatis.

Ibique coram reverendissimo in Christo patre et d.d. Antonio dei gratia patriarcha Aquilegensi comparuit Iohannes Paiussius notarius de Tumecio tanquam sindicus et procurator ac sindacario et procuratorio nomine hominum et comunitatis terre Tumecii Aquilegensis diocesis et eidem reverendissimo d. patriarche exibuit et presentavit in scriptis infrascriptam appellationem, petens, instans, narrans et protestans prout in inscripta appellatione continetur cuius quidam appellationis in scriptis producte tenor sequitur et est talis.

Coram vobis reverendissimo in Christo patre et d.d. Antonio dei gratia sancte sedis patriarcha comparet Iohannis Paiussius notarius de Tumecio tanquam sindicus et procurator et sindacario et procuratorio nomine hominum et universitatis terre Tumecii Aquilegensis diocesis et graviter conquerens coram vos exponit et dicit, quod sancta sedes Aquilegensis et tota patria Foriiulii ac subditi eius, Christi fide recepta, semper et continuo in sua sancta, benedicta et aurea libertate et celesti bono semper vixit, stetit et permansit et per sanctos et reverendissimos patriarchas conservata fuit et protecta sine ullis angariis et vectigalibus usque in modernis temporibus vestris, exceptis et salvis antiquis mutis et certis regalitatibus iam dicte ecclesie Aquilegensis et eius

gastaldiorum, quam etiam quorundam dd. prelatorum et nobilium patrie Fori-
iulii. Sed modo nuper per homines de Venzono, etiam dicte diocesis qui
iam non dudum pervenerunt ad gremium et obedientiam antedicte sedis Aqui-
legensis, licet coacti et inviti, cum antea fuissent subditi interdum dd. ducibus
Austrie, et interdum dd. comitibus Goricie, contra dictam sanctam et benedictam
libertatem, eorum proterva iniusta et iniqua ellacione, hoste irsuto eos con-
fortante, in contemptum, dampnum et iacturam maximam prefate sedis Aqui-
legensis et gracie vestre reverendissime, tiranidem statuerunt, mandaverunt
et ordinaverunt inter se, quod non permittantur duci per stratam publicam et
antiquissimam, antequam Venzonum fieret transeuntem, per Venzonum bladum
et vinum hominibus de dicta terra Tumetii, que semper fuit filia fidelis et est
sepedicte ecclesie Aquilegensi et ulterius sacramento compellendo et sub pena
XI denariorum, singulos carizatores ducentes bladum et vinum in contrata
Carnee, ut dicant et declarent si vinum et bladum quod ducunt est hominum
de terra Tumecii. Et quod deterius est, ipsi de Venzono spernentes et con-
tempnentes mandata per gratiam vestram reverendissimam eis facta super
prefatis per eos commissis ita scelerate revocandis et nichilo apreciantes,
tamquam eorum non esset dominus, in maius contemplum et despectum gracie
vestre, modo post mandata per graciam vestram reverendissimam eis iniuncta,
super premissis anullandis, de vobis nihil curantes, violenter detinent et deti-
nuerunt nobili viro d. Muschino della Turre gastaldioni et capitaneo vestro
in dicta terra Tumecii et tota contrata Carnee, carrum unum frumenti, et
Iacobo Codetti de Tumecio de dicta terra vestra Tumecii, staria duo frumenti,
quod minime facere possunt nec debent contra prefatam sententiam et bene-
dictam libertatem antedicte ecclesie Aquilegensis et tocius patrie Foriiulii. Et
precipue cum omnes et singule strate dicte Aquilegensis diocesis mere et
libere sint sub iurisdictione et dominio reverendissime gracie vestre et dicte
sancte Aquilegensis diocesis, ipsam sceleratam, iniquam et maledictam tiranidem
modo nuper a duobus mensibus, perpera et de facto, in eorum statutum con-
vertendo, contra honorem et statum reverendissime gracie vestre, in vitupe-
rium, dampum et usurpationem et derogationem et preiudicium contrate vestre
Carnee statutorum, privilegiorum, antiquarum et laudabiliam consuetudinum
ipsius vestre terre Tumecii et contrate Carnee et regalitatis infrascripte. Quare
prefati homines de dicta terra Tumecii cum vitandi maiores errores et scandala
in dicta patria Foriiulii voluntate et cupientes in sua pristina libertate et fra-
ternitate per vestram reverendissimam graciam reduci, relaxari et conservari
una cum patria Foriiulii, sicut hactenus stetit et conservata fuit, cum a crea-
tione seculi nunquam fuit auditum tam enorme, protervum, maledictum et
pessimum facinus fuisse commissum et perpetratum contra prefatam sanctam
et benedictam libertatem sancte sedis Aquilegensis in ipsa patria Foriiulii ad
reverendissimam graciam vestram non semel sed pluries suos miserunt amba-
xiatores, graviter conquerendo contra prefatos de Venzono de antedicta eorum
ellatione et tirannidate contra eos de Tumecio perpetrata et commissa, suppli-
citer exorantes ut per graciam vestram reverendissimam super prefatis ita
et taliter remediaretur et provideatur ut ipsi de Tumecio in eorum pristinam
libertatem conserventur et prefati homines de Venzono de prefata gravitate et
tiranidate eorum taliter puniantur ut eorum punicio aliis compatriotis sit
exemplum, premedita[n]tes ipsi homines de Tumecio quod nisi a principio
remedietur et tollatur error iste, ex tali sintilla ignis maximus et error pessi-
mus poterit oriri (a). Asserentes et dicentes in sanguinem eorum et animas suas,
quod antequam istam et tam sceleratam tiranniditatem vellent pati et substinere
cum soliti sint vivere in prefata sancta et benedicta libertate ecclesie Aquile-
gensis et per reverendissimam graciam vestram adiuvari non possunt, nec
remedium invenitur super prefatis contra prefatos, pocius destruerent eorum
domus, mansiones et bona cum muris et tunc perderent se ipsos, et demum
in premissis omnibus tam corporis quam animi appositis viribus remedium
eque opportunum ad inveniendo. Quibus gravaminibus sic ut premittitur expo-

(a) parva favilla gran fiamma seconda.

sitis, de mandato vestro in generali colloquio patrie Foriiulii prefata scelerata
et pessima tiraniditate contra homines de Venzono lamentabiliter exposuerunt
ambaxiatores de Tumecio, suppliciter exorantes et cum instantia petentes ut
super premissis erroribus tollendis taliter provideretur per reverendissimam
graciam vestram et reverendos dd. prelatos et egregios et nobiles viros et
discretos cives terrarum ipsius patrie Foriiulii, quod ipsi de Tumecio tanquam
fideles filii ecclesie Aquilegensis in sua continua sancta libertate possint per-
manere et stare una [1] cum aliis subditis ecclesie Aquilegensis, ne error peior
priore ex prefatis possit oriri et nasci. Ad qua respondentes in dicto colloquio
ambaxiatores de Venzono, quod prefata faciunt hominibus de Tumecio eo
quod ipsi de Tumecio non dimittunt illis de Venzono duci carnes lacticinas
inter utrumque passa [a] per dictam terram Tumecii de contrata Carnee. Ad
quorum de Venzono propositiones et responsiones, ambaxiatores de Tumecio
respondendo replicarunt quod ecclesia Aquilegensis in dicta terra Tumecii et
tota contrata Carnee habet meram istam regalitatem, quod nulla persona pre-
sumat extra gastaldiam Carnee ducere carnes lacticinas inter utrumque passa
sine licencia dominii existentis in terra Tumecii seu in castro iuxta posito
nomine dd. patriarcharum et contrafacientes et inobedientes seu rebelantes
cadant in penam XI denariorum dicto dominio applicandorum et nunquam
fuit decretum contra dictum nisi a Venzonensibus et quibusdam eorum fauto-
ribus et complicibus semper cupientes dictam regalitatem et nonnulla alia iura
dicte gastaldie contrate Carnee contra honorem et statum iurium dicte ecclesie
Aquilegensis et prefate terre Tumecii abolere destituere et anullare, quod
minime potuerunt facere dei gracia et matris eius Virginis intemerate, eo quod
ipsa differencia prefate regalitatis de dictis carnibus semel est ablata et remota
inter homines de Venzono et dominium Carnee et terre Tumecii per reveren-
dissimam graciam vestram, quia ubi homines volentes ducere carnes lacticinis
inter utrumque passa extra prefatam gastaldiam Carnee tenentur omni vice
petere licenciam, ipsi de Venzono non tenentur petere nisi una vice tantum
inter utrumque passa dictam licenciam, ut patet privilegio gracie vestre eisdem
de Venzono de gracia concessa. Que quidem omnia supradicta posita fuerunt
ad consilium parlamenti in quo quidem consilio parlamenti, dum super pre-
fatis erroribus remediandis deberet differri et provideri, ambaxiatores de Ven-
zono steterunt in eodem; quod fieri non debebat duabus de causis: primo quia
homines de Venzono non sunt de consilio parlamenti, secundo quia sunt pars
que facit et fecit prefatas gravitates molestas et tiraniditates hominum de
Tumecio, vobis, reverendissimo patri et ceteris consiliariis pacienter substi-
nentes ac comportantes ipsos ibidem stare. Et vobis, reverendissimo patre,
contra deum et iusticiam et contra deum iusticiam et contra meram regalitatem
vestram et ecclesie Aquilegensis consenciente et in contrarium non dicente,
postquam non exiverunt de dicto ipsi de Venzono, contra statum et honorem
tam vestre gastaldie, et etiam contra honorem et statum dicte terre Tumecii,
diffinitum fuit seu deliberatum, non citatis non vocatis illis de Tumecio ad
allegandum, dicendum, proponendum et non statuto eis termino ad probandum
et producendum de iuribus suis, ymo pocius ecclesie Aquilegensis et dicte
terre Tumecii quod minime pati debebatur. Cum ipsa sit mera vestra regalitas
et semel per vos super prefata regalitate, inter dominium vestrum Carnee et
eos de Venzono provisum fuit quod ipsi homines de Venzono carnes lacti-
cinias inter utrumque passa extra dictam gastaldiam Carnee ducere possint
sine licencia dominii prefati aliqua, quod nullus alius facere potest; et hoc
contra statuta, privilegia, antiquasque et laudabiles consuetudines ipsius vestre
gastaldie contrate Carnee et dicte terre Tumecii hactenus habitas et observatas.
Quare prefatus Iohannes Paiussius notarius, sindicus et procurator hominum
universitatis dicte terre Tumecii, tam propter ius iurandum per ipsos prestitum

(1) B: unaa.

(a) Devono essere i passi per i quali dalla Carnia si penetra nel Friuli: cioè quello di Venzone e quello di Braulins.

gracie vestre reverendissime [et] gastaldionibus vestris Carnee de deffendendis
iura iurisdictiones et consuetudines tam dicte gastaldie vestre Carnee, quam
et pro eorum honore et statu conservatione suorum statutorum iurium et liber-
tatum, postquam reverendissima gracia vestra cum omni miti subiectione negligit
dicta vestra iura deffendere, senciens se nomine quo supra de dicta diffinitione,
pronunciatione seu deliberatione vel mandato, si sic dici meretur, quod negatur,
indebite et iniuste gravatus, tanquam iniuste et indebite, per vos et dictos
consiliarios parlamenti factis, dictis, prolatis et promulgatis et de omnibus inde
secutis et secuturis tanquam iniquis et iniustis ac inique, perpera et iniuste,
et de facto, nec non contra omnem iustitiam, dictis factis et promulgatis: et
timens in posterum se, nomine quo supra, forcius gravari ab ipsa diffinicione,
pronunciatione, declaratione seu deliberatione et mandato et de omnibus inde
secutis et secuturis tanquam nullis et iniustis, ad sanctissimum dominum
nostrum d. Innocentium divina providencia sacrosancte Romane ecclesie sum-
mum pontificem papam VII et ad eius sanctam sedem et curiam Romanam
in hiis scriptis provocat et apellat, apellationisque semel, bis et ter, instanter,
instantius et instantissime, sepe, sepius et sepissime, et iterum cum instancia
petit per vos sibi quo supra nomine dari et concedi cum termino iuris, subi-
ciens se nomine quo supra et dictorum constituentium iura, ymo pocius iura
dicte ecclesie Aquilegensis protectioni, deffensioni et tuitioni supradicti san-
ctissimi d. nostri pape et eius sancte sedis curie seu Romane, protestans quod
hac eius appellatione perdurante nihil debeat inovari. Cause autem supradictarum
nullitatis, iniquitatis et gravaminum sunt superius clare et expresse et inferius
describuntur et huic sue appellationi dictus sindicus et procurator inserit, su-
bicit, et apponit copulative et alternative et alia melius et utilius prout huic
sue appellationi videbitur competere et convenire.

Prima, quia dicta terra Tumecii Aquilegensis diocesis, in qua semper
resedit et de presenti residet regimen contrate Carnee, scilicet d. gastaldio
seu capitaneus et officialis dicte sedis Aquilegensis et reverendorum dd. patriar-
charum predecessorum vestrorum et de presenti gracie vestre, ymo pocius
dicta Aquilegensis ecclesia semper habuit et de presenti habet ex antiquissima
consuetudine et iurisdictione ac ex mera regalitate, quod inter utrumque passa
nulla persona presumat seu audeat ducere seu duci facere extra dictam con-
tratam Carnee carnes lacticinias sine licencia dominii seu dd. gastaldionum
dicte contrate Carnee pro tempore existentium in ipsa contrata Carnee; con-
trafaciens vero cadit in penam XI denariorum aplicandorum gastaldionibus
ipsius gastaldie seu officialibus dicte Aquilegensis ecclesie et sic vobis consen-
tiente dicta consuetudo et mera regalitas rumpitur;

Secunda, quia statuto autenticato per reverendissimam graciam vestram,
inspecta et considerata evidenti utilitate tocius contrate Carnee ac antiqua
laudabili et fructuosa consuetudine et precipue maseriorum (1) virorum et dicte
ecclesie vestre Aquilegensis, prefata iurisdictio et consuetudo et regalitas ca-
vetur et observetur;

Tercia, quia privilegio cavetur quod si homines de Venzono inter utrumque
passa volunt extra dictam contratam seu gastaldiam Carnee ducere carnes lacti-
cinias, tenentur semel tantum petere ipsam licenciam, ubi ab aliis personis
quandocumque dicti carnes lacticinie extraducuntur licencia petitur;

Quarta, quia a personis quibuscumque que dictas carnes extra dictam con-
tratam Carnee ducunt licencia petitur a dominio quocies ducuntur, et sic obser-
vatum est;

Quinta, quia non solum ipsa gastaldia contrate Carnee et terre (2) Tumecii
habent antedictam iurisdictionem iuridictionem, regalitatem et consuetudinem
de dictis carnibus, sed etiam plures alii domini prelati et nobiles, terre et
castra ac gastaldie et capitaneati patrie Foriiulii;

Sexta, quia vos, reverendissime patriarcha et domine, cum in curia Romana
creati fuistis in d. patriarcham Aquilegensem et cum graciose recepti fuistis

(1) Così B. (2) Così B; probabilmente terra.

in adventu vestro in ecclesia Aquilegensi et patria Foriiulii, iurastis per sacramentum conservare, deffendere gubernare et manutenere et non removere consuetudines, iurisdictiones ecclesie Aquilegensis et tocius patrie Foriiulii, quod super prefatis casibus consuetudine et regalitate cum omni debita reverentia minime facitur nec servatur, in magnam derogationem et preiudicium Aquilegensis ecclesie, dicte terre Tumecii et contrate Carnee, quia hoc faciendo et paciendo, etiam alia iura dicte gastaldie Carnee rumperentur non solum per Venzonenses qui semper conantur iura istius gastaldie destruere et anichilare sed etiam per alios circhavicinos et compatriotas, pro quibus quidem regalitatibus, iurisdictionibus et libertatibus dicte gastaldie Carnee et terre Tumecii protegendis, tuendis et defendendis per ipsos de terra Tumecii predicta expenditur ultra dimidium eorum substancie et facultatum;

Septima, quia ipsi homines et universitas terre Tumecii predicti, vigore sacramenti fidelitatis premissi in manibus gracie vestre reverendissime de statu vestro et iuribus et consuetudinibus ecclesie Aquilegensis, coguntur iura et consuetudines dicte gastaldie contrate Carnee et dicte terre Tumecii protegere et deffendere tamquam ipsi gastaldie subditi et caput tocius contrate Carnee;

Octava, quia quandocumque aliqui mittuntur gastaldiones seu officiales ad regendum et gubernandum ipsam gastaldiam et contratam Carnee, ipsi homines et universitatis terre Tumecii in manibus dictorum gastaldionum seu officialium, iura et consuetudines et statuta ipsius gastaldie contrate Carnee et dicte terre Tumecii conservare et deffendere nomine ecclesie Aquilegensis et propter ea vigore eorum debiti et sacramenti coguntur dictas consuetudines et statuta ipsius gastaldie contrate Carnee et dicte terre Tumecii conservare et deffendere nomine ecclesie Aquilegensis et propter ea vigore eorum debiti et sacramenti coguntur dictas consuetudines regalitates et iurisdictiones defendere alegare et conservare, quia si non defendissent ipsi de Tumecio et non deffenderent, iura et consuetudines ipsius, ubi redditus ipsius gastaldie venduntur mille et sexcentum ducatis et ultra, non venderentur mille, eo quod multocies, ymo semper in ipsa gastaldia et sepe mittuntur gastaldiones et officiales qui ipsa iura et consuetudines penitus ignorant et homines de Venzono precipue inter ceteras etc.;

Nona, quia in prefato consilio parlamenti, in quo facta fuit et declaracio seu deliberacio, si sic dici meretur, quod negatur contra iura et consuetudines et regalitates ecclesie Aquilegensis in dicta gastaldia Carnee et dictum quod ipsi de Venzono non teneantur petere licenciam a d. gastaldione Carnee inter utrumque passa ducendi carnes lacticinias extra dictam gastaldiam Carnee quamquam ceteri volentes ducere carnes extra ipsam gastaldiam teneantur petere licenciam prefatam, interfuerunt ambaxiatores Venzoni, quod esse non debuit, cum nullus de Venzono sit de consilio parlamenti ecclesie Aquilegensis nec vocem habent in dictis consiliis; item quod ipsi sunt pars totaliter cupiens removere dictam consuetudinem et regalitatem a dicta gastaldia, quod non facit aliquis subditus ecclesie Aquilegensis et vos substinuistis eos stare, quod fieri non debebat;

Decima, quia ubi ipsa regalitas de prefata licencia petenda inter utrumque passa de carnibus lacticiniis extra gastaldiam prefatam ducendis mere est ecclesie Aquilegensis reverendissima vestra gratia substinuit, quod consiliarii parlamenti diffinirent, quod facere non potuissent, nec vos debuistis tamquam pastor et d. patriarcha pati nec de iure potuistis et potissime propter sacramentum vestrum predictum in dampnum et preiudicium ecclesie et dicte eius gastaldie et vestre et dicte terre Tumecii;

Undecima, quia non citatis, non vocatis aliquibus de dicta terra Tumecii ad proponendum, contradicendum, alegandum, producendum, probandum et deffendendum de iuribus suis, ymo pocius ecclesie sancte Aquilegensis facta fuit in consilio parlamenti dicta diffinicio seu deliberacio, si sic dici meretur, quod negatur, videlicet quod ipsi de Venzono, sine licencia dominii seu gastaldionis Carnee, possint extraducere carnes lacticinias inter utrumque passa, quod de iure nequivit nec potuit nec potest;

Duodecima, quia nec a tempore sancti Hermacore patroni et patriarche beatissimi S. Aquilegensis sedis citra, sub cuius pastorali baculo dicta contrata Carnee fovebatur, nec sub reverendissimis dd. patriarchis predecessoribus vestris Gregorio, Raymundo, Bertrando, Nicolao, Ludovico, Iohanne et Antonio obtentum fuit in contrarium, nec sub reverendissima vestra gracia, a qua ipsa consuetudo, iurisdictio, regalitas, de dictis carnibus lacticiniis per privilegium gracie vestre inter dictam gastaldiam vestram Carnee et homines de Venzono est autenticata et approbata;

Tercia decima, ubi in conspectu gracie vestre ambaxiatores terre Tumecii conquesti fuerunt de prefata tiranniditate potestatis ipsorum de Venzono contra eos de Tumecio perpetrata et commissa et cur de mandato prefaté gracie vestre similiter conquesti fuerunt in parlamento et de parlamento dicta eorum querela fuit ad consilium parlamenti redacta, in quo consilio parlamenti, ubi debebat diffiniri et deliberari super prefata tiranniditate et gravamine per illos de Venzono contra illos de Tumecio, diffinitum et deliberatum est, vobis presentibus, quod regalitas vestra prefata et vestre ecclesie Aquilegensis de dictis carnibus lacticiniis in derogationem preiudicium et dampnum dicte ecclesie Aquilegensis et dicte terre Tumecii suorumque statutorum, iurium et privilegiorum, salvis aliis causis suis debito tempore proponendis et alegandis, non astringens se ad probandum omnia et singula suprascripta, sed ea solum que sufficiant ad victoriam dicti sindici et procuratoris, ymo verius iurium et consuetudinum regalitatis dicte Aquilegensis ecclesie et dicte terre Tumecii in totum vel in parte ad cassationem annullationem vel impugnationem diete diffinitionis, pronunciationis seu deliberationis.

Qua quidem appellatione sic ut premittitur presentata supradicto d. patriarche, suprascriptus Iohannes Paiussius sindacario et procuratorio nomine quo supra, prefato d. patriarche suplicavit quod dicte appellationi deferri debebat et eam sibi admittere, petens appellationes semel, bis et tercio instanter et instantissime etc. Qui vero d. patriarcha respondit in hunc modum videlicet, quod non intendebat dictam talem diffinitionem seu deliberationem ut dicitur, in dicto consilio parlamenti vim habere, nec intendebat scriberetur, et ea die non consensit et protestatus fuit quod ipse tali diffinitioni seu deliberationi non consenciebat et quod dictum consilium non poterat deliberare super regalitatibus ecclesie Aquilegensis, et quod non intendebat quod dicta talis deliberatio seu deffinicio scriberetur neque detur illis de Venzono. Et dictus Ioannes Paiussius dicto nomine protestatus fuit quod a dicta appellatione non recedebat ymo prosequi intendebat si erit necesse.

(*S. N.*)

Et ego Iacobus filius q. Ioannis de Val de Carnea, Utini habitans publicus imperiali auctoritate notarius suprascriptis omnibus et singulis presens fui et ea rogatus scribere scripsi et publicavi, signoque et nomine meis appositis consuetis.

CCCCXLVI.

[Udine, 1406, 23 Agosto]. — *Il consiglio del comune di Udine nomina due rappresentanti che debbono intervenire al parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini XVI, 292 v. EDD. inedito. TESTO da A.

Ellecti ad colloquium generale. Super littera missa huic comunitati nostre per reverendissimum d. patriarcham de coloquio celebraturo in hac terra die dominico proxime futuro. Ellecti solum die veneris XXVII augusti (a), d. Andreas de Monticulis, ser Nicolinus de la Turre.

(a) La deliberazione è posta in data del 23 agosto, ma evidentemente deve essere stata completata nel successivo consiglio del 27, altrimenti non si comprenderebbe la dizione del testo.

CCCCXLVII.

Udine, [1406], 28 Settembre. — *Il patriarca Antonio invita al parlamento da tenersi in Udine nel 10 ottobre i consorti di S. Daniele.*

MSS. A or. nell'archivio com. di S. Daniele vol. LXV. B c. della racc. Ioppi. EDD. inedito. TESTO da B.

Antonius dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha.

Fideles dilecti. Supra nonnullis gravibus et arduis causis nostrum totiusque huius nostre patrie statum concernentibus et precipue supra tollendis differentiis inter servitores nostros parte ex una et servitores illustrium principum dd. ducum Austrie etc. decrevimus die dominica x mensis octobris in terra nostra Utini nostrum generale colloquium celebrare. Cui sicut ipsius patrie statum diligitis, studeatis causa cessante qualibet interesse. Datum in castro nostro Utini die XXVIII septembris XIV indictione.

A tergo

universis consortibus et fidelibus nostris de S. Daniele.

CCCCXLVIII.

Cividale, [1406, ...anteriore al 10 Ottobre] (a). — *Il consiglio di Cividale deputa Nicolò de Portis e Andrea de Brandis al parlamento dove si deve trattare intorno a Tolmino.*

Da NICOLETTI, *Annali di Cividale*, ad annum (ms. nella raccolta Guerra nel R. Museo di Cividale to. V p. 175).

[1406]. Nel parlamento da congregarsi in Udine per causa del negozio di Tolmino furono mandati Niccolò de Portis ed Andrea de Brandis con due altri.

CCCCXLIX.

Udine, 1406, 11 Ottobre. — *Il commune di Cividale si appella dinanzi al consiglio del parlamento al papa, contro la sentenza del patriarca che aggiudicava il castello di Tolmino alla chiesa d'Aquileia* (b).

MSS. A manca. B c. nella racc. Ioppi da perg. or. allora esistente nell'archivio dei co. de Brandis a S. Giovanni di Manzano. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo sexto, indictione XIV, die lune XI octubris. In patriarchali castro Utini Aquilegensis diocesis in camera infrascripti d. patriarche coram reverendissimo

(a) Deve essere anteriore al parlamento del 10 ottobre ricordato nel doc. CCCCXLIX.

(b) Il patriarca Antonio Panciera, istigato probabilmente da Tristano Savorgnan avversario dei Cividalesi che avevano sostenuto il suo acerrimo nemico patriarca Giovanni, volle costringere costoro a restituire la gastaldia di Tolmino lor concessa dal patriarca Marquardo nel 1379 (ved. sopra doc. CCLXXIX). La concessione era stata fatta per sei anni, spirati i quali, la gastaldia doveva ritornare al patriarcato, ma questo doveva rimborsare al commune di Cividale 6000 marche di denari spese da esso in soccorso dei collegati nella guerra di Chioggia. La somma non era mai stata restituita ed i successori di Marquardo non avevano mai potuto riavere quel territorio, al quale i Cividalesi tenevano moltissimo per poter avere così nelle loro mani i passi del Predil e di Bischofslach chiavi del commercio colla Carinzia e colla Carniola. Il tentativo di Antonio Panciera condusse alla rottura completa fra il patriarca ed i Cividalesi che ottennero dal papa Gregorio XII la deposizione del Panciera e la nomina dell' effimero patriarca Antonio da Ponte.

in Christo patre et d. nostro d. Antonio dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha dignissimo, ibidem convocato et congregato consilio colloquii patrie Foriiulii more solito, in quo consilio interfuerunt et presentes erant nobiles et egregii viri ser Nicolussius de Prata et ser Gueciglus de Brugnera comites, ser Doymus de Castro Porpeti, d. Simon de Coloreto pro nobilibus; d. Iohannes de Cavalcantibus legum doctor pro abate Mosacensi, ser Nicolaus de Soldanerio, ser Franciscuttus de Savorgnano pro comunitate terre Utini, ser Baldassius de Maniaco, ser Petrus de Atems, ser Henricus notarius et Christophorus Ruberti pro comunitate Glemone, ser Iohannes barberius pro comunitate Aquilegensi, d. frater Antonius pro abate Rosacensi, et alii quamplures.

Ibidem coram reverendissimo in Christo patre et d. nostro d. Antonio patriarcha et dictis nobilibus congregatis ad consilium comparuerunt nobiles et prudentes viri ser Nicolaus de Portis, ser Virgilius de Virgiliis, ser Franciscus Perotti et ser Baldasarius de Civitate Austrie Aquilegensis diocesis sindici et procuratores sindicario et procuratorio nomine comunitatis Civitatis Austrie et tamquam ambasiatores dicte comunitatis Civitatis Austrie, et proposuerunt dicentes: reverende paterniti prefati d. nostri patriarche heri in pleno colloquio eisdem ambaxiatoribus et sindicis placuit hodie velle respondere in consilio colloquii utrum velit cassare, anullare et revocare dictum mandatum seu citationem dicte comunitatis Civitatis Austrie factum de et supra castro Tulmini et de et supra monasterio Rosacensi, qualiter prefati ser Nicolaus, ser Virgilius, ser Franciscus Perotti, ser Baldassiarius quo supra nomine instabant et dicto d. patriarche humiliter supplicabant quod eis velit respondere supra predictis. Prefatus vero d. patriarcha respondendo dixit, quod dictum mandatum dicte comunitati factum, non intendit revocare sed si volunt dicti sindici quod videatur de iure utrum dicta comunitas Civitatis Austrie teneatur et debeat sibi dare et relaxare dictum castrum Tulmini iuxta petitionem suam quod contentatur revocare et cassare dictum mandatum. Dicti vero sindici et procuratores comunitatis Civitatis Austrie ad hoc respondentes dicere habuerunt, quod si dictus d. patriarcha vult accipere pro parte sua unum sive duos bonos viros et dicta comunitas Civitatis Austrie faciet similiter et quod videant amicabiliter utrum possint ipsos concordare de dictis differentiis et petitionibus, quod cootentarentur, et si ipse d. patriarcha vult, videatur de iure. Qui (1) sindicus et procurator comunitatis Civitatis Austrie a gravaminibus que dictus d. patriarcha facit, se appellavit ad sedem apostolicam ubi est fons iusticie et quod volunt quod ibi videatur, quia durum esset dicte comunitati Civitatis Austrie in patria cum ipso d. patriarcha actore et iudice litigare, dicentes dicti sindici quod malent dictas differentias et petitiones videri in patria Aquilegensi quam in Romana curia si reverende paternitati prefati d. patriarche placet, quia non est consonum nec decet filios cum patre litigare. Ubi quidem prefatus d. patriarcha respondens dixit quod contentatur et sibi placet quod in Romana curia videatur ubi est fons iusticie que dat potum cuilibet sitienti et quod credit quod tam bene habebit ius in Romana curia quam in patria Aquilegensi, intendens toto posse velle defendere bona ecclesie Aquilegensis. Ubi quidem prefati sindici et procuratores comunitatis Civitatis Austrie dicto d. patriarche presentaverunt quamdam bullam papalem alias sibi presentatam per dictum Baldasarium. Ubi quidem ibidem lecta prefati sindici et procuratores comunitatis Civitatis Austrie supplicaverunt prefato d. patriarche quod ob reverentiam sedis Apostolice et dicte bulle papalis velit suprasedere supra petitione dicti castri Tulmini. Dictus vero d. patriarcha habuit respondere quod dicta bulla nichil mandat sibi, sed quantum d. noster papa aliqua sibi mandabat, quod ipse tamquam filius obedientie parebit mandatis d. nostri pape et quod dicta bulla est surrecticia ymo est impetrata tacita veritate et expressa falsitate. Dicentes dicti sindici quod non est surrecticia ymo est impetrata tacita falsitate et expressa veritate et quod videatur quia in dicta bulla scripta sunt hec verba: Bartolomeus de la Capra, quapropter non potest esse surrecticia. Prefati vero sindici humiliter dicto d. patriarche

(1) B: quod (sic).

supplicantes dixerunt et expresserunt clara voce quod dicta comunitas Civitatis Austrie minime credebat quod vos reverendissime d. patriarcha velitis ipsam indebite et iniuste cum tam arduis mandatis molestare, supplicantes instantissime dicto d. patriarche ut ipsam comunitatem velit habere recomissam, intimantes et notificantes dicti sindici in pleno consilio colloquii quod non poterant facere nec pati quin dicta comunitas Civitatis Austrie de dictis gravaminibus et molestiis sibi factis et que dictus d. patriarcha dicte comunitati facere intendit, non conqueratur et lamentetur sanctissimo in Christo patri et d. nostro d. Innocentio divina providentia pape septimo et eius S. sedis apostolice nec non dd. dicte comunitatis circumvicinis, comunitatibus et nobilibus patrie Foriiulii postquam dictus d. patriarcha ipsos tam acriter tractare intendit, nolens dicte bulle obedire. Que quidem sic dicta, prefatus d. patriarcha iuravit ad corpus S. Antonii quod ipsum oportebit habere dictum castrum Tulmini. Protestantes dicti sindici de dampnis, expensis et interesse contra dictum d. patriarcham, asserentes et declarantes quod pro ea quod dixerunt nec alia non intendunt recedere ab appellatione dicte comunitatis ad sedem apostolicam interpositam, protestantes quod dictus d. patriarcha ob reverentiam sedis apostolice nichil debeat deliberari facere nec innovari contra dictam comunitatem et iura sua, subiicentes dictam comunitatem et iura sua protectioni, defensioni et tuitioni sanctissimi d. nostri pape, requirentes dicti sindici dictum consilium colloquii ut ob reverentiam sedis apostolice nichil supra predictis velit diffinire contra dictam comunitatem Civitatis Austrie et in ius dampnum eo quod est interposita quedam appellatio per partem comunitatis ad sedem apostolicam. Ibique coram prefato d. patriarcha et consilio coloquii constitutus personaliter ser Baldasarius q. ser Iacobi de Civitate Austrie sindicus et procuratorio nomine comunitatis Civitatis Austrie et proposuit dicens quod heri interposuit coram dicto d. patriarcha quamdam appellationem pro parte dicte comunitatis Civitatis Austrie ad sedem apostolicam pro certis agraviminibus et mandatis dicte Comunitati per dictum d. patriarcham factis, quare dictos Baldasarius dubitans dictam appellationem propter diem dominicam feriatam non posse procedere et suum debitum sortire effectum, iterum et de novo eamdem appellationem eiusdem tenoris et de verbo ad verbum notati, ad maiorem cautelam dicto d. patriarche presentavit et interposuit et in manibus mei Iacobi notarii infrascripti assignavit, petens apostolos sibi dari semel, bis et tercio sepe, sepius et sepissime, instanter, instantius et instantissime, supplicans prefato d. patriarcho ut dicte sue appellationi velit deferre, alias protestatur contra ipsum de penis iuris contra non admittentes appellationes ob reverentiam sedis apostolice, protestans dictus Baldasarius sindicus et procurator comunitatis antedicte ut pendente appellatione nichil debeat per ipsum d. patriarcham innovari vel modo aliquo attemptari contra dictam comunitatem. Ubi quidem prefatus d. patriarcha dicto ser Baldasario assignavit terminum ad diem veneris proxime futuri hora vesperorum ad audiendum deliberationem suam an velit deferre appellationi an ne.

Et ego Iacobus habitans in Civitate Austrie natus Antonii q. ser Suapi de Tricesimo publicus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus et singulis presens fui et predicta sic dicere audivi et intellexi et per dictos sindicos rogatus scribere scripsi et fideliter publicavi meisque signo et nomine appositis consuetis.

CCCCL.

Udine, [1407, 28 Gennaio]. — *Il comune di Udine nomina i suoi rappresentanti al parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini XVI, 194 v. EDD. inedito. TESTO da A.

Ambaxiatores electi ad colloquium. Super ellectione facienda de ambaxiatoribus destinandis ad colloquium nostrum in Utino. Ellecti fuerunt hii, videlicet: ser Nicolaus de Soldoneriis, ser Leonardus ser Hectoris, ser Iohannes de Chastro.

CCCCLI.

Udine, 1407, 14 Marzo. — *Relazione fatta da Giovanni Cavalcanti uno dei deputati " ad regimen „ di Udine, sulle deliberazioni prese dal consiglio del Parlamento intorno al rapporto degli ambasciatori inviati a S. Vito di Carinzia per trattare coi duchi d'Austria.*

MSS. A Annales civitatis Utini XVI, 380 v. EDD. inedito. TESTO da A.

Commemoratio deliberationis facte in parlamento super tribus conclusionibus quas petebat d. dux Austrie.

Super propositis per sapientem verum d. Iohannem de Cavalcantibus legum doctorem unum ex dd. deputatis ad regimen, recitantem de modis tentis pridie in parlamento videlicet quod d. Franciscus de Sbroglavacha, ser Bernardus de Strasoldo, licet abscente ser Dietricho de Brugnera eorum consotio, tamquam legati pridem missi pro parte totius patrie usque S. Vitum de Charantano super differentiis ingentibus inter subditis reverendissimi d. nostri patriarche ex una, ac subditos d. ducis Austrie ex alia, retulerunt quod pro parte d. ducis instabatur ibidem super tribus conclusionibus quas petebant: videlicet primo quod pro tercio comuni amico elligeretur et deputaretur nobilis d. Federicus de Stumberch. Secundo quod de quietatione et aliis conclusis super certis aliis differentiis si placeret amicis deputatis ad concordandum omnes differencias nunc et alias vigentes possent deffinire et de novo reformare et sententiare. Tertio quod super agitatis et factis tempore guerre possent similiter deffinire. Unde hoc exposuerunt ut provideretur super ipsis. Ex quo obtentum et conclusum fuit in consilio parlamenti: primo quod nec pro tercio, quarto, quinto, sexto vel septimo ille d. Federicus de Stumberch suscipiatur nec ullus alius subditus d. ducis Austrie. Item quod de concordatione alias facta et deffinitione nullatenus debeant revidere neque refformare. Item quod de actis et agitatis tempore guerre et nullo modo consenciatur in predictis ad sententiandum seu declarandum nec ulla fieri mentio de ipsis debeat neque possit.

CCCCLII.

Udine, 1407, 3 Giugno (a). — *Il comune di Udine nomina i suoi ambasciatori al parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini XVI, 404 v. EDD. inedito. TESTO da A.

Super propositis per eosdem dd. deputatos exponentes de litera parlamenti missa per d. nostrum patriarcham videlicet quomodo die dominico proximo futuro erit colloquium in hac terra, unde rogaverunt ut fiat ellectio de ambasiatoribus mitendis ad dictum parlamentum. Ellecti fuerunt hii videlicet d. Franciscus de Savorgnano, ser Alovisius de Cignotis, ser Nicolaus de Soldoneriis, ser Antonius de Paona.

(a) Il MANZANO, *Annali* cit. VI, 182 annota in data 1407, 26 Luglio: i Cividalesi e gli Udinesi provvedono alla convocazione del colloquio. Effettivamente in tal data, nei registri dei camerari di Udine si trova ricordata una spesa per inviare un messo che insieme all'ambasciatore dei Cividalesi, doveva recarsi a convocare a Fagagna le comunità ed i nobili *de citra Tulmentum*; però non vi è ragione per dare a questa riunione carattere parlamentare, se non fosse quella che la convocazione dicesi fatta " pro conservanda libertate patrie „ ma non pare sufficiente.

CCCCLIII.

Udine, 1407, 16 Ottobre, — *Spesa sostenuta dal capitolo di Udine per l'invio del rappresentante capitolare al parlamento.*

MSS. A registri del dapifero del capitolo di Udine cit. busta 3 fasc. 1. EDD. inedito. TESTO da A.

Expendi pro uno equo quem equitavit d. Andreas de Sbroglavaca Civitatem Austriam ad parlamentum sol. XIV.

CCCCLIV.

Udine, [1407, 28 Novembre]. — *Il comune di Udine elegge i suoi ambasciatori che devono intervenire al consiglio del parlamento.*

MSS. A Annales civitatis Utini XVI, 354. EDD. inedito. TESTO da A.

Ellectio ambassiatorum ad consilium coloquii generalis. Super propositis per dictos dd. deputatos ad regimen exponentes de litera coloquii missa huic comunitati in qua declaratur quod die mercurii nunc proxime futura in Civitate sit consilium colloquii generalis. Quare rogarunt debere provideri de ellectione ambassiatorum.

Ellecti fuerunt hii videlicet d. Andreas de Monticulis et Nicolaus de Soldoneriis.

CCCCLV.

Udine, 1407, 2 Dicembre. — *Relazione degli ambasciatori inviati da Udine al consiglio del parlamento e nomina di nuovi.*

MSS. A Annales civitatis Utini XVI, 357. EDD. inedito. TESTO da A.

Ellectio quattuor ambassiatorum ad parlamentum. Super propositis per ambassiatores videlicet ser Nicolaum de Soldoneriis ac ser Leonardum ser Hectoris pridem ambassiatores pro parte nostre comunitatis ad consilium coloquii, recitantes de modis tentis in dicto consilio. Et quomodo ex deffectu consilii parvi et modici decretum fuit in ipso consilio quod fieret parlamentum. Et sic die lune proxime futura fieri debetur in Utino, unde rogaverunt debere provideri de ambassiatoribus mittendis illuc. Deliberatum fuit quod elligantur et ellecti fuerunt hii videlicet d. Franciscus de Savorgnano, d. Alovisius de Cignotis, ser Nicolaus de Soldoneriis, ser Leonardus ser Hectoris.

CCCCLVI.

Udine, [1407, 7 Dicembre]. — *Relazione degli ambasciatori o deputati del comune di Udine al parlamento intorno al discorso tenutovi dall' inviato Veneziano sulla probabile nomina di un nuovo patriarca* (a).

MSS A Annales civitatis Utini XVI, 358. EDD. inedito. TESTO da A.

Relatio ambaxiatorum colloquii generalis. Super rellatione facta per sapientem ac honorabilem et prudentes viros d. Alovisium de Cignotis legum doctorem, ser Nicolaum de Soldoneriis ac ser Leonardum ser Hectoris ambassiatores

(a) La nomina del patriarca Antonio da Ponte seguì soltanto dopo la deposizione del patriarca Panciera pubblicata a Lucca il 13 giugno 1408 (ved. LIRUTI, *op. cit.*, V, 152). Si vede però che se ne buccinava già alla fine dell'anno precedente. La nomina fu fatta contro il volere della Signoria di Venezia legata intimamente al Panciera e agli Udinesi. Il parlamento del quale si tratta dovette esser tenuto il 5 dicembre; infatti esso è preannunziato nel doc. precedente per il lunedì seguente che cade appunto in quel giorno.

ad colloquium generale, recitantes de gestis in colloquio, videlicet quomodo ille nobilis vir Venetus pro parte sue illustrissime fecit suam ambassiatam super eo quod comuniter in hac nostra patria divulgabatur quod erat venturus unus patriarcha Venetus, excusando dictam suam illustrissimam dominacionem de predictis etc. Unde audita eius ambassiata et remissa ad consilium colloquii generalis in ipso consilio determinatum fuit quod fieret ellectio quatuor notabilium ambassiatorum destinandorum pro parte tocius patrie nostre dicto inclito ducali dominio Venetiarum super responsione danda ambassiate facte per dictum nobilem de Veneciis. Et sic ellecti fuerunt pro parte nobilium hii videlicet:

d. Doymus de Chastello, d. Francischus de Sbroglavacha

et pro parte comunitatum hii videlicet:

d. Alovisius de Cignotis legum doctor, ser Nicolaus de Portis de Civitate Austrie.

CCCCLVII.

Udine, 1408, 16 Marzo-21 Aprile. — *Spese sostenute dal capitolo di Udine per inviare un rappresentante al parlamento di Gemona.*

MSS. A reg. del dapifero del capitolo di Udine cit. busta 3 fasc. II. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XVI marcii, expendi pro duobus equis et expensis quando d. Iacobus de Amaro equitavit Glemonam cum uno familiari ad parlamentum per d. patriarcham celebratum marchas solidorum I.

Die XXI Aprilis, dedi d. Rizardo canonico pro duobus equis et familiari quando ipse d. Rizardus equitavit Portumgruario ad parlamentum per d. patriarcham ibidem celebratum marchas solidorum I et solidos L.

CCCCLVIII.

Udine, 1408, 11 Maggio. — *Il comune di Udine elegge i propri ambasciatori al parlamento.*

MSS. A-Annales civitatis Utini XVII, 34. EDD. inedito. TESTO da A.

Super propositis per dd. deputatos ad regimen dicte terre nostre recordantes de ambassiatoribus elligendis ad colloquium generale celebrandum die dominico proxime futuro in Utino arduis de causis. Deliberatum fuit quod elligantur aliqui prudentes viri et cives terre nostre quibus detur plenaria auctoritas consulendi et agendi in predictis sicut eis melius et utilius videbitur pro conservatione honoris, status et libertatis patrie nostre. Ellecti fuerunt hii videlicet: d. Andreas de Monticulis, ser Leonardus ser Hectoris, ser Nicolaus Candidi, ser Stephanus Sbruli.

CCCCLIX.

.... [1408, anteriore al 17 Maggio] (a). — *Lettera inviata dal parlamento al Pontefice in favore del patriarca Antonio Pancera.*

MSS. A manca. B c. nel ms. della Biblioteca Marciana di Venezia 3279 cl. IX cod. CXXVI, B. M. de Rubeis, Ad monumenta Ecclesiae Aquileiensis II p. 348. EDD. inedito. TESTO da B.

Litere parlamenti patrie ad sanctissimum papam.

Sanctissime pater inflamatur cor nostrum exsicatur eloquium, inceditur animus et lingua balbutit, dum, cum mitissimo dolore repilogare cogimur,

(a) Il documento è senza data, ma di necessità deve appartenere al periodo nel quale si trattava, nella corte di Gregorio XII, la deposizione del patriarca Antonio Panciera, cioè al primo semestre del 1408. La lettera poi è necessariamente anteriore alla protesta fatta da Corrado Boiani contro di essu dinanzi al consiglio di Cividale, riportata più oltre, che porta la data del 17 Maggio.

quoddam per solennissimas oratorum nostrorum (1) quam efficacissimas litteras, deletum, sopitum et oboletum proculdubis tenebamus precepto reverendissimum in Christo patrem et d. sanctitatis vestre camerarium, relatibus certi redimur, huius .... emulorum perfidis ingestionibus informatam, qui dominorum simplices aures iniquitatibus suis implentes falsa pro veris paliatione inscrutabili persuadent contra hunc sanctitatis vestre filium reverendissimum in Christo patrem et d. nostrum d. Antonium patriarcham, pastorem, presulem nostrum amatissimum, citationem atrocissimam formavisse et ut credimus preter scitum sanctitatis eiusdem et ipsius omnimodam voluntatem eidem domino nostro quadraginta dierum ad persolvendum comune, ad cuius solutionem, attenta summa sedi Apostolice actenus persoluta, minime tenetur, omnino sit impotens, et ad dicendum causam, quare privatus pronunciari non debeat, assignando, monitione alia legitima minime precedente. O quam terribilis sententia et orrenda narratio, quod emulorum huius pacifice patrie semper fidelissime (2) apostolice sedi paliationes false plus valeant, qui pacifico eiusdem patrie statui invidentes totis desideriis illam conantur inficere et zizanie olium seminare, quam excusationes nostre verissime tam oratoribus, quam scripturis nostris luculentius per nos facte in conspectu Apostolice sedis. Quid autem ex istis perveniat omnibus apertius clare liquet, oriuntur quidem scandala, rancores et odia seminantur, bella proveniunt et dum contra fas et licitum in transgressione legis incurritur, unitatis destructio provenit; et in animarum et corporum pericula pertransitur. Nam quis est omnium hominum animi tam servilis, qui pro conservatione status simul non deberet vitam ponere, et omnibus se etiam capitalibus periculis obiectare? Quis enim non doleat impiorum nequitiam prevalere in tantum, ut quasi reviviscentibus igniculis discordiam concitent et huius patrie libertatis et pacis bonum, magno periculo perturbant? Qui propter clementiam vestram (3) humillime et devotissime supplicamus quatenus reverendissimum dominum nostrum prefatum et sanctitatis vestre filium in ulnis sanctitatis sue dignetur suscipere recommissum, illum a pressuris huiusmodi gratiosissime liberando, mandandoque reverendissimo d. camerario supradicto taliter, quod de cetero ad impossibilia non gravetur et tam atrocissimam et horendam citationem debeat removeri. Eidem sanctitati (4) etiam notabilissimam et antiquam secundam (5) post Romanam sedem Aquilegensem ecclesiam, cuius dotes et iura in patrie deffensionem et castrorum informationem decrevimus et intendimus conservari, hancque quietam patriam spretis omnino livorosumque moribus (6) quoruncunque totis desideriis commendamus expressim concludentes decrevisse et in nostris cordibus concepisse et indissolubilibus promissionibus validasse non permittere nec aliquo modo consentire quod dominus ipse noster pro comuni servitio, tum quia ultra debitum persolvit et per consequens non tenetur, tum etiam quia est impotens et ipsius impotentia nobis nota, et si de ecclesie dotibus aliquid recepit, quod pro huius patrie necessitatibus et deffensione et castrorum reformatione ut debet et tenetur exponat, aliquid imposterum persolvat ullo modo. Et sicuti sepius scripsimus et dici fecimus vestre sanctitati (7) illum et non alium presulem intendimus, utcumque fortuna se volvat, totis viribus conservare et pro conservatione sui status, nominis et honoris posse nostrum exponere sanguinem et personas. Vestre igitur clementie oculos convertentes ad ipsius conservationem et statum dignemini aspirare in hocque hanc vestram patriam reddere consolatam et evitetur insuper Salomonis sententiam " penitudo post factum "

(1) B: solemnissimos oratores nostros. (2) B; fidelissimi. (3) B: clementie vestre. (4) B: S. (5) B: secundum. (6) B: mortibus. (7) B: E. S.

(a) Il documento è senza data, ma di necessità deve appartenere al periodo nel quale si trattava, nella corte di Gregorio XII, la deposizione del patriarca Antonio Panciera, cioè al primo semestre del 1408. La lettera poi è necessariamente anteriore alla protesta fatta da Corrado Boiani contro di essa dinanzi al consiglio di Cividale, riportata più oltre, che porta la data del 17 Maggio.

et pax hucusque turbata quiescat inflamatasque partes iam calefactas .... non consumat. Sanctitatem vestram sanam conservet Altissimus et ecclesiam suam sanctam.

Sanctitatis vestre humillimi servuli generale parlamentum totius patrie Foriiulii.

CCCCLX.

[1408, anteriore al 17 Maggio] (a). — *Il parlamento Friulano invia ai cardinali una lettera a favore del patriarca Antonio Pancera.*

MSS. A manca. B copia nel ms. Marciano 3279 (vedi nel doc. precedente). EDD. De Rubeis *Monumenta Ecclesiae Aquileiensis* col. 999 da B. TESTO dal De Rubeis.

Reverendissimi in Christo patres. Mirabilis est hominum coecitas et efrenis audacia, qui non aperte conspiciunt quod ex iniuriis laeditur proximus incitatur scandalum, fama diluitur et furor divini numinis provocatur: et sic infinita praesumptio propriae voluntatis excedit deformiter, quod nec timens deum, aut hominem reverens profana concupiscibiliter tenere videtur et impudenter utrumque nititur ad divina. Quot et quantae ex his proveniant insolentiae, non longe petantur causae .... quidem habemus in foribus et illas patule perpendimus et videmus: et dum praecipue contra fas et licitum pertransitur, divini Numinis offenditur gloria et malignandi usque ad periclitationem animarum et corporum materia compraestatur. Sane non mediocriter mentem perturbavit nostram nuper horrenda relatio, quod reverendissimus d. papae camerarius, ardens in motibus voluntatis illicitae, nulla legitima monitione preambula, reverendissimum in Christo patrem et d. nostrum d. Antonium patriarcham, presulem nostrum amatissimum, atrocissime citari fecit, ut infra XV dierum spatium commune persolveret servitium et causam (quare privatus per eum pronunciari non debeat) allegaret. Quod est a saeculo inauditum, nec credere possumus, talia de voluntate sanctissimi Christi vicarii modo aliquo processisse. Absit, quod a clementissimo patre, qui Dei maiestatem repraesentat in terris, procedat sententia tam horrenda! Dolemus et ultra quod dici queat, cordis ex intimis perturbamur .... epilogantes quod tam per oratores solempnes, quam [per] efficacissimas litteras nostras tenebamus diutius abolitum et sopitum: tantoque dolore medullitus angimur, quanto aemulorum huius pacificae patriae falsissimae suggestiones maioris efficaciae esse videntur in conspectu sedis apostolicae, quam excusationes verissime per dictos nostros oratores et litteras nostras non semel, sed pluries per nos factae. Quis enim non doleat, in tantum impiorum nequitiam praevalere; ut reviviscentibus igniculis discordiam concitent et huius patriae libertatem et pacis bonum tentent magno periculo perturbare? Et quis est omnium hominum animi tam servilis, qui pro conservatione pacifici status huius et patriae libertatis non deberet vitam ponere, et omnibus se etiam capitalibus periculis obiectare, uti sanctissimo domino nostro praefato denotamus scriptis nostris? Quapropter reverendissimas paternitates vestras, quas ad conservationem pacifici status patriae memoratae et nostrae reipublicae propriae libertatis et ad promotionem status et augmentum d. nostri patriarchae predicti ax benignitate innata ferventissimas reputamus, cum pleniore confidentia supplicamus: quatenus pedibus sanctitatis praefatae instare dignemini, quod huiusmodi terribilis et horrenda sententia avocetur et ad impossibilia de cetero non gravetur: sumatque in ulnis suae clementiae dominum nostrum praefatum, ecclesiam suam post Romanam secundam sedem, et hanc patriam fidelissimam apostolicae sedi, benigne et gratiose recommissas. Expresse quidem conclusimus, decrevimus, mente concepimus et

(a) Quanto alla data vedasi ciò che sta in nota al documento precedente. Anche questa protesta è occasionata dai maneggi dei Cividalesi alla corte Pontificia contro il patriarca Antonio divenuto loro nemico per il tentativo di riprendere Tolmino (v. sopra doc. CCCCXLIX).

indissolubilibus promissionibus validavimus, non permittere, nec modo aliquo consentire: quod dominus ipse noster pro communi servitio (tum quia ultra debitum persolvit et per consequens non tenetur, tum etiam quia impotens est et ipsius impotentia nobis nota: et si de ecclesiae dotibus aliquid recepit, pro huius patriae defensione et necessitate et castrorum reparatione, ut debet et tenetur, reservet) aliquid persolvat imposterum ullo modo. Et sicuti saepius sanctitati suae et vestris reverendissimis paternitatibus scripsimus et dici verbo fecimus, illum et non alium, donec in humanis vitam duxerit, in pastorem, patriarcham et praesulem habere intendimus, et utcumque noverca fortuna se volvat, totis conatibus conservare, pro conservationeque sui status et honoris posse nostrum exponere, sanguinem et personas. Et ut clementiae suae oculos ad ipsius conservationem convertat, efficaces degnemini interponere partes vestras; hanc suam patriam in hoc reddendo multiplicetur consolatam ut evitetur [iuxta] Salomonis sententiam poenitudo post factum: et pax hucusque turbata quiescat ignisque accensus, calefactas iam partes relinquens per provisionem, viasque alias non consumat. Reverendissimas paternitates vestras conservet altissimus per tempora longiora.

Reverendissimum paternitatum vestrarum humiles servitores generale colloquium totius patriae Foriiulii.

CCCCLXI.

Cividale, 1408, 17 Maggio. — *Dichiarazioni del cav. Corrado Boiani dinanzi al consiglio di Cividale intorno a due lettere che il parlamento intendeva inviare al papa e ai cardinali a favore del patriarca Antonio Pancerà.*

MSS. A manca. B c. nel cod. dipl. Frangipane da altra c. nella racc. Guerra. C c. nella raccolta Ioppi dall'or. del notaio Giovanni q. Guglielmo oggi non reperibile. EDD. [DEGANI] *Il codice diplomatico di Antonio Panciera*, in *Miscellanea di Storia Veneta* serie II to. IV, Venezia 1919 p. 190-191 da B (a). TESTO da C colle varianti di B.

Anno dominice nativitatis MCCCCVIII indictione prima (1) die iovis XVII mensis mai in Civitate Austria in stupha consilii predicte terre (2), in pleno consilio terre Civitatis Austrie ibidem ad sonum campane ut moris est solemniter convocato et congregato, in quo interfuerunt nobiles et prudentes viri dd. Simon Iohannistonii gastaldio, Nicolaus de Portis, Bernardino q. Dominici de Rosacio provisores et tres partes et ultra omnium consiliariorum ipsius terre Civitatensis et qui plenum ipsius terre consilium fecerunt et facere potuerunt et possunt. Dum pro parte reverendissimi in Christo patris et d. nostri (3) d. Antonii dei gratia patriarche Aquilegensis S. sedi essent quedam due lettere presentate ut supra illis communis Civitatensis imponeretur (sigillum) (4) mittende una d. nostro sanctissimo d. Gregorio pape XII et altera collegio cardinalium ecclesie sancte dei ad favorem prefati d. nostri d. patriarche ex parte parlamenti et universitatis patrie Foriiulii, dumque in consilio ibidem esset inter consiliarios aliqualis super hoc verborum diversitas, ibidem miles egregius d. Conradus Boianus de Civitate Austrie predicte, personaliter constitutus dixit, declaravit protestatusque fuit quod si communitas Civitatis Austrie predicte in adiuvando et conservando ipsum dominum nostrum in patriarchatu cum ceteris de patria seu cum maiori parte hominum de contrata, sicut ipsi domino nostro per comunitatem seu per sindicos comunitatis promissum est viribus atque posse, negligat et non velit parere, complere, attendere et

(1) in B manca: indictione prima. (2) in B manca: predicte terre. (3) in B manca: nostri. (4) in B al posto di: inquireretur (sigillum) v'è una lacuna.

(a) Nella stessa opera a p. 182 doc. XIV c'è in data del 25 maggio 1407 l'intimazione dell'auditore pontificio al patriarca Antonio ed al comune di Cividale di comparire dinanzi a lui per discutere in appello la causa relativa al possesso di Tolmino.

observare pacta conclusa, promissa, habita et conventa inter ipsum d. nostrum d. Antonium patriarcham et communitatem seu sindicos communitatis predicte Civitatis Austrie ex parte altera in et super differentia questionis [que] inter d. ipsum nostrum d. patriarcham ex una et communitatem Civitatis Austrie seu sindicos ipsius communitatis ex parte altera vertebat causa redempcionis (1) exactionis et requisitionis castri, curie et contrate Tulmini cum dependentibus ab eisdem, eidem d. Conrado non sit damno, quodque (2) non consentit et non intendit consentire. De qua protestatione et declaratione rogavit antescriptus d. Conradus miles strenuus me Iohannem notarium ut scriberem prout scripsi instrumentum et sic cum omni meliori .... (a).

CCCCLXII.

Cividale, 1408, 17 Maggio-13 Giugno (b). — *Lettera del comune di Cividale al canonico Iacopo di Arpino nella quale lo invita a dichiarare al papa l'illegalità del parlamento che approvò le lettere inviate allo stesso pontefice e ai cardinali a favore del patriarca Antonio.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Guerra. EDD. [DEGANI] *Codice diplomatico di Antonio Panciera* in *Miscellanea di Storia Veneta*, serie II to. IV, Venezia 1898 p. 219 che dice di averlo tolto dalla surricordata racc. Guerra to. XLIV p. 129 (c). TESTO dal DEGANI.

Venerabili et circumspecto viro d. Iacobo de Arpino famoso decretorum doctori Aquilegensis ecclesie canonico, nostro concivi et amico carissimo.

Venerabilis concivis et amice noster optime. Intime caritatis salutatione premissa. Prudentia vestra enarratione presentiam recognoscat qualiter per aliquos nostos benevolos et amicos compatriotas status huius patrie amatores veraces, nuper intimatum est nobis quod reverendissimas in Christo pater et d. noster d. Antonius dei gratia patriarcha Aquilegensis fecit quod capitulum Aquilegense et reliqui nobiles et communitates huius patrie, sub forma qua (3) generale huius patrie parlamentum describitur (4), pro eo efficaciter descripserunt sanctissimo d. nostro pape et S. collegio cardinalium ecclesie sancte dei, supplicantes ut d. ipse noster patriarcha habeatur ab eis benignius recommissus, eo maxime quod hanc patriam probe et laudabiliter regat et gubernet, quodque patria hec prestantiori statu gaudeat et privilegio quo nunquam potita fuerit etc. (*sic*).

Sciatis itaque civis carissime et amicorum optime, quod hec talis descriptio, ex diffinitione et ex scientia generalis colloquii et consilii parlamenti huius patrie non processit, ymo parlamentum ipsum et consilium parlamenti hanc rem .... et .... quamvis sigillum capituli Aquileiensis, ignorantibus canonicis exceptis duobus per quos illud sigillum positum est et sigilla alicuius comunitatis et nobilis alicuius de patria in litteris sint impressa. Sed hec patria more solito regitur et gubernatur (5). Et hoc quod vobis nunc describimus, ostendatis si vobis videtur d. nostro pape et ubi vobis videatur ostendendum foret et si d. ipse noster papa huiusmodi rei, quam describimus, non esset

(1) in B al posto di: vertebat causa redempcionis c'è una lacuna. (2) C: pro quo. (3) DEGANI: quod. (4) DEGANI: describit. (5) DEGANI: gubernat.

(a) Segue in C la dichiarazione che questa protesta fu tolta ex notis Iohannis q. ser Guielmi de Venutis de Civitate.

(b) La data deve stare fra il 17 maggio, giorno nel quale a Cividale si conobbe l'esistenza delle lettere dei parlamentari al Papa ed ai Cardinali a favore del patriarca Antonio (vedi doc. CCCCLXI) e il 13 Giugno, giorno nel quale fu pubblicata la sentenza del Cardinale Antonio Correr colla quale veniva deposto il patriarca Panciera.

(c) Vane furono le ricerche dirette a rinvenire il documento nella racc. Guerra. Forse il doc. proviene da uno dei volumi che da tempo furon sottratti.

credulus, instetis quod mittat aliquem commissarium ad partes vel committat alicui in patria non suspecto, nam ista res invenietur sicut scribimus, rogantes providentiam vestram attente ut super hiis velitis et placeat salutis remedium adhibere uti vobis magis videatur opus fore pro conservatione totius patrie atque pro nostra conservatione. Datum in Civitate Austria die XXVIII mensis iulii, indictione XIV (1).

Provisores, consilium et comune Civitatis Austrie Aquilegensis diocesis.

CCCCLXIII.

Udine, 1411, 1 Luglio. — *Il conte di Ortemburg vicario generale dell'impero in Friuli invita il comune di Cividale ad inviare i suoi rappresentanti al parlamento che egli aveva convocato nella stessa città.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Frangipane a Castel Porpeto da c. nella racc. Guerra di Cividale, tratta dall'or. allora esistente nell'archivio civico. EDD. inedito. TESTO da B.

Federicus comes in Ortimburg et Starimberc sacri Romani imperii in patria Foriiulii vicarius generalis (a).

Nobiles fideles dilecti salutem. Ex nonnullis arduis causis statum et augumentationem sacri Romani imperii et S. Aquilegensis ecclesie et propriam libertatem patrie Foriiulii concernentibus deliberavimus generale colloquium parlamenti patrie Foriiulii celebrare in Civitate Austrie, die martis proxime futuri. Adortamur igitur, auctoritate regia vos requirimus et vobis mandamus ut sicut statum et augmentationem sacri Romani imperii et S. Aquilegensis ecclesie et propriam libertatem patrie Foriiulii diligitis et .... studeatis, cum pleno mandato et cum sigillis vestris, ad dictum colloquium accedere et cum plures venietis tanto magis summe placebit.

Datum in castro Utini die primo mensis iulii MCCCCXI.

A tergo

nobilibus viris dd. .... et comunitati Civitatis Austrie fidelibus dilectis.

CCCCLXIV.

Udine, 1412, 17 Gennaio. — *Il parlamento Friulano, convocato dai luogotenenti del conte di Ortemburg vicario imperiale in Friuli, conferma il bando emanato dal comune di Udine contro Tristano di Savorgnan e la sua famiglia e prende sul proposito varie deliberazioni.*

MSS. A manca. B c. scorretta e più volte emendata da mano contemporanea del sec. XV nel vol. 666 della Bibl. Comunale di Verona intitolato Thesaurus Scripturarum Foriiulii c. 12 e seg. (da cui copia in racc. Ioppi). C c. del sec. XVI nella Bibl. Marciana di Venezia cod. cl. Lat. XIV, 46 fol. 220 e seg. D altra c. nella raccolta Ioppi senza indicazione di fonte, forse dall'arch. Savorgnan. E c. del sec. XVIII nella busta Parlamenti (scritture sul parlamento) nella Biblioteca Civica di Udine EDD. inedito. TESTO da C colle varianti di B, D ed E.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo duodecimo, indictione V, die dominico, XVII ianuarii. Actum in castro Utini Aquilegensis diocesis, in sala magna ipsius castri in loco solito, et con-

(1) L'indizione è errata giacchè all'anno 1408 corrisponde l'indizione prima, non la decimaquarta.

(a) Il conte Federico di Ortemburg era stato eletto, già nel 1410, dall'imperatore Sigismondo suo vicario in Friuli, stante l'incerta condizione della chiesa Aquileiese divisa dallo scisma. Questa diretta ingerenza dell'imperatore nelle cose Friulane è da porre in relazione con la politica d'accerchiamento da lui condotta contro la signoria di Venezia.

sueto parlamentum fieri et congregari. Ibique convocato, et congregato ad sonum campanae, ut moris est, parlamento et hominibus patrie Foriiulii interesse debentibus (1), parlamento convocato ad instantiam, et ex parte spectabilis militis d. Georii Auspergher (2) capitanei generalis gentium magnifici et potentis d.d. Frederici (3) comitis in Ortemburgh (4) Sacri Romani imperii in patria (5) Foriiulii vicarii generalis, et Pauli Glovicer praefati d. vicarii locumtenentis. In quo parlamento interfuerunt infrascripti prelati, nobiles, communitates: videlicet (6) venerabilis d. Henricus de Strassoldo episcopus Concordiensis, d. Federicus decanus Aquilegensis pro capitulo Aquilegensi, d. Nicolaus de Podio pro abbate Rosacensi, d. Ioannes de Cavalcantibus pro abbate Mosacensi, d. Federicus abbas Sextensis, Petrus Bonus de Portugruario pro Sereno eius filio preposito S. Felicis, d. Victor, et Henricus Praitenet (7) canonici Civitatensis pro capitulo Civitatensi, d. Iacobus Gervasii decanus capituli Utinensis pro capitulo Utinensi, d. Vencislaus et Ulvinus pro dd. de Spilimbergo, ser Frescus, Odoricus, et Henricus pro nobilibus Cuccanee, Valvasoni, et Pertistagni, Ioannes Antonius pro nobilibus de Trichano (8), Marcus de Murutio, Iacobus Iustus et Bartholomeus pro nobilibus de Prampergo, Nicolaus de Colloreto pro se, Rizzardus de Castello pro se, Iacominus et Ossalchus pro Strassoldo superiori, Loisio pro se et Nicolao eius consanguineo et Odoricus de Strasoldo inferiori (9), Pregonea de Villalta, Ioannes et Iacobus Zan de Fontebono, Asquinus de Sbroglavacca, Duratius et ser (10) Nicolaus Lubarba de Attems, ser (11) Coradus, et Coradus (12) q. ser Ioannis de Cergnoco et de Brazzaco, Galvanus filius ser Baldasii pro patre suo, et Bartholameo de Maniaco, Ioannuttus q. ser Conradi de Varmo superiori, Asquinus pro Varmo inferiori, Nicolaus et Bartholomeus pro dd. de Toppo, Antonius de Zeglaco, Ioannes Cressula et Bartholomeus de Capitelongo pro communitate Aquilegie, Dorde et Hermanus pro communitate Civitatis Austrie, d. Andreas de Monticulis, Aloysius de Cignottis legum doctores, Cristophorus de Valentinis et Thomasius q. ser Francisci Candidi de Utini pro communitate Utini, Benevenutus, Marchucius Coletti, et Iacobus Abbatis pro communitate Glemonae, Odoricus notarius et Bartholomeus Simonis Venuti pro communitate Venzoni, Odoricus Pynt et Nicolaus Ianisii pro communitate Tulmetii, Franciscus et Benedictus ab Angelo pro communitate Sacili, Ioannes Zech (13), et Antonius notarius de Portugruario pro communitate Portugruarii Nassinguerra, Mattiussius, Antonius et Pidrusinus pro communitate Montisfalconi, Franciscus ser Toter (14) et Nicolaus pro communitate Faganeae, Thadeus de Manzano, Biachinus et Henricus Delfini pro communitate S. Viti (15) parlamentarii et parlamentum patrie Foriiulii celebrantes et ipsum representantes. Coram (16) ven. viro d. Volrico rectore in Ursen et Paulo Glovicer locumtenentes, magnifici et potentis d.d. Federici comitis in Ortimburgh Sacri Romani imperii in patria Foriiulii vicarii generalis constituti suprascripti omnes personaliter in quo parlamento sive colloquio ut supra notatum est congregato praefatus d. Volricus proposuit dicens quod dictum parlamentum et convocationem convocare fecerunt ex nonnullis causis concernentibus statum et augmentationem ecclesie Aquilegensis et perpetuam libertatem patrie Foriiulii et non propter aliud. et ideo mandavit ut nulla persona audeat dicere nec proponere aliud nisi illud quod concernat statum et augmentationem ecclesie Aquilegensis et propriam libertatem patrie Foriiulii

(1) Così E e D: habentibus. (2) D: Auspergeth; E: Ausperghe; C: Anisperger. (3) om. E ed C. (4) D: de B in Ortumburgh. (5) C ed E: patrie. (6) C ed E om: videlicet. (7) C: prainterensis; E ha una lacuna. (8) C ed E: Archano. (9) Loisio ...... inferiori si trova soltanto in E. (10) ser è omesso da C e da E. (11) ser è omesso da D e da C. (12) C ed D hanno sempre: Conradus nel primo caso, nel secondo D ha: Vuradus. (13) D: Cecchi; C: Cechus. (14) D: Thoter: C: Totét. (15) Qui C ed D continuano: et pro communitate Aviani et cetera, omettendo: parlamentarii ...... et ipsum representantes. Queste parole in B sono aggiunte d'altra mano contemporanea. (16) Colla parola: coram comincia il brano riportato soltanto da B che termina colle parole: quare non debent de iure. Dovette essere certamente in A perchè altrimenti non si spiega come B e C continuino: ubi quidem prefatus d. Volricus, mentre nel testo di C questo Volricus non è anteriormente ricordato.

et pro appellationibus interpositis ad colloquium et parlamentum non currat tempus nec alicui persone volenti aliquid dicere et proponere in bonis, rebus et personis.

In quo quidem parlamento interesse volebat d. Franciscus miles de Cormono et Leonardus de Dorimbergh vice et nomine dd. comitum Goricie dicentes ipsos comites esse advocatos ecclesie Aquilegensis et interesse debere de iure, quibus prefatus d. Volricus et Paulus Glovicer ac omnes homines in parlamento existentes dixerunt ipsos interesse non debere nec volebant ipsos debere esse, quare non debent de iure. Ubi (1) quidem prefatus d. Volricus seriatim pro parte prefati d. vicarii exposuit malenconias, furta, derobationes, violationes, spolia et rapinas factas in patria Foriiulii et guerram factam in patria Foriiulii propter d. Tristanum qui volebat dominari ecclesie Aquilegensi et qualiter Veneti volebant habere Sacilum, Maranum, Montemfalconem Civitatem Austrie et Venzonum et patriam totam Foriiulii et quod serenissimus et invictissimus princeps et d.d. Sigismundus Romanorum rex et Ungarie semper augustus (2): prefatus d. vicarius hoc intelligens et videns obviaverunt ita et taliter quod prefatus d. Tristanus non expandet venenum suum in prelatos, nobiles et communitates et quod d. rex et vicarius prelibatus nullo modo ipsum ad gratiam accipere intendunt nec volunt, sed volunt quod omnino conculcetur et tollatur de medio ne talia fiant (3).

Item, proposuit (4) prefatus d. Volricus quod prefatus d. vicarius presens parlamentum convocare voluit ut in ipso explicaretur qualiter ipse d. vicarius pro conservatione, utilitate et libertate ecclesie Aquilegensis et patrie Foriiulii et locis ipsius ecclesie acquirendis patriam Foriiulii intrare intendit cum ducentis lanceis et quod patria et ecclesia Aquilegiensis manus adiutrices apponant, quia similiter prefatus d. vicarius apponet et hoc facit pro utilitate patrie Foriiulii et nostra, quia istas lanceas conducit cum stipendio et homines patrie eorumque collonos et vilicos custodient et non derobabunt, quia prefatus d. vicarius eis mandare poterat et obedient postquam suum habebunt stipendium. Supra quibus peciit provideri debere ita et taliter quod honorabilis prefatus d. vicarius intrare possit et suam bonam voluntatem quam semper habuit et habet contra ecclesiam Aquilegensem et patriam Foriiulii executioni debite mandare possit

Ubi quidem excellens legum doctor (5) d. Loysius (6) de Cignottis una cum d. Andrea de Monticulis (7), Christophoro de Valentinis, et Thomasio ser Francisci Candidi pro parte communitatis Utini exposuit quod suis culpis et demeritis exigentibus bannierunt et exulaverunt (8) perpetualiter de terra Utini d. Tristanum militem, qui de Savorgnano se nominat, Franciscum et Nicolaum eius fratres, et Nicolaum d. Tristani et filios d. Tristani, et omnes de dicta domo et stirpe de Savorgnano descendentes usque in infinitum allegantes et exponentes stupra, rapinas, violationes, homicidia, et derobationes per ipsum factas et quod ipse d. Tristanus fuit et est causa guerre preterite et destructionis ecclesie Aquilegensis et patrie Foriiulii et quod ipse voluit et intendebat se facere dominum de terra Utini, et quod Nicolaus Pancera de Portugruario vult sibi et in conspectu suo dicere quod ipse d. Tristanus habuit sibi dicere in presentia d. Doymi de Castello, ser Odorici et Clizoii de Colloreto et ser Bernardi de Strassoldo: “ ser Nicolas ego scio quod vultis (9) tria castra et tria millia ducatorum de redditu annuatim, ego volo vobis dare et consentiatis quod me faciam dominum de terra Utini; Civitatenses erunt sub d. comite de Ortumburgh et illi de ultra Tulmentum cum Venetis, et ego faciam me servitorem dd. ducum Austrie, et frater vester patriarcha cum trecentis ducatis

(1) Qui finisce il brano riportato soltanto da B. Il brano: ubi quidem prefatus d. Volricus .... ne talia fiant è riportato anche da C e da E. (2) Le parole: serenissimus et invictissimus .... semper augustus sono omesse da B. (3) E e C hanno: faciat. (4) Il brano: Item proposuit prefatus d. Volricus .... executioni debite mandari possit, è conservato soltanto da B. (5) B: egregius legum doctor; D: egregius spectabilis doctor; E: egregius II doctor. (6) C: Aloysius; gli altri testi tutti hanno Loysius. (7) B: Montichulis. (8) Così B, C ed E; D: expulerunt. (9) D ed E: quid vultis, vos vultis.

stabit in Aquilegia „ (a). Et multa alia enormia delicta commisit, et in spretum serenissimi et invictissimi principis et d.d. Sigismundi Romanorum, et Ungariae regis et vicarii praelibati.

Et propter has et innumerabiles alias causas ad dictum bannum et expulsionem contra prefatum d. Tristanum, filios, Franciscum, Nicolaum eius fratres, et Nicolaum d. Tristani et eorum descendentes perpetualiter neque ad infinitum de terra Utini. Super quibus supplicarunt prefati ambasciatores suprascriptis dominis et toti parlamento quod huiusmodi bannum, et exulationem factam debeant et velint approbare et authoritatem (1) eorum interponere.

Super quibus petito, et vocato parlamento more solito diffinitum, et determinatum fuit per omnes homines de dicto parlamento prelatos, nobiles et communitates patrie Foriiulii cum consensu et voluntate prefatorum Geori capitanei et Pauli Glovicer (2) loco ut supra (3) et inferius annotatum est.

Ad laudem et reverentiam potentis dei Salvatoris nostri, eiusque beatissime matris Virginis gloriose totiusque, celestis curie triumphantis, nec non ad honorem, tranquillitatem et pacificum statum patrie Foriiulii et S. Aquilegensis ecclesie cum voluntate et determinatione dictorum dd. locumtenentium et tocius parlamenti dictum fuit et per parlamentum deliberatum cum voluntate et deliberatione totius parlamenti (4) et patratum qualiter vir tirranus et iniquitatis filius communiter et vulgariter nominatus et appellatus (5) d. Tristanus de Savorgnano iamdiu spiritu diabolico, et maligno inspiratus timore dei postposito animum suum ad maledicere et operare solum totaliter disposuit.

Primo videlicet contra mandata Christi ecclesias, pauperes, hospitalarios et alias personas pauperes, et miserabiles crudeliter damnificavit et spoliavit, virgines plures per violentiam rapuit, rapi fecit, ipsas stupravit, adulteria, furta, et homicidia contra cives Utinenses et alios commisit et committi consensit, et mandavit dictos cives et alios etiam (6) eorum bonis per potentiam, et violentiam tiranicam sua propria auctoritate spoliavit, bona etiam et proventus ecclesie Aquilegensis dolosis actibus, et ingeniis in proprios usus et utilitatem convertit, semel, et pluries in stratis etiam publicis patrie Foriiulii transeuntes derobavit, et derobari fecit et interficere, contra S. imperium Romanum, et serenissimum et invictissimum principem, et d.d. Sigismundum Romanorum et Ungarie regem et semper augustum, nec non ecclesiam Aquilegensem, terras, castra, et fortilitia patrie Foriiulii.

Quinimo etiam mala malis accumulans animo deliberato semel et pluries operam dedit, et conatus est se facere dominum, et tirranum terre Utini et patrie Foriiulii et alia innumerabilia, et nephandissima scelera commisit, et perpetravit; de quibus omnibus et aliis tam in terra Utini et alibi et maxime in patria Foriiulii fuit, et est publica vox et fama notorium, et manifestum.

Insuper fuit narratum et expositum et per plures fide dignos conquestum, et certificatum (7), qualiter tam predecessores ipsius d. Tristani de dicta domo de Savorgnano quam etiam de presenti extantes similia, ac talia crimina commiserunt, et soliti sunt committere et perpetrare continuo eorum dolosis fraudibus anhelarunt ad diminutionem S. Aquilegensis ecclesie et ad amissionem sue proprie libertatis et patrie Foriiulii.

Quibus omnibus diligenter et mature attentis et consideratis pro pacifico statu et augmento ecclesie Aquilegensis, et aliter nec alia via et modo videntes conservationem libertatis patrie Foriiulii per omnes existentes in dicto parlamento, unanimiter, concorditer, et nemine discrepante habentes deum pre oculis et exemplum et legem Christi, qui propter peccata et superbiam Luci-

(1) C: auctoritatem; gli altri testi tutti: authoritatem. (2) Così tutti i testi; C: Glovich. (3) D ed E: locumtenenti ut supra. (4) E omette: cum voluntate .... parlamenti. (5) C: omette le parole: tirranus .... appellatus dominus, che son invece negli altri testi. (6) D ed E omettono: etiam. (7) Così C; gli altri hanno: testificatum.

(a) Questo discorso sarebbe stato fatto da Tristano di Savorgnan a Nicolò Panciera nel tempo in cui il fratello di questo, patriarca Aquileiese, teneva ancora il governo: cioè prima del 1408.

feri ipsum cum omnibus eius complicibus expulit et eiecit de paradiso, et qui peccata patrum visitat et posuit usque in tertiam et quartam generationem attendentes etiam legem humanam quae propter tam enormia delicta et crimina punit descendentes et posteros talium delinquentium consultum, deliberatum, definitum, determinatum, et decretum fuit, quod ipse d. Tristanus et filii sui, et masculi ex ipso descendentes usque in infinitum, nec non Franciscus et Culauttus eius fratres, et Nicolaus d. Tristani usque in infinitum omnes de dicta domo et stirpe de Savorgnano et eorum masculi descendentes perpetuo sint banniti, et exules a dicta patria Foriiulii, dominio, et districtu, et iurisdictione ecclesie Aquilegiensis, nec unquam per dictum parlamentum, nec aliud in posterum convocandum et celebrandum fiat aliqua gratia dicto d. Tristano, fratribus, et Nicolao, nec eorum filius masculis et ex eis descendentibus repatriandi, sed continuo, et ferventer quilibet teneatur et debeat vigilare, excogitare, et operari toto posse omnia et singula tendentia ad eorum exterminium et destructionem.

Item, consultum, deliberatum, et decretum fuit, quod non sit aliquis prelatus, nobilis, communitas aut habitator patrie Foriiulii tante temeritatis, qui quovis modo tacite, vel expresse, recte vel indirecte audeat vel presumat intercedere pro eis, pro eorum aliquo per se, vel alium, seu alios apud quoscumque pontifices, imperatores, patriarcham Aquilegiensis ecclesie, et alios principes, dominos, et communitates, et personas quascumque, ut predictus d. Tristanus, filii, fratres, et Nicolaus, et masculi descendentes ex ipsis usque in infinitum habeant, et obtineant gratiam, et licentiam ad dictam patriam redeundi et repatriandi, vel aliquis, nec aliqui prelati, nobiles, communitates, et habitatores patrie Foriiulii aut offitiales audeant, vel presumant quovis modo tacite, vel expresse, recte, vel indirecte prestare audientiam pro ipsis dd. Tristano, filiis, fratribus, et dicto Nicolao ac eorum masculis descendentibus fiat gratiam redeundi, et si per aliquem vel aliquos contra predicta fuerit factum vel attentatum ipsi tales taliter pro ipsis intendentes et dantes audientiam ipso facto incurrant penam perpetui banni et exilii a dicta patria Foriiulii, et eius districtu, dominio, et iurisdictione ecclesie Aquilegiensis et confiscationem omnium suorum bonorum mobilium et immobilium presentium et futurorum.

Item consultum, difinitum, et determinatum fuit, quod confiscatio bonorum dicti d. Tristani differatur usque ad aliud parlamentum celebrandum, convocandum, et celebrandum, cum hoc quod nemini preiudicium generetur in debendo habere de dicto d. Tristano.

Item (2) diffinitum fuit quod super facto propositione per d. Volricum in habendis ducentis lanceis, et super facto habendi vicedominum et vicarios, remittatur consilio parlamenti.

Electi fuerunt ad consilium parlamenti pro prelatis d. Federicus decanus Aquilegiensis, et d. Federicus abbas Sextensis.

Pro franchis electi fuerunt Niccolussius de Prata, et Guido de Brugnera.

Pro nobilibus non tamen preiudicando si tot esse non debent, electi fuerunt:

d. Vincislaus de Spegnimbergo
Frescus de Cucanea
Bartolomeus de Prampergo
Rizzardus de Castello
Bertoldus de Archano
Ioannes paduanus de Colloreto
Iacominus de Strasoldo
Corradus de Cergnoco
Nicolaus Lubarba
Simon de Pulcinico

Item in dicto millesimo, et indictione die sabbati XXIII ianuarii. Actum in Utino in plathea publica et foro publico presente d. Hieronymo notario, d. Loysio de Cignottis, Petro Franchini de Utino testibus et aliis multis. Bassanus preco communitatis Utini alta voce preconia suprascriptam definitionem, bannum et determinationem d. Tristani proclamavit, et cridando ipsam observare mandavit (3) realiter et cum effectu sub penis suprascriptis.

(1) D ed E: nec. (2) Tutto il brano: Item diffinitum fuit .... Simon de Pulcinico è omesso da C: (3) Qui finiscono tutti i testi, eccettuato E, che ha le parole seguenti.

CCCCLXV.

Udine, 1412, 18 Gennaio. — *Deliberazione del consiglio del parlamento di chiedere al Re de' Romani Sigismondo un buon patriarca.*

MSS. A manca. B c. contemporanea nel ms. Ongaro (1) nella Biblioteca comunale di Verona d'onde racc. Ioppi. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCCXII, indictione V die lune XVIII ianuarii, in castro patriarchali Utini in stupa magna ipsius castri in pleno consilio parlamenti patrie Foriiulii in quo interfuerunt d. Federicus abbas Sextensis, Federicus decanus Aquilegensis consiliarii pro parte prelatorum patrie Foriiulii d. Vincislaus miles de Spegnimbergo, Freschus de Chucanea, Bartolomeus de Prampergo, Iacomus de Strasoldo, Rizardus de Castello, Nicolaus Barba de Atems, Coradus de Brazacho et Nicolaus de Coloreto consiliarii parlamenti pro nobilibus patrie Foriiulii, Iohannes Cresula, Bartolomeus de Capite longo pro comunitate Aquilegie, Dorde de Gaubertis et Hermannus de Claricinis pro comunitate Civitatis Austrie, d. Andreas de Monticulis et d. Loisius de Cignottis pro comunitate Utini, Benvenutus et Marchutius pro comunitate Glemone, ad sonum campane ut moris est solempniter convocati et congregati supra mandandis executioni proposita heri pleno parlamento per prefatum d. Volricum rectorem in Urs et nuncium prelibati d. vicarii.

Consultum diffinitum et determinatum fuit per suprascriptos consiliarios quod pro parte tocius patrie Foriiulii instetur d. Volrico et rogetur quod supplicare velit magnifico d.d. Federico comiti et vicario etc. quod idem d. vicarius supplicare dignetur serenissimo et invictissimo principi et d.d. Sigismundo Romanorum et Ungarie regi etc. quod patrie Foriiulii et ecclesie Aquilegensi prestissime provideatur de uno idoneo et sufficienti patriarcha et pastore grato regie celsitudini.

Item quod instare velit prelibato d. vicario quod presto et quanto citius potest velit intrare et personaliter patriam hanc, quia tota patria adventum suum desiderat et affectat et modo gratia dei invenit patriam pacificatam.

CCCCLXVI.

Udine, [1412, 28 Gennaio]. — *Alvise de Cignottis annunzia al consiglio di Udine che Pippo Scolari condottore del Re d'Ungheria intende convocare il parlamento a S. Daniele.*

MSS. A Annales civitatis Utini, XVIII fol. 300 v. EDD. inedito. TESTO da A.

Super propositis per eundem d. Aloysium [de Cignottis] exponentem quomodo d. Pipo notum fecit comunitati nostre qualiter die dominico proxime futuro in tera sancti Danielis generalem convocationem tam nobilium quam comunitatum ibidem facere intendit et fieri debet quare provisum est de electione sex notabilium civium pro parte nostre comunitatis ibidem destinandorum: qua autem de causa fiat non unde siscitatur sed presumitur quod occasione provisionis faciende de presto adventu unius reverendissimi d. nostri patriarche futuri. Unde omnia concernentia statum et utile nostre comunitatis et totius patrie pertractare studebunt. Ellecti vero sunt hii si placent d. Andreas de Monticulis legum doctor, d. Iohannes de Cavalcantibus legum doctor, ser Nicolaus Raynoldi Nicolaus ser Zanni, ser Christoforus de Valentinis et ipse d. Aloysius proponens. Additi fuerunt infrascripti videlicet ser Curbellus, ser Petrus Arcolonianus, ser Stephanus Sbrugli, Sandor drapperius.

(1) Ioppi cita come fonte della sua copia il vol. 336 ms. Ongaro della Bibl. com. di Verona, ma tale vol. non contiene documenti di questo tempo: avendolo invano cercato in altri volumi, l'ho riprodotto dall'apografo Ioppi.

CCCCLXVII.

Udine, 1412, 10 Febbraio. — *I luogotenenti del conte di Ortemburg vicario imperiale in Friuli convocano il parlamento.*

MSS. A or. cart. nell'archivio comun. di Gemona, lettere di principi fol. 29. EDD. inedito. TESTO da A.

Nobiles et fideles carissimi salutem. Ex nonnullis iustis et legiptimis causis statum et augmentacionem ecclesie Aquilegensis et propriam libertatem patrie Foriiulii concernentibus deliberamus generale coloquium patrie Foriiulii celebrare die iovis decimo octavo mensis Februarii in patriarchali palatio Utini ut quod omnes tangit ab omnibus approbetur quare nobilitates vestras requirimus et vobis mandamus ut sicut statum et augmentacionem ecclesie Aquilegensis et propriam libertatem patrie Foriiulii diligitis et amatis, studeatis ambaxiatores vestros cum pleno mandato transmittere ut valeant super predicta providere et determinare ea que statum et augmentacionem ecclesie Aquilegensis concernant et propriam libertatem patrie Foriiulii presertim super explicatam in colloquio S. Danielis non determinatum et deffinitum. Datum in castro Utini die X mensis Februarii MCCCCXII indictione V.

Volricus rector de Ursen secretarius et Paulus Gl[ovicer] magnifici et potentis d. Frederici comitis [in] Ortimburch sacri Romani imperii in partibus Foriiulii vicarii generalis locumtenentes.

A tergo

Nobilibus viris dd. capitaneo, consilio et comuni Glemone amicis carissimis.

CCCCLXVIII.

Udine, [1412, 15 Febbraio]. — *Il comune di Udine nomina i suoi deputati al parlamento convocato dai luogotenenti del conte di Ortemburg.*

MSS. A Annales civitatis Utini XVIII, fol. 316 v. EDD. inedito. TESTO da A.

Super propositis per egregium doctorem d. Andream de Munticulis unum ex d. decem deputatis exponentem qualiter nobilis vir d. Paulus Glovicer locumtenens magnifici d. F. comitis de Orthumburg in patria Foriiulii imperialis vicarii generalis decrevit facere parlamentum in castro Utini in quo provideri debet per totam patriam de fortificatione huius patrie contra quoscumque volentes ipsam damnificare et fieri debent alie provisiones oportune et fructuose etc. Quare instetit fieri ellectio ambasiatorum ad ipsum parlamentum transmittendorum.

Deliberatum fuit quod ellegerentur ambasiatores pro parte nostre comunitatis que ad dictum colloquium vadant et ellecti fuerunt hii: videlicet d. Iohannes Cavalcantibus legum doctor, ser Iohannes Gubertus de Gumbertinis, ser Antonius de Paona, ser Leonardus ser Hectoris.

CCCCLXIX.

Udine, 1412, 18 Febbraio. — *Nel parlamento convocato dal luogotenente del conte di Ortemburg, gli ambasciatori del Cadore espongono le loro lagnanze per la perdita del castello di Bottestagno ceduto da Tristano Savorgnan ai duchi d'Austria e si espongono querele contro il detto Tristano.*

MSS. A manca. B c. nel vol. Parlamento del Friuli nella bibl. comun. di Udine f. 84. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno domini MCCCCXII indictione V die iovis XVIII februarii, in castro Utini Aquileiensis diocesis, in sala magna, in parlamento generali patrie Foriiulii ad sonum campane convocato et congregato, in

quo interfuerunt egregius vir d. Paulus Glovicer locumtenens magnifici et potentis d.d. Federici comitis in Ortumburch sacri Romani imperii in patria Foriiulii vicarii generalis, d. Henricus episcopus Concordiensis, d. Federicus abbas Sextensis, d. Bartholomeus de Fontanellis pro capitulo Aquileiensi, d. Victor canonicus Civitatensis pro capitulo Civitatensi, d. Elias canonicus Utinensis pro capitulo Utinensi, d. Nicolussius comes de Prata, d. Odoricus miles de Spelimbergo et alii nobiles et comunitates et prelati patrie Foriiulii convocati et congregati more solito.

Ambasiatores Cadubrii [a] recomiserunt ter colloquio et petierunt auxilium et favorem dicentes quod dux Austrie habet castrum Botistagni per tractatum d. Tristani et Varnerii [1] tantum et petit Danielem Tartaglia demitti in capitaneum in Botistagno.

Item ser Federicus filius ser Federici de Savorgnano conquestus fuit contra d. Tristanum de Savorgnano quod minavit castrum suum et accepit bone sibi viginti marchas de redditu.

CCCCLXX.

Udine, 1412, 19 febbraio. — *Deliberazione del consiglio del parlamento e comunicazioni allo stesso, circa Tristano di Savorgnano, la venuta di truppe Ungare ed altri oggetti.*

MSS. A manca. B c. del sec. XVI nel ms. 666 della biblioteca comunale di Verona fol. 262 verso.
EDD. inedito. TESTO da B.

Anno domini MCCCCXII, ind. V, die veneris [2] XIX februarii, in castro Utini etc. in pleno consilio parlamenti, in quo quidem consilio d. Volricus rector in Ursen exposuit qualiter serenissimus et invictissimus princeps et d. Sigismundus Romanorum rex et Ungarie etc. rex, creavit illustrissimum principem et d. Ludovicum ducem de Dech in patriarcham Aquilegensem. Item qualiter regia maiestas vult quod omnia fortilicia acquisita per d. Piponem, qui antiquitus fuerunt ecclesie Aquilegensis consignentur ecclesie. Item qualiter prefatus d. rex creavit d. Iacobum de Coradia vicarium in Padua, d. Brunorium de la Scala vicarium in Verona quod semper unanimes cum prefato d. patriarcha et ecclesia Aquilegensi contra Venetos et dominium Veneciarum. Item retulit qualiter intrare debeant patriam quatuor centum equites, item mille equi, item duo millia lancee. Item quod d. comes presto intrare debet patriam Foriiulii et talem numerum construit [3] ecclesie Aquilegensi, quod merito possint se defendere contra inimicos suos.

Item diffinitum, decretum et determinatum fuit in pleno colloquio per suprascriptos dominos nemine discrepante, quod deffinitio et determinatio facta per colloquium generale patrie Foriiulii contra Tristanum de Savorgnano, filios, fratres et descendentes et sequaces, notata manu mei Iacobi notarii sub MCCCCXII, indictione V, die dominico XVII ianuarii, sit esse debeat valida in omnibus et per totum, prout et sicut factum fuit et sic in suis roboribus et firmitate permaneat in omnibus et per totum ipsam ratificantes, approbantes et roborantes; mandantes et volentes ipsam deffinitionem, deliberationem et determinationem prefatus d. noster patriarcha dictam diffinitionem et determinationem factam ratificavit et approbavit in omnibus et per totum, suam et ecclesie Aquilegensis auctoritatem interponendo, supplicantes prefato d. nostro patriarche quod invictissimo d. nostro d. Sigismundo Romanorum et Ungarie regi instet cum instantia, maxime quod dictam diffinitionem, deliberationem et

(1) Le parole seguenti sembrano aggiunte dopo, però della stessa mano. (2) B: mercurii, che è impossibile perchè il 19 febbraio 1412 cade di venerdì. Del resto l'ultimo brano, come si vedrà porta esattamente: veneris. (3) Così B.

(a) Si ricordi che il Cadore formava parte, in questo tempo, del nesso Friulano.

determinationem factam contra Tristanum, filios, fratres et sequaces suos debeat et dignetur roborari, validari et ratificari in omnibus et per totum, prout et sicut in ea que facta fuit et manu mei Iacobi notarii notata reperitur.

D. Vincislaus de Spilimbergo protestatus fuit quod dicta diffinitio et deliberatio non sit in eius preiuditium, quia pretendit habere ius in bonis et hereditate Tristani.

MCCCCXII, indictione V, die veneris XIX februarii in pleno consilio parlamenti (1) d. Vincislaus et Nicolaus de Spilimbergo conquesti fuerunt contra d. comitem Goritie, qui sibi detinet tres mansos in Villa de Lestans et Travesio et certam partem castri de Toppo. Determinatum fuit quod iura producantur in manibus d. regis utriusque partis.

Ser Bartholomeus Claudus de Ragonea petiit poni in tenutam et possessionem castri Ragonee et bonorum suorum spectantium ad ipsum. Ubi quidem nobilis d. Nicolaus ser Thomasii de Spilimbergo pro se et fratribus suis ibidem petiit dictum castrum et bona omnia mobilia et immobilia ad ipsum spectantia; certa ostendens privilegia.

Commissa fuit d. Ottoni prout ibidem d. Otto dixit. (2) (a).

CCCCLXXI.

Udine, [1412], 10 Marzo. — *Il consiglio del parlamento delibera intorno alla imposizione e stabilisce norme relative agli apprestamenti militari per la guerra contro i Veneziani.*

MSS. A manca B c. del sec. XVIII nella busta parlamenti nella bibl. civica di Udine. EDD. inedito. TESTO da B.

Indictione quinta, die iovis decima martii. Actum in Civitate Austrie in stupha patriarchalis palatii in consilio parlamenti patrie Foriiulii ad sonum campane convocato et congregato more solito in quo interfuerunt venerabiles et egregii viri d. Vorlicus rector in Ursen (3) secretarius, et Paulus Glovicer locumtenens magnifici d.d. Federici comitis in Orthemburg sacri Romani imperii in patria Foriiulii vicarii generalis, d.d. Henricus de Strassoldo episcopus Concordiensis, Federicus de Pulcinico decanus Aquileiensis, Nicolussius comes de Prata, Simon de Pulcinico, Ioannes Paduanus de Colloreto, Rizzardus de Castello, Nicolaus Lu Barba de Attemps, Ulvinus de Spegnimbergo, Corradus de Brazzaco, Bernardus de Strassoldo, Gesma pro communitate Aquileie, Nicolaus de Portis et Guielminus Leopoldi pro communitate Civitatis Austrie Leonardus Lurcioner, et Macor de Camino pro communitate Utini, Benevenutus de Glemona pro dicta communitate, magister Odoricus notarius pro communitatis Venzoni.

Super facto proposito per d. episcopum Concordiensem super impositione facta contrata de mille et ducentis ducatis auri, et quia aliqui sunt qui conqueruntur quia multum sunt gravati. Item qualiter inter quinque deputatos patrie narratum est, quod pro fiendis expensis, et stipendiariis inveniendis

(1) Questo brano si trova riportato nella stessa pagina del ms., ma separatamente. (2) In capo alla pagina che riporta questi consigli, trovasi una dichiarazione dalla quale risulta che Marcantonio di Toppo " extraxit ex libro deffinitionum consilii parlamenti notati manu ser Iacopi Suapi ". Da altre annotazioni risulta che il Toppo scrisse queste note nel 1530. (3) B: Tresen.

(a) A questo consiglio si deve riferire certamente la nota tratta dagli sconosciuti " ms. propositorum " da Antonio Ioppi e riferita nel suo regesto (ms. nelle Bibl. Civica di Udine): 1412, 19 febbraio, il consiglio del parlamento delibera intorno al furto di ferro fatto al capitano d'Osoppo.

cogitaverunt ponere per totam patriam unam impositionem decem solidorum pro foco et quinque solidos pro sottano et extra terras et fortilitia patrie Foriiulii. Definitum fuit, quod per totam patriam Foriiulii ponantur tres impositiones decem solidorum pro loco et manso, et quinque pro sotano, et quod fiant pedites et presto et ponantur in fortilitiis patrie Foriiulii. Item definitum fuit, quod mandentur presto, quod in casu quo Veneti veniant ad aliquem locum patrie Foriiulii quod omnes homines a XVIII annis super usque ad L annos de patria sub obtenta gratia domini currant omnes homines ad rumorem, et fiat publica proclamatio in omnibus locis patrie.

Et remissum fuit quinque deputatis executio dicte definitionis.

Item definitum fuit quod mandent omnibus hominibus patrie Foriiulii, quod habeant taleas suas paratas in omnem casum et eventum et ultra taleas eorum posse (1).

CCCCLXXII.

S. Vito, 1412, 18 Marzo (a). — *Il capitano di S. Vito consiglia ai cinque deputati della Patria di mandare vettovaglie all'esercito presso la Motta.*

MSS. A manca. B c. nell'archivio notarile di Udine, d'onde racc. Bianchi 6046. EDD. inedito. TESTO da B.

Magnificis et egregiis dd. quinque deputatis provisoribus totius patrie etc. amicis honorandis.

Magnifici domini et amici honorandi. Quia prout potuimus comprehendere a gentibus de Boemia qui hic steterunt hac nocte et hodie summo mane equitaverunt versus la Mottam sunt dispositi stare cum toto exforcio suo Ungarorum et patrie super ripam Liquentie ad campum donec palata sit completa penes la Mottam, et ipsa completa sunt dispositi quod fiat una alia palata ad S. Stenum et bastia ibi ponatur in ordine pro maiori fortitudine totius patrie. Quare ad hoc ut ipsi possint stare ad complendum tot bona supplicamus vestris magnificentiis quod modum teneatis quotidie de victualibus eis necessariis et specialiter de avena quia ab ista parte Tulmenti modica avena reperitur ad presens, in hoc placeat sollicitare sine mora. De novis: heri vespere ad sero gentes Venetorum cum bombardis preliati fuerunt Mottam et Ungari se defendentes viriliter. Si alia sentiemus notificabimus indilate. Data in S. Vito die XVIII. mensis martii V indictione.

In quadam carta inclusa in dicta littera hec verba continebantur, videlicet (2): insuper post litteram clausum reversus fuit quidam nuncius noster de la Motta dixitque quod gentes Venetorum heri se presentaverunt a la Motta solum cum duabus peatis armatis et duobus ganzarolis et modicum steterunt ad prelium et se reduxerunt in fortem. Notificamus quia scripsimus d. Georgio Ausperger capitaneo etc. qui iverat Portumgruarium. Hodie ante diem recessit de Portugruario et ivit la Medunam causa inveniendi d. Guigelminum et Boemos, alia ad presens non sunt. Non cessate ad mittendum victualias.

Capitaneus, potestas, consilium et commune S. Viti cum recomendatione.

(1) Segue la dichiarazione del notaio Mario Voraio di Venzone, il quale trasse questa copia da un'autentica di Belforte Miuttini notaio di Cividale, dalle note di Iacopo Suappi (cancelliere patriarcale). (2) Così in B.

(a) Il Bianchi assegnò questo doc. al 1400, ma l'indizione corrisponde al 1412 assai più verisimile, perchè in quel tempo Giorgio Ausperger era in Friuli per conto del suo signore co. di Ortemburg vicario generale dell'impero nella provincia. Ved. MANZANO, *Annali*, VI, 210 e. 237 e il doc. seguente.

CCCCLXXIII.

Zuglio, 1412, 19 Marzo. — *Il preposito di S. Pietro di Carnia scrive al vice-preposito residente in Sutrio ordinandogli di pagargli 5 ducati d'oro che erano stati imposti alla prepositura ed al capitolo di S. Pietro, dai luogotenenti del vicario generale co. di Ortemburg e dai cinque deputati della patria e 27 libbre di soldi imposte per la decima papale.*

MSS. A manca. B c. di mano di Giovanni Gortani nei suoi ms. " Annali e documenti „ 1401-1440 da copie Siccorti. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem domini MCCCCXII indictione V. Nota quod in hoc quaternario continentur acta iudiciaria manu mei notarii Ioannis q. Antonii de Missitinis de Tulmetio scripta et notata sub supradicto millesimo et indictione coram venerabili viro d. presbitero Petro preposito collegiate ecclesie S. Petri de Carnea.

Petrus de castro Tricani de Foroiulio, Aquilegensis diocesis, prepositus collegiate ecclesie S. Petri de Carnea ipsius Aquilegensis diocesis, dilecto nobis in Christo presbitero Iohanni officianti in Sudrio canalis S. Petri de Carnea vicepreposito in anno presenti ipsius collegiate ecclesie S. Petri salutem in domino.

Hortamur qualiter parte et instantia nobilissimorum virorum d. Georgii militis Auspurger et d. Pauli Glovizer locumtenentium magnifici d.d. Frederici comitis in Ortemburgo et olim sacri romani imperii vicarii generalis in patria Foriiulii nec non nobilissimorum quinque deputatorum per parlamentum, olim fuimus requisiti et in mandatis super huiusmodi, de solvendo quinque ducatis auri, nobis pro ipsa prepositura importantes de collecta pro cavalcatura, sive militia facienda pro salvatione propria Aquilegensis ecclesie nec non de solvendo ratam nobis tangentem de XXVII libris solidorum nobis pro ipsa prepositura et toto capitulo ipsius collegiate ecclesie S. Petri importantem de collecta pro decima papali prout in presentibus litteris nobis presentatis antedictorum dominorum nobis constat.

Unde cum ipsa prepositura de presenti ad te pertineat et spectet cum honore et onere, vigore locationis eiusdem tibi per nos facte, quare te tanquam viceprepositum et ad quem de presenti ipsa prepositura cum onere et honore spectat et pertinet vigore dicte locationis, tenore presentium requirimus et monemus, nihilominus sub excommunicationis pena late sententie mandantes qualiter excommunicamus prout excommunicatum et excommunicatum prout excommunicamus proferimus in his scriptis si non parueris nostris mandatis, trina tanquam monitione premissa, quatenus hinc ad diem .... mensis proxime et immediate futuram, ad diem dationis presentium, quem terminum tibi pro primo, secundo et peremptorio termino presentibus assignamus, dare et deferre nobis debeas et procures in Iulio, in domo nostre habitationis, dictos quinque ducatos auri de collecta pro cavalcatura importantes, nec non ratam tangentem de dictis XXVII libris solidorum importantes pro decima papali; alioquin ad dicte excommunicationis denunciationem, et ad alia iuris remedia graviora contra te, iustitia mediante, procedemus, tua inobedientia non obstante. Nos autem litteras nostri impressione sigilli munitas ad cautelam registrari fecimus, de quarum presentatione relationi nostri iurati nuntii dabimus plenam fidem.

Datum in Iulio, die sabbati XIX mensis martii MCCCCXII, indictione V. Iohannes notarius prepositurals.

CCCCLXXIV.

Buda, 1412, 11 Aprile. — *Ermanno conte di Cilli scrive al parlamento Friulano intorno all'elezione del duca Ludovico di Teck a patriarca d'Aquileia ed ai soccorsi che Re Sigismondo doveva presto mandare contro Tristano di Savorgnano.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Guerra del R. Museo di Cividale to. XXIX p. 17 da cui c. nella racc. Ioppi. C altra c. nella stessa racc. Guerra to. XXVI p. 186 da cui pure raccolta Ioppi. EDD. inedito. TESTO da B e C.

Venerabiles patres dd. prelati, egregi nobiles et cives honorabiles amici nostri specialiter dilecti. Iamdudum in mente nostra dolentes audivimus et vidimus guerras et divisiones in patria nostra existentes maxime ob reverentiam beate Virginis sub cuius dominio et protectione ecclesia et tota patria Aquilegensis consistit. Et de novo compatimur percepto testimonio fide digno, quod aliqui de patria vestra emuli et contrarii serenissimi et invictissimi d. nostri d. Sigismundi Romanorum et Ungarie regis et specialiter Tristandus de Savorgnano pluria disturbia commiserint et committant in dicta patria et specialiter ac noviter in terra Utini contra cives Utinenses fideles dilectos eiusdem serenissimi d. nostri regis asserendo predicta committere de voluntate et mandato prefati serenissimi d. nostri regis .... quo certificamus reverentias et nobilitates vestras quomodo predicta non sunt commissa nec committantur de voluntate et mandato d. nostri regis ymmo sibi tamquam principi et domino iustissimo displicuerunt et michi fortius displicebunt (a). Et ideo pro restauratione et pacificatione dicte ecclesie et totius patrie Aquilegensis vobis in patriarcham dedit et elegit magnificum et potentem d.d. Lodovichum ducem de Deke (1) prout colligere poteritis tam per suas regales litteras quam etiam ex relatione d. Wenceslai militis de Spilimbergo et d. Lodovici de Cignottis de Utino legum doctoris vestrorum ambasiatorum de cuius promotione potestis et debetis merito gaudere, quia divina gratia concedente patriam vestram pacificabit et unicuique secundum opera sua ministrabit et iustitiam faciet (b). Significamus etiam quod statim et de presenti prefatus d. noster rex transmittit copiose gentes suas ad vos cum quibus omnia predicta in melius reformabuntur. Sitis ergo boni et virilis animi et constantes in fidelitate d. nostri regis et non assistatis dictis enormitatibus commissis per d. Tristandum, sed resistatis, quoniam idem d. noster rex potenter et generose vobis subveniet et non derelinquet. Ultimo noveritis quod visum est nobis bonis respectibus et considerationibus quod prefatus d. Wenceslaus repatriet et dictus d. Lodovicus revertatur ad regem prout idem Wenceslaus oretenus vobis dicet.

Data Bude XI die mensis aprilis, anno [MCCCC] duodecimo.

Hermannus Cilie (2) Segovieque comes etc.

A tergo

Venerabilibus patribus dd. prelatis egregiis et nobilibus et honorabilibus civibus patrie Foriiulii amicis nostris specialiter dilectis.

(1) Così B; C: Dech. (2) Così B; C: Ciline.

(a) Il passo della lettera allude al tentativo fatto da Tristano di Savorgnan il 30 marzo di quell'anno di rientrare a Udine, innalzando la bandiera del Re Sigismondo, al quale aveva spediti messi secreti coll'incarico di preparare un accomodamento.

(b) Il patriarca Antonio Pancera rinunziò alla sede nel giugno 1411 essendo stato fatto cardinale da Papa Giovanni XXIII. La nomina del nuovo patriarca fatta dal Re Sigismondo, come risulta da questa lettera, con procedimento connesso coll'ardita politica ecclesiastica di questo sovrano, fu seguita il 6 luglio 1412 dall'elezione dello stesso duca di Teck fatta dal capitolo d'Aquileia. Ved. De Rubeis, *Mon. Eccl. Aquil.* col. 1037.

CCCCLXXV.

Udine, 1412, 8 Maggio. — *Parlamento nel quale si determina la distruzione del castello e delle case di Tristano di Savorgnan e si stabilisce di spedire ambasciatori al Re Sigismondo per informarlo delle male geste del detto Tristano; si prendono inoltre varie deliberazioni intorno alla difesa militare del paese.*

MSS. A manca. B c. del sec. XVIII nella Busta Parlamenti nella biblioteca civica di Udine da c. di Belforte Miuttini notato Cividalese del sec. XVI che lo trasse dalle note di S. Suappi EDD. inedito. TESTO da B e C.

[Anno domini] MCCCCXII die dominico, VIII maii, actum in castro Utini super sala magna in pleno colloquio parlamenti convocato per magnificum d. Federicum comitem in Orthemburgh imperialem vicarium in quo quidem colloquio interfuerunt reverendi patres, nobiles, ac communitates infrascripti videlicet: d. Vuolricus, et d. Paulus locumtenentes prelibati, d. Federici comitis et vicarii imperialis, d. Henricus episcopus Concordiensis d........ pro capitulo Aquileiensi d........ pro d. abbate Rosacensi, d. Thomas abbas Rosacensis, d. Federicus abbas Sextensis, ser Petrus Bonus notarius de Portugruario pro preposito S. Felicis, d. Antonius Balthassaris pro capitulo Civitatensi, d. Pantaleon Brede, et preco Venetus pro capitulo Utinensi, pro Prata et Pulcinico, d. Simon comes de Pulcinico, d. Vincislaus de Spegnimbergo miles, d. Iohannes Paduanus de Colloreto, ser Franciscus de Cucanea, ser Iacobus de Valvasono, ser Marcus de Morutio, et ser .... de Tricano, ser Iacobus Iustus, et Conradus de Prampergo, pro Mels et Colloreto supradictus d. Iohannes Paduanus et ser Asquinus de Colloreto, pro castro Porpeti dictus d. Henricus episcopus, et ser Albertus de Strassoldo, pro Strassoldo, idem ser Albertinus, ser Nicolaus de Villalta .... pro Cavoriacho ser Asquinus de Sbrogliavacca, ser Ioannes de Fontanabona, ser .... et ser .... de Cergnoco, ser Nicolaus dictus Barba, et ser Nicolaus de Pecol de Attems, et ser Duringus de Attemps, ser Bartholomeus q. ser Odorici, et ser Benvenutus de Maniaco, ser Anastasius della Frattina, d. abbas Sextensis pro Salvarolo, ser Asquinus de Varmo inferiori, ser .... pro Varmo superiori, ser Nicolaus de Toppo, ser Tadeus de Manzano, pro communitate Aquileiensi .... pro communitate Civitatensi ser Dorde, et ser Guillelmus Leopoldi, pro communitate Utinensi, d. Andreas de Monticulis, d. Ioannes de Cavalcantibus legum doctores ac Gregorius Arcoloniani, ser Nicolaus Rainoldi, et ser Antonius de Cavalcantibus, pro communitate Glemone, ser .... ser .... et ser .... pro communitate Venzoni ser .... pro communitate Tulmetii ser .... pro communitate Portusgruarii ser Aloysius, pro communitate Marani magister Iohanninus, Iohannes Fulcherius notarius et .... pro communitate Faganee, ser Nicolaus et .... pro communitate S. Viti, ser Bertrandus capitaneus, ser Henricus Delfinus, et ser Biachinus notarius pro communitate Aviani .... pro communitate Canipe ....

Super facto proposito per ser Federicum q. Federici de Savorgnano super minatione castri Savorgnani, et rerum ablatarum per Tristanum de Savorgnano.

Super facto proposito per d. Nicolaum de Toppo contra d. Tristanum super hereditate d. Odorici de Tricano.

Super facto proposito per Vorlicum prefactum exponentem qualiter ista patria stetit in magno periculo, et nondum est restituta nisi fuisset serenissimus princeps et d.d. Sigismundus Romanorum et Hungarie rex et ideo institit et instabat, quod Tristanus de Savorgnano, et domus sua ruine detur, definitum fuit quod domus Savorgnano, et castrum minetur et instetur ee partis (a).

(a) Forse: instetur eae parti, cioè che il partito preso fosse approvato dal patriarca o dal re dei Romani? Per quest' ultima ipotesi starebbe il fatto che immediatamente dopo vediamo nominato un ambasciatore destinato alla corte regia.

Item super facto mittendi unum ambasciatorem ad regiam maiestatem contra Tristanum, et informandam regiam maiestatem de actis Tristani, definitum fuit quod mittantur ambasciatores ad regiam maiestatem informandam de omnibus male gestis per d. Tristanum de Savorgnano usque ad diem presentem pro parte prelatorum, nobilium et communitatum, ac totius patrie Foriiulii, et electus fuit Franciscus Missi, et quod sibi dentur capitula in scriptis.

Super facto littere date Piponi (a) per d. Tristanum.

Super taleis preparandis presto, et mittendis peditibus per villas definitum fuit quod usque ad diem veneris omnes de patria habere debeant taleas V, victum, et si non erunt quod condamnentur exceptis Utino, Civitate Austrie, Pertistagno, Cergneo, Rosacio, et Tricesimo, qui debent esse contra Savorgnanum (1).

CCCCLXXVI.

.... [1412], 11 Maggio (b). — *Il conte Guglielmo di Prata scrive ai cinque deputati della patria per dar loro avviso delle mosse dei Veneziani e chieder varii provvedimenti.*

MSS. A manca. B c. nel cod. dipl. Frangipane a Castel Porpeto da una copia presso il signor Antonio Moro di Udine. EDD. inedito. TESTO da B.

Egregii et nobiles amici carissimi. Recepi litteras vestras, quibus per vos fui et plurimum de celebratis in parlamento et consilio parlamenti avisatus, et inter alia quod instetur apud regiam maiestatem de subsidio: fuit et est bene factum, nam est michi intimatum per unum amicum, qui vera solitus est intimare, quod d. Carolus de Malatestis est tam bene cum c lanceis et debet venire ad exercitum et quod cum eo sit d. Tristanus de Savorgnano et quod ipsi inimici intendunt loca d. nostri regis Romanorum ac patriam damnificare et dare guastum, videretur michi quod melius foret quod talee et gentes patrie venirent faciliusque ad S. Vitum proviando ne gentes inimica per passus Liquentie intrarent patriam, quod bene poterit fieri cum Liquentia sit magna; sic super factum Ungororum quod remediare debeamus ne damnificent super gastaldia S. Viti et abacia. Debetis scire quod per totum comitatum damnificant accipiant boves de sub iugo et damna intolerabilia nostris inferunt et maxime Boemi; facio quod possum ut desinant, promittunt capitanei et videntur male contenti nec fiant et quod non sit de eorum intentione vel consensu. Insuper venit illuc Michinus lator presentium pro conducendo et extraendo videlicet vinum et bladum quod emit pro dando Ungaris et aliis gentibus, que custodient loca prefati d. nostri regis et patriam nam illi precipue de Mota, Opitergio et Portubuffoleto hic vinum et bladum recipiunt et donec hic salvam dedimus. Ideoque licenciam concedi predito quod extrahat faciatis. Si quid novi habuero vobis subito notificabo per Ungarum cabalarium quem hic retineo ea de causa. Valete fideliter

ibi datur die XI mensis maii. Guielmus comes de Prata

A tergo

Egregiis et nobilibus dd. quinque deputatis super provisionibus patrie Foriiulii amicis suis carissimis.

(1) B continua: ommissis etc.

(a) Filippo Scolari generale delle truppe ungheresi in Friuli.

(b) Il conte Cinzio Frangipane attribuì a questo documento la data del 1419, ma nel maggio di quell'anno i Veneziani erano già alle porte di Udine. La data del 1412 è certa, trovandosi ricordato nel documento Carlo Malatesta che soltanto in quell'anno fu condottiere dei Veneziani in Friuli.

CCCCLXXVII.

Cividale, 1412, 12 Luglio. — *Il conte Enrico di Gorizia, quale commissario di Re Sigismondo dà, dinanzi al parlamento riunito nel duomo di Cividale, solenne investitura delle temporalità al patriarca eletto Ludovico duca di Teck.*

MSS. A manca. B c. nel ms. Ahsburnham nella Bibl. Laurenziana di Firenze, vol. 1301, I p. 99 e seg. C c. nella racc. Ioppi da altra c. nella biblioteca civica di Udine. EDD. inedito. TESTO da B e C.

In Christi nomine amen. Anno domini millesimo quadringentesimo duodecimo, indictione quinta, die martis XII mensis iulii. Actum in collegiata ecclesia beate Marie Civitatis Austrie, Aquilegensis diocesis, ante altare S. Catharine et post maius altare ipsius ecclesie, presentibus venerabilibus et egregiis dd. Nicolao Philippi, Iohanne Francisco, Gandino de Gandino, Iacobo a Cavallis, Candido q. Nicolai de Galiano omnibus canonicis eiusdem ecclesie, Conrado Boiano de Civitate Austrie, Francisco de Cormono de Vipulzano militibus, Leonardo ser Simonis de Cormono, Leonardo de Dorumberch, Dorde de Gaubertis, Hermano de Clarecinis, Nicolao Iacobi a Ponte de Civitate Austrie, Rainerio et Antonio de Cavalcantibus de Utino dicte diocesis, testibus ad infrascripta vocatis specialiter et rogatis et aliis pluribus in multitudine magna et copiosa. Ibi in eadem ecclesia convocato et congregato solempniter per litteras spectabilis, magnifici et potentis d.d. Federici comitis in Ortemburg et in Stemberg etc. sacri Romani imperii in patria Foriiulii, in quo ad tertium sonum campane, ut moris est, interfuere prelati, nobiles et communitates infrascripte (1) .... illustris princeps et d. Henricus comes Goritie et Tyrolis serenissimi nostri et invictissimi principis et d.d. Sigismundi dei gratia Romanorum et Hungarie regis semper augusti, commissarius et executor ad infrascripta specialiter deputatus per publicas et patentes litteras eiusdem d. regis eius vero sigillo Romani imperii appenso sigillatas, non vitiatas nec abrasas, nec in aliqua parte suspectas sed prorsus omni vitio et suspitione carentes in theutonico publice lectas et deinde in litterali sermone per venerabilem virum d. Worlicum rectorem in Ursen expositas publice et declaratas, declarari, intimari, et intimari fecit prefato generali colloquio parlamenti patrie Foriiulii contenta in eisdem. In quibus litteris in effectu continebatur, quod idem serenissimus Romanorum et Hungarie rex affectionem habens singularem ad S. Aquilegensem ecclesiam eiusque patriam Foriiulii ac ad omnes et singulos eiusdem patrie fideles incolas et subditos ac eisdem, que iamdiu premitur non modicis turbinibus, guerris, differentiis, malenconiis ac anfractibus est conquassata, prout iam ex culminis sui debito, a quo ecclesia Aquilegensi dignoscitur esse fundata ex iure patronatus honorem facere potest, volens de pastore et patriarcha gratiose providere, commisit illustri principi et d. Henrico comiti Goritie prefato, ut illustrem principem d. Ludovicum ducem de Tech investire debeat de patriarchatu Aquilegensi in temporalibus, ipsumque in sede patriarchali ponere in Civitate Austrie, ut moris est, recepto prius ab eodem d. Ludovico debito fidelitatis et omagii iuramento; eundem d. Ludovicum vigore dictarum litterarum regie maiestatis, de dicto patriarchatu in temporalibus investivit, ipsumque in solitam sedem patriarchalem posuit et induxit et in dicta sede sedenti ensem evaginatum in signum investiture et executionis iustitie in manibus suis dedit et assignavit, mandans sibi ut iustitiam facere debeat. Quibus sic peractis idem d. Ludovicus cum toto clero ibidem existente humiliter et alta voce decantavit hymnum *Te Deum laudamus*, deinde ordinate et singilatim vocatis per Iacobum notarium infrascriptum omnibus et singulis dd. prelatis, nobilibus et communitatibus patrie Foriiulii infrascriptis qui ad dictum parlamentum convenerunt et convocati erant et requisiti per prefatum d. Henricum comitem et commissarium pro parte regie maiestatis prefate quatenus ut dicto

(1) Mancano i nomi degli intervenuti.

d. Ludovico uti vero patriarche parere et obedire atque fidelitatis et omagii debitum iuramentum prestare deberent fidem, omnes prefati prelati, nobiles et communitates volentes mandatis regie maiestatis, ut tenentur et debent, humiliter et devote obedire singulariter singuli ibidem tactis sanctis evangeliis, prefato d. Ludovico patriarche et in manibus suis debitum fidelitatis et omagii iuramentum prestiterunt in hunc modum, videlicet in plurali et singulari: iuro et iuramus ad hec sancta dei evangelia esse fidelis et obediens, fideles et obedientes reverendissimo in Christo patri et d.d. Ludovico duci de Tech dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarche electo et postulato in omnibus et singulis uti vero et legitimo patriarche tam de iure quam de consuetudine parere et obedire similiter et invictissimo principi Romanorum regi et suis successoribus legitime intrantibus, sicut quilibet verus et legalis subditus et fidelis, veri et legales subditi et fideles ecclesie Aquilegensis et Romani imperii facere debent et tenentur, sic deus me et nos adiuvet ad S. dei evangelia.

CCCCLXXVIII.

Udine, [1412] (a) .... — *Memoriale delle cose da esporsi nel parlamento che si adunerà circa il bando di Tristano di Savorgnano, nel quale si chiede che gli esuli non siano richiamati, che i danneggiati dallo stesso Tristano siano risarciti ed al comune di Udine siano restituiti i danari prestati ed infine che le cortine siano rovinate.*

MSS. A manca. B c. del sec. XV nel volume 666 della biblioteca comunale di Verona f. 208.
EDD. inedito. TESTO da B.

Memoriale de exponendis in colloquio celebrando.

Primo instetur quod deliberationes facte in pluribus parlamentis contra Tristandum de Savorgnano et omnes de domo sua ac eius sequaces rebelles sacri imperii etc. et maxime in terra Utini ratificentur, confirmentur et approbentur ut numquam sint ulterius causa destructionis patrie etc.

Secundo instetur quod omnes exules a terra Utini propter introitum proditorium sint banniti a tota patria Foriiulii.

Tertio instetur quod supra bonis dicti Tristandi et aliorum de domo sua satisfiat habere debentibus ab ipsis ac illis quorum domus posite fuerunt ad saccomanum tempore predicti proditorii introitus dicti Tristandi.

Quarto instetur quod mille octuaginta ducati alias concessi per nostram comunitatem Utini in servicium totius patrie pro solvendo Ungaris etc. restituantur iuxta deliberationem generalis colloquii propter magnam incumbentem necessitatem ipsi comunitati nostre.

Quinto instetur quod omnes illi compatriote qui non solverunt eorum impositiones impositas universaliter pro deffensione tocius patrie compellantur captis pignoribus ad solvendum.

Sexto instetur quod omnes cortine patrie ruinentur et destruantur cum ipse fuerint causa destructionis tocius patrie.

Septimo instetur quod princeps et reverendissimus d. noster patriarcha manuteneat comunitatem nostram Utini in nostris antiquis iuribus et consuetudinibus.

(a) La data di questo memoriale è incerta, giacchè la materia della confisca dei beni di Tristano Savorgnan fu trattata dal parlamento sia nel 1412-13 che nel 1414. Non so se ad esso sia riferibile il regesto che trovasi nell'indice di Antonio Ioppi il quale lo toglie da certi ms. propositorum che non furon mai rinvenuti. Il regesto è il seguente: 1413, 14 luglio: protesta del comune di Udine al consiglio del parlamento per ottenere i beni dei ribelli.

CCCCLXXIX.

Udine, [1413, 5 Aprile]. — *Il consiglio di Udine elegge gli ambasciatori che debbono rappresentare il comune al parlamento convocato a S. Daniele.*

MSS. A Annales civitatis Utini to. XIX fol. 56. EDD. inedito. TESTO da A.

Electio ambassiatorum mittendorum ad colloquium celebrandum in S. Daniele. Item dicta die et loco. Prefati dd. decem deputati ad regimen super ambassaria mittenda ad colloquium celebrandum in S. Daniele deliberato ordine procedentes, elegerunt in ambassiatores comunitatis nostre Utini sapientes ac honorabiles et circumspectos viros d Andream de Monticulis, d. Iohannem de Cavalcantibus, et d. Alovisium de Cignottis legum doctores ac ser Machorem Philippussii, ser Nicolaum ser Zani ac ser Federicum q. ser Federici d. Belli.

CCCCLXXX.

Udine, 1413, 25 Aprile. — *Il parlamento Friulano conferma la deliberazione presa il 17 Gennaio 1412 contro Tristano Savorgnan, fratelli e discendenti, e chiede al patriarca Ludovico che s' interponga presso il Re Sigismondo per ottenere la conferma di tale condanna.*

MSS. A manca. B c. in racc. Ioppi da c. autentica del 1546. C c. del sec. XVII nel ms. della Bibl. Marciana di Venezia, lat. XIV, 46 fol. 227-230. D c. in racc. Ioppi da fonte sconosciuta. E altra c. nella racc. Ioppi da c. del not. Miuttini di Cividale del 1530. Le due c. D ed E sono limitate al solo elenco degli intervenuti. EDD. inedito. TESTO da B colle varianti principali delle altre copie.

In Christi nomine amen anno domini MCCCCXIII (1) indictione sexta die XXV aprilis. In Utino, in ecclesia minorum S. Francisci, in pleno parlamento ad sonum campane, ut moris est, solemniter congregato et convocato (2) coram reverendissimo in Christo patre et d. nostro Lodovico duce de Dech dei gratia S. sedis Aquilegensi patriarcha electo, et egregio utriusque iuris doctore d. Ottobono de Bellonis de Valentia consiliario, et auditore Cesareo preposito Ovediensi (3), nec non comissario specialiter deputato per invictissimum principem et d. nostrum d. Sigismundum Romanorum et Ungarie regem. In quo interfuerunt infrascripti: et primo suprascripti d. noster patriarcha et prefattus d. Otobonus, d. Enricus de Strasoldo episcopus Concordiensis, d. Philipus de Fontanellis pro capitulo Aquilegensi, d. Thomasinus de Cavalcantibus abbas Musacensis, d. Federicus abbas Sextensis pro abbate Belliniensi (4), d. Philippus de Fontanellis pro capitulo Civitatensi, d. Ioannes Franciscus, et d. Matheus canonici Civitatenses, pro capitulo Utinensi d. Andreas de Sbroiavaca, d. Henricus prepositus S. Stephani, d. Petrus de Trichano prepositus Carnee (5), ser Petrus Bonus notarius de Portugrario, pro preposito S. Felicis, d. Guielmus comes Prate pro se, et d. de Purcileiis, Nicolaus de Pulcinico pro dd. de Pulcinico, pro dd. de Spilimbergo d. Vincislaus, ser Freschus, et Petrus, et Ioannes (6) pro domo de Cuchanea, ser Ioannes Paduanus, et Nicolaus pro dd. de Mels et Colloreto, ac d. Henricus et Ioannes de Fontebono, ser Mucius de Murucio, ser Bartholomeus de Prampergo, Rizzardus de Castello, Iacobus de Strassoldo, Nicolaus, et Louisius de eodem loco, Nicolaus de Vilalta, Galvanus ser Baldassii de Maniaco, Thadeus de Manzano, Asquinus de Sbrogliavacha, Pertholdus de Pers, Nicolaus Labarba (7), Duratius de Attems, ser

(1) anno domini soltanto in E. (2) convocato om. C. (3) Così D; le altre: concordiensi. (4) Così C; gli altri Bellunensis! (5) B: Carnenis. (6) Così tutte le copie; C ha Nicolaus. (7) C: barba.

Nastasius de Fratina, ser Barthulussius de Varmo superiori, ser Asquinus de Varmo inferiori, pro Brazzaco superiori ser Gaspar, pro Cergnaco Coradus ser Ioannis, pro Aquileia Iacobus Notarius de Bugaciis (1), et Dionisius de Aquileia, pro Civitate Austrie d. Coradus Boianus miles, Nicolaus de Portis, Adam et Guielmus Puppi (2), pro Utino d. Andreas de Monticulis, Ioannes de Cavalcantibus, Louisius Machor de Camino et Federicus filius ser Federici de Savorgnano (3) pro Glemona Benvenutus, et Henricus Rampulini pro Venzono Baptista, et Iacobus della Stella de Venzono pro Tumetio ser Petrus, et magister Nassinguerra notarius (4) et Floreanus pro communitate Montisfalconi pro Marano ser Ioannes, et Ioannes Fulcherinus notarii, pro Faganea Franciscus ser Hermachore, Franciscus, ser Totter et Marcus (5) de Faganea pro Sacillo d. Louisius, pro Aviano ser Gaspardus, et Victor notarii, ser Federicus de' Panigaleis (6) pro communitate Portus Gruarii, pro S. Vito Rizzardus, et Thonus de S. Vito, ser Franciscus Ossicus, Gaspar, Ioannes Pitiani, et Georgius pro S. Daniele parlamentales et parlamentum patrie Foriiulii rapresentantes.

Item (7) diffinitum, decretum et determinatum fuit in pleno colloquio per suprascriptos dominos, nemine discrepante, quod diffinitio et determinatio facta per colloquium generale patrie Foriiulii contra Tristanum de Savorgnano, filios, fratres, et descendentes, et sequaces suos notata manu mei Iacobi notarii sub millesimo quadrigentesimo XII indictione quinta, die dominico XVII ianuarii sit et esse debeat valida, in omnibus, et per totum pro ut, et sicut facta fuit et fit, in sui roboris firmitate (8) permaneat in omnibus, et per totum, ipsam rattificantes, approbantes et roborantes, mandantes, et volentes (9) ipsam diffinitionem, deliberationem, et determinationem factam executioni debite demandandam. Quibus sic diffinitis, determinatis et peractis, prefatus d. noster d. patriarcha dictam diffinitionem factam rattificavit, et approbavit in omnibus, et per totum suam et Aquilegiensis ecclesie authoritatem interponendo, supplicarunt prefato d. nostro patriarche, quod d. nostro d. Sigismundo Romanorum et Ungarie regi instet cum instantia maxima, quod dictam diffinitionem, deliberationem et determinationem factam contra Tristanum, filios, fratres, et sequaces suos debeat, et dignetur roborare, validare, et rettificare in omnibus, et per totum prout, et sicut iacet, et facta fuit, et manu mei Iacobi notarii reperitur (10).

CCCCLXXXI.

.... 1413, 27 Aprile. — *Alcuni deputati eletti dal parlamento assumono testimonianze per il processo intentato dal parlamento stesso, per ordine del Re Sigismondo, contro gli uccisori del patriarca Giovanni e del Vescovo Agostino di Concordia e contro i ribelli del sacro Romano impero.*

MSS. A brano del registro or. nel vol. 666 della Biblioteca comunale di Verona fol. 146.
EDD. inedito. TESTO da A.

Atestationes castri de la Fratina (11).

Deputati per generale coloquium patrie Foriiulii ad inveniendos illos qui interfecerunt d. Iohannem olim patriarcham, d. episcopum Concordiensem et rebelles sacro imperio, d. patriarche et Aquilegensi ecclesie de mandato invictis-

(1) C: Fugatiis. (2) Puppi om: D ed E; Adam (che è un Formentini) è omesso da D. (3) D ha Matheus de Chamino ed omette: ser Federicus de Savorgnano. (4) magister Nassinguerra notarius manca in C che ha ser ....; B annota .... magister de Tumetio. (5) B: ser Tottit; C: et Toter et ser Marcus. E: ser Toteri et Marius. D omette: Toter. (6) Ser Federicus .... Portusgruarii om. B e C. D ha: Paniglaceis. (7) Evidentemente qui dovettero esserci in A una o più deliberazioni che non sono riprodotte nelle copie. (8) C: factum fuit et sic in suo robore et firmitate. (9) C: mandando et volendo. (10) Segue in B l'autentica del luogotenente della Patria Maffeo Michiel data da Udine, 22 febbraio 1546 che manca in C. (11) Segue in A il n. 42 in cifre arabiche che probabilmente è il n. del fascicolo delle deposizioni.

simi principis et d. nostri d. Sixmundi Romanorum et Ungarie regis. Sunt infrascripti et primo pro nobilibus dicte patrie:

Iohannes Paduanus de Coloreto
Iacobus Iustus de Prampergo
Asquinus de Sbroglavacha
pro comunitatibus:
Nicolaus de Portis
d. Lovisius de Cignottis
Benvenutus de Glemona.

MCCCCXIII indictione sexta die XXVII aprilis. Reverendus d. Federicus abbas Sextensis interrogatus per suprascriptos dd. deputatos:

dixit quod ex auditu audivit dici sed non vidit quod nobiles de la Fratina destruerunt castrum vocatum da Fratina non per vim sed propter metum exercitus Venetorum.

Item dixit quod cum ipse haberet castrum Salvaroli et in ipso haberet aliquos pedestres videlicet XIV exercitus Venetorum acessit ad dictum castrum et per vim ipsum habuerunt et ad sacomannum posuerunt.

Item dixit quod exercitus Venetorum habito castro Salvarolo accessit ad locum Sexti et petito auxilio a d. nostro patriarche et a nobilibus et comunitatibus patrie Foriiulii et sibi non prestito neque habens auxilium et videndo non posse manutenere locum Sexti et timore ductus dubitans ne locus suus destrueretur d. Pandolfo de Malatestis capitaneo Venetorum fecit obedientiam et ipsum d. abbatem dimisit stare in dicto loco Sexti dans sibi aliquos pedestres qui dicto d. Abbate obediebant et eorum erat maior.

Item si vidit cum dicto d. Pandolfo de patria Foriiulii aliquem dixit quod ante Sextum vidit ser Iannutum de Cordovado et non alius suo recordato.

Item si scit quod aliquis feceret obedientiam dicto d. Pandolfo dixit quod ex auditu audivit et dici quod castra Varmi superioris et inferioris, Madrisii et Cordovadi fecerunt obedientiam (a).

CCCCLXXXII.

Udine, 1413, 29 Aprile. — *Consiglio del parlamento che pubblica una decisione del parlamento tenuto il 24 Aprile che toglie ogni prescrizione di diritti da sei anni addietro.*

MSS. A manca. B c. in racc. Ioppi dal vol. V Processi in atti di Gio. a Varis notaio di Udine nell'archivio notarile di Udine: Processo Passerini-Gubertini. EDD. inedito. TESTO da B.

Anno domini MCCCCXIII indictione VI, die penultima mensis aprilis, actum in terra Utini in domo habitationis olim Tristandi de Savorgnano supra sala magna ipsius domus coram reverendissimo in Christo patre et d.d. Ludovico duce de Tech dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha in pleno consilio parlamenti in quo interfuerunt reverendus pater et d. Thomas de Cavalcantibus abbas Mosacensis, d. Filippus de Fontanellis pro prelatis, pro franchis Utini d. Guielminus comes Prate pro nobilibus, d. Venceslaus miles de Spegnimbergo, d. Iohannes de Vualvesono, d. Asquinus de Sbroiavacha, d. Nicolaus Lu Barba de Atems, d. Galvanus de Maniacho, Iacobus Iustus de Prampergo, d. Thadeus de Manzano, Iohannes Paduanus de Coloreto et pro comunitatibus Iacobus notarius de Bugaciis, Dionisius de Aquilegia, d. Lovisius de Zignottis legum doctor, et Machor de Camino de Utino, Nicolaus de Portis, Guielminus Puppi

(a) Seguono molte altre deposizioni, tutte relative agli avvenimenti seguiti all'arrivo dei Veneti nel basso Friuli. In qualche punto si ricorda anche l'irruzione di Tristano Savorgnan a Udine nella primavere dell'anno precedente. Non ho creduto necessario di riprodurre queste testimonianze che hanno un valore storico assai scarso e non hanno relazione alcuna colla storia del parlamento.

de Civitate et Benevenutus de Glemona. Quia in pleno parlamento patrie Foriiulii celebrato in Utino, die XXV aprilis propositum fuit quod propter guerras et malinconias que usque modo et usque ad presentem diem fuerunt in patria Foriiulii videlicet cum reverendissimo patre d. Antonio de Portugruario olim patriarcha Aquilegensi et modo sacrosancte Romane ecclesie cardinali, nec non cum dominio Venetiarum, multe persone videlicet: prelati, nobiles, comunitates, cives et incole ac habitatores patrie Foriiulii non potuerunt habere iusticiam nec iura ipsorum prosequi coram iudice et iudicibus patrie Foriiulii, quia non audebant transire per patriam propter guerras, malinconias et differentias predictas: quapropter volentes et intendentes quod dicte guerre, malinconie et differentie quo ad prosecutionem iurium suorum nulli persone valeant preiudicare et quod nulli persone sit cursum tempus propter dictas guerras et malinconias, diffiniverunt, deliberaverunt et decreverunt, diffinitum, determinatum et decretum fuit per suprascriptum d. patriarcham et consiliarios suprascriptos quod a sex annis elapsis citra usque ad diem presentem nulli persone de patria Foriiulii sit nec esse debeat cursum tempus in petendo et prosequendo iura et actiones suas et sua contra quoscumque homines et personas cuiuscumque conditionis, status et gradus existant, decernentes, declarantes, et determinantes omnes et singulas personas cuiuscumque gradus et preheminentie et status existant esse in eodem statu in prosequendo et habendo iura et actiones eorum contra quascumque personas que erant hodie sunt sex anni (a).

CCCCLXXXIII.

Cividale, 1413, 13 Luglio. — *Parlamento nel quale si discute intorno alla confisca dei beni di Tristano di Savorgnano e dei suoi seguaci, e si prendono misure per la difesa del Friuli.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Ioppi da copia nel vol. II, 74 della collez. Concina a S. Daniele del Friuli. C c. nella racc. Bini, Colloquia et generalia p. 137 da c. del notaio B. Miutini di Cividale. EDD. inedito. TESTO da B e C.

Anno domini MCCCCXIII, die mercurii XIII iulii in ecclesia beate Marie Civitatis Austrie, Aquilegensis diocesis in pleno parlamento convocato et congregato more solito per litteras magnifici d. Federici comitis in Ortimburgh imperialis vicarii, in quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater et d.d. Ludovicus dux de Tech et S. sedis Aquilegensis patriarcha electus et prefatus d. Federicus comes in Ortimburgh etc. d. Federicus de Pulcinico decanus Aquilegensis pro capitulo Aquilegensi, d. Henricus episcopus Concordiensis, d. Stephanus de Montanea abbas Rosacensis, d. Thomasius abbas Mosacensis et Christophorus (1), d. episcopus Concordiensis, d. abbas Rosacensis (2), d. decanus Aquilegensis, d. Serenus pro capitulo Aquilegensi monachus pro d. abbate de Sexto, d. decanus Aquilegiensis pro abbate Bellinensi, Serenus preposito S. Felicis, d. decanus Civitatensis pro capitulo Civitatensi, d. decanus et ser Elias pro capitulo Utinensi, pro Prata ser Guilielmus, pro Porcileis idem, pro Cucanea, Valvasono, Pertistagno d. Iacobus et ser Prettus, pro Morutio ser Marcus, pro Prampergo nullus, pro Pers et Colloreto ser Ioannes Paduanus, pro Prodolono ...., pro Castello ser Rizzardus, pro Villalta ...., pro Sbroglavacha ...., pro Melso ser Ioannes Paduanus (3), pro Cergneo ser Coradus, pro Maniaco ser Ioannes Paduanus, pro Frattina ....,

(1) C omette: et Christoforus. (2) Sembra che l'abbate di Rosazzo fosse unito alla rappresentanza del capitolo Aquileiese: altrimenti non si comprenderebbe che così B come C lo ricordino una seconda volta. (3) Pro Melso .... Paduanus om. C.

(a) Una nota di Ioppi al documento avverte che nel 1422, 18 agosto fu emanata dal doge Tomaso Mocenigo una ducale a Giacomo Trevisan luogotenente del Friuli; nella quale si riconosce che dal 1 settembre 1411, principio della guerra, fino all'ultimo agosto 1420 non corse alcuna prescrizione di tempo in Friuli in pregiudizio di alcuno.

pro Varmo superiori ...., pro Varmo inferiori ...., pro Toppo ser Nicolaus, pro Brazacco superiori .... (1), pro comunitate Aquilegiensi Ioannes Cresula et Bartholomeus de Capite longo, pro comunitate Civitatense ...., pro comunitate Utinensi ...., pro Portugruario ...., pro Marano ser Ioannes Fulcherius, pro S. Vito .... (2).

Super facto proposito per d. episcopum Concordiensem et quinque deputatos rationem petentes de pecuniis expensatis et dicentes de cetero non velle se impedire de patria (3).

Ser Nicolaus de Toppo conquestus fuit quod Tristanus de Savorgnano sibi impedit unam hereditatem ser Odorici de Ragonea ad ipsum et eius consortes spectantem.

Ser Ioannes de Savorgnano conquestus fuit contra Tristanum de ruinatione Savorgnani et spoliatione bonorum suorum.

D. Vincislaus de Spegnimbergo protestatus fuit quod in casu quod aliquid difiniatur contra bona Tristani de Savorgnano, non sit in eius preiudicium, d. abbas Rosacensis conquestus fuit contro Tristanum de Savorgnano super affictibus sibi per ipsum acceptum.

D. Volricus pro parte d. comitis exposuit quod provideatur de bastita Palazolii. Definitum fuit quod scribatur omnia ordinatim comitibus Goritie .... per ipsos et subditos suos facta in dando victualia in castris Tristani et in exercitu Venetorum.

Super facto confiscationis bonorum Tristani et suorum sequacium pervenire debentium ad manus d. vicarii de mandato d. imperatoris iuxta litterarum suarum continentiam et super diffinitione facta per colloquium contra Tristanum et eius attinentes et bona: ubi quidem d. Lodovicus de Cignottis et Nicolaus Rainoldi pro comunitate Utini dixerunt et protestati fuerunt, quod confiscatio bonorum Tristani de Savorgnano et sequacium suorum spectat ad comunitatem Utini, quia Pipo et d. patriarcha in eorum consuetudinibus conservare promiserunt. D. Vincislaus pro uxore sua protestatus fuit, quod sibi sit salvum et reservatum omne ius quod habet in bonis, que d. Tristanus uxori sue tenebat et quod dicta confiscatio non debeat sibi preiudicari.

Diffinitum fuit et terminatum quod supplicetur d. vicario imperiali et patriarche electo, quod super confiscatione suprascriptorum bonorum supersedeatur pro nunc et quod modus reperiatur habendi castra et iurisdictiones Tristani de Savorgnano ...... habeantur et tunc confiscentur et quod nolunt diffinire contra litteras regie maiestatis etc. et similiter de sequacibus suis pro nunc.

CCCCLXXXIV.

Udine, [1413, 26 Settembre]. — *Il consiglio di Udine nomina due ambasciatori che rappresentino il comune al parlamento convocato a Rosazzo.*

MSS. A Annales civitatis Utini to. XIX fol. 184. EDD. inedito. TESTO da A.

Super propositis per ser Machorem de Camino unum ex dd. deputatis ad regimen super eo quod d. noster patriarcha intendit facere unam convocationem in Rosacio prout intimavit (a), ideo rogavit provideri de mittendo duos ambassiatores ad prefatum d. nostrum patriarcham in ipsa convocatione.

Super prima parte deliberatum fuit quod mittantur duo ambassiatores cum littera credentiali et sic electi fuerunt ser Leonardus ser Hectoris et Machor Philippussii (b).

(1) Pro Brazacho superiori om. B. (2) C: pro S. Vito integer. (3) Il brano: super facto .... se impedire de patria è soltanto in C che finisce con esso.

(a) Qui veramente non si parla di parlamento, ma come si può vedere nei doc. di questo periodo, il termine *convocatio* si usa sovente per indicare l'assemblea parlamentare.

(b) Al brano antecedente, segue un secondo, omesso, relativo a differenze col conte di Gorizia.

CCCCLXXXV.

.... 1413, 13 Decembre. — *Taglia della Milizia imposta dai delegati del patriarca e del consiglio del parlamento.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Ioppi. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Cavalaria ordinata per reverendum patrem d. Henricum episcopum Concordiensem, ser Iohannem Paduanum, ser Freschum de Cuchanea, ser Machorem Philipussii et ser Tobiam de mandato reverendissimi d. nostri patriarche et consilii parlamenti, qui quinque haberent dictam cavalariam minuere pro hac vice tantum et non augere, quamvis dictus ser Io. Paduanus absens esset, (sed postea ratificavit).

Et primo episcopus Concordiensis in prima sua extimatione in equis XVIII

D. abbas Rosacensis facit equos	IX
D. abbas Mosacensis	VII
D. abbas Sextensis	VI
D. abbas Belliniensis	IV
Prepositus S. Stephani	VII pro nunc dicitur quod solvat ducatos XV tantum
Prepositus S. Felicis	I
Prepositus Carnee	II
Capitulum Aquilegense	XXII
Capitulum Civitatense	XXII
Capitulum Utinense	III
Monasterium maius Aquilegense	III
Monasterium maius Civitatense	III
Nobiles de Prata	XVI
Nobiles de Purzileis	XVI
Nobiles de Pulcinicho	XII sed pro nunc nihil aliud nisi illud quod restat dare illi dd. de Fana videlicet ducatos XX
Illi de Aviano	III
Illi de Maniacho	VII
Illi de Speglimbergo	XVIII
Illi de Toppo	II
Illi de S. Vito	VI
Illi de Sbroglavacha faciunt equos	V
Illi de Salvarolo faciunt equos	.... sed pro nunc nihil debet solvere nisi prius aliquid solvisset
Illi de Villalta et de Cavoriacho	III
Illi de Faganea	V
Illi de Murucio	II
Illi de Trichano	VIII
Illi de Brazacho inferiori et superiori	III
Illi de Castro Pagani	II
Illi de Coloreto	XV
Illi de Mels	VI
Illi de Pers et Susans faciunt equos	III
Comunitas S. Danielis	X cum nobilibus

(a) Nel regesto di Antonio Ioppi, fra i ms. Ioppi nella Biblioteca civica di Udine trovasi la seguente nota che forse si deve attribuire allo stesso parlamento che deliberò la taglia: 1413, 5 dicembre, il parlamento nomina alcuni deputati al cambio della moneta. Esso è tolto dai mss. propositorum, fonte che non fu potuta rinvenire, malgrado ripetute ricerche.

Illi de la Fratina	VI	sed pro nunc nihil solvunt nisi prius aliquid solvissent
Illi de Prampergo	VI	sed ser Andreas frater et nepotes nihil solvunt, quos tangit ducatos XVIII et dimidium et soldos VI et dimidium.
Illi de Artenea	I	
Illi de Çuchanea, Partistagno et Valvasono	XXIV	sed pro nunc defalcantur equi tres ser Henrico et fratribus
Illi de Strasoldo	IX	
Illi de Manzano	III	
Illi de Castello et Tarcento	IX	
Illi de Varmo superiori	III	
Illi de Varmo inferiori	I	
Illi de Cergno	III	
Illi de Soclef, Guarti et Ligurz (1) faciunt equos	III	
Illi de Zopola	III	
Vasalli de Azano	I	

Comunitates

Comunitas Aquilegie equos duos	
Comunitas Civitatis Austrie	XXVIII
Comunitas Utini	LXXII
Comunitas Glemone	XVI
Comunitas Venzoni	X
Comunitas Tulmecii	IV
Comunitas Montisfalconi	III
Comunitas Sacili	VI

CCCCLXXXVI.

Udine, 1414, 14 Gennaio. — *Il vescovo di Concordia, Giovanni Machora e Zenone fisico di Cividale quali deputati della patria chiedono al consiglio del parlamento che venga definita una controversia insorta fra essi ed il capitolo di Cividale, nonchè il monastero di S. Maria in Valle della stessa città, per il denegato pagamento di contribuzioni poste dai suddetti deputati per soddisfare le truppe Ungare stanziate in Friuli.*

MSS. A manca. B c. del sec. XVI nel R. Museo di Cividale. EDD. LEICHT, *Parlamento* doc. XVIII. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo decimoquarto indictione septima die XIIII mensis ianuarii, Utini in stupa superiori castri, in quo loco vocatum et congregatum erat plenum consilium parlamenti tocius patrie Foriiulii ad providendum, tractandum, cognoscendum et terminandum de et super infrascriptis et nonnullis aliis negociis causis et rebus, concernentibus tam reverendissimum in Christo patrem [d. patriarcham] et ecclesiam Aquilegensem, quam totam patriam ac nonnullas particulares personas et universitates et precipue venerabilem capitulum collegiate ecclesie S. Marie de Civitate Austria et monasterium maius infrascriptum. In quo consilio interfuerunt reverendissimus in Christo pater et illustris princeps d. Ludovicus dux de Deck Aquilegensis patriarcha ellectus et reverendus pater d. Henricus episcopus Concordiensis, d. Philippus de Fontanellis pro capitulo Aquilegensi,

(1) Così B; forse Luint?

pro franchis d. Iohannes comes Prate, pro nobilibus d. Venceslaus de Spegnimbergo, Iohannes q. d. Simonis de Valvesono, Andreas de Prampergo, Iohannes Paduanus de Colloreto, Galvanus de Maniaco, Marchus de Murutio, Luvisius de Strasoldo, Nicolaus de Vilalta, pro comunitate Aquilegiensi Tobias de Sibilitis et Dionisius de Aquilegia, pro comunitate Civitatis Austrie Guigelmus Pupi et Zenon phisicus, pro comunitate Utini Christoforus de Valentinis et Machor de Camino de Utino, pro comunitate Glemone Turinus et Christoforus de Formentinis eius consiliarii et de consilio parlamenti patrie Foriiulii, ad sonum campane more solito convocatus et congregatus. Ibique cum in generali parlamento die veneris XV mensis decembris proximo preterito Utini super sala maiori eiusdem castri celebrato, per prefatum d. H. episcopum Concordiensem et nobiles viros ser Iohannem Paduanum de Coloreto ac Machorum Philipusii de Camino civem Utinensem tamquam deputatos olim per generalem parlamentum patrie Foriiulii, una cum nobilibus viris ser Simone de Pulcinicho et ser Zenone olim .... de Civitate Austria ad providendum omnibus et singulis incumbentibus, tam pro utilitate, quam pro necessitate conservatione et defensione ipsius patrie Foriiulii in guerra et occasione guerre inter serenissimum et invictissimum principem d. Sigismundum etc. (1), cui ipsa patria Foriiulii debitam facit obedientiam et ducale dominium Venetorum, propositum fuisset quod ipsi d. episcopus et Iohannes, Machoras et Zenon olim ut deputati patrie ex commissione et potestate eis data anno domini MCCCC .... (1), prohabito tractatu et consilio cum non paucis fidelibus ecclesie Aquilegensis videntes pericula manifesta et discrimina gravissima iminere ecclesie Aquilegensi et toti patrie Foriiulii propter guerram, oppressiones et damna que fecerant, faciebant et facere poterant gentes et exercitus Venetorum in ipsa patria Foriiulii in personas, terras loca et bona dicte ecclesie et eius fidelium; cupientes dictis periculis, discriminibus damnis et totali ruine ecclesie et patrie ac fidelium predictorum prompte resistere et opportune obviare die .... mensis .... diffinierunt quod prelati ac clerus, nobiles et communitates subditi et fideles Aquilegensis ecclesie solvere deberent predicto ser Machoro per ipsos deputatos exactori constituto libras solidorum .... quibus empta fuerunt staria frumenti ducenta et staria avene quingenta que requisitione magnifici d. Pipi data fuerunt Ungaris tunc morantibus in Sacilo pro defensione et custodia patrie Foriiulii, et solverunt libras solidorum ...... pro expensis factis in fabricando unam palatam in flumine Liguencie iuxta terram Motte: et solvere deberent ducatos auri mille datos pro stipendio Ungarorum, ut ipsi Ungari non desererent patriam non munitam et indefensam, cum essent parati in Ungariam remeare, et quod etiam solvere deberent ducatos auri .... qui expediti fuerunt per dd. ambasiatores pro patria Foriiulii missos in Ungaria ad regiam maiestatem, asserentibus d. episcopo, ser Iohanne et Machore predictis propter predicta de suis pecuniis et bonis multa exposuisse et quod pluribus creditoribus essent realiter et personaliter in magnis quantitatibus obligati, ac quod nonnulli de subditis ecclesie Aquilegensis precipue capitulum ecclesie Civitatensis et conventus dd. monialium S. Marie in Valle de Civitate Austria recusaverunt solvere ducatos .... per ipsos olim deputatos pro rata dictarum expensarum ipsi capitulo impositos, ducatos .... pro rata earumdem expensarum dicto monasterio impositos. Ideo petiverunt predicti dd. episcopus ser Iohannes et ser Machorus quod ipsi domini de consilio supradicti compellant et compellere debeant tam capitulum Civitatense quam monasterium monialium supradictum ad solvendum pecuniarum quantitates tam capitulo quam monasterio occasione predicta impositas.

Contra petitionem vero predictorum d. episcopi, ser Iohannis et ser Machoris olim deputatorum egregius decretorum doctor d. Nicolaus de Portugruario decanus Civitatensis et venerabilis vir d. Iohannes Francischus canonicus Civitatensis sindicus eiusdem capituli et nobilis vir ser Nicolaus de Portis de Civitate Austria sindicus convenctus et monalium monasterii antedicti dixerunt,

(1) Così nel testo. Ved. il doc. precedente ed il n. CCCCLXXIII.

opposuerunt et responderunt publice in parlamento predicto quod capitulum Civitatense et monasterium dd. monialium predictarum tenentur contribuere et cum prelatis et clero solvere pro expensis tantum quod fuerit propter ambasiatas et ambasiatores quos per d. patriarcham cum tota patria missi sunt extra eandem patriam per tres dictos et quod non tenentur ad miliciam seu cavalariam neque ad taliam nec ad expensas alias factas ex causis similibus expressis in petitione suprascripta et quod in preterito dictum capitulum et monasterium pro expensis factis per patriam ex causis similibus supradictis non solverunt neque molestati fuerunt, cum tempore guerre tam capitulum quam monasterium sint ad dimidium caraticum consuetum onerati: petentes se admitti ad probandum de iure suo et antiqua consuetudine capituli et monasterii antedicti.

Qua petitione audita et oppositione, ut premittitur, facta, cedentibus de mandato domini supradito d. decano et Iohanne Francischo de stupa predicta, petito per me Iacobum notarium infrascriptum quid iuris videretur eis super predictis, collatione prehabita et revocatis in stupham d. decano et Iohanne Francischo predictis et nomine monasterii tunc instantibus, predicti domini de consilio ac ipsum totum consilium diffinivit et declaravit quod capitulum Civitatense et monasterium monialium predictarum de iure et antiqua consuetudine tenentur et teneantur ad solvendum et contribuendum cum clero patrie Foriiulii pro expensis que fuerunt propter ambasiatas que per patriam Foriiulii destinantur et quod non tenentur ad expensas factas pro frumento vel avena data Ungaris, neque ad expensas mille ducatorum pro stipendio dato Ungaris, super predictis tam capitulum quam monasterium absolventes. Cui absolutioni iidem dd. decanus et Iohannes Franciscus nomine capituli et monasterii consenserunt.

Et quare prelibatus d. noster ellectus patriarcha ibidem fuit precipue exortatus eosdem decanum et Iohannemfrancischum quod procurarent atque inducerent tam capitulum quam monasterium monialium predictarum quod ad complacentiam ipsius domini nostri et ex mera liberalitate capituli et monasterii ipsius, et capitulum de suo dare velit ducatos auri CXXXIII et monasterium dare velit de suo ducatos XVIII ut cum predictis ducatis possit facilius creditoribus satisfieri, quibus dicti dd. olim deputati sunt pro patria obligati, et predicti dd. decanus et Iohannesfrancischus nomine dicti capituli et monasterii promittentes de rato obtulerunt et promiserunt ad complacentiam domini et ex mera liberalitate tam capituli quam monasterii dare quantitatem ducatorum predictam et rogaverunt me Iacobum notarium infrascriptum quod de predictis presens publicum conficerem instrumentum.

CCCCLXXXVII.

1414, 7 Marzo. — *Il consiglio del parlamento ordina che si ricorra ad amichevoli compositori nelle cause fra i fratelli Panciera di Portogruaro e varii Friulani: che se costoro non riusciranno a metter d'accordo le parti le controversie saranno decise in sede giudiziaria; decide poi una controversia fra il comune di Portugruaro e gli uomini d'Azzano Decimo.*

MSS. A or. del notaio Iacopo di Antonio Suappi nel vol. 666 della bibl. comunale di Verona p. 141. EDD. inedito. TESTO da A.

In causa vertente inter Natalem Pancera ex una et homines de S. Vito acceperunt amicos videlicet ser Nicolaum Lubarba de Atems pro Natale et ser Nicolaum de Portis de Civitate Austria pro illis de S. Vito usque ad octavam Pascatis videant et si non erunt in concordio quod iusticia ministretur.

In causa vertente inter d. abbatem Summaquensem et Natalem accepti fuerunt amici ser Paulum de Valle et Iohannem Cechi qui videant usque ad octavam Resurrectionis et si non erunt in concordio quod iusticia ministretur.

Et pro tercio amico electus fuit abbas Sextensis et concordabunt quod concordium habeat effectum.

In causa vertente inter Nadalinum et Nicolaum de Frata accepti fuerunt pro Nicolao d. Paulus prepositus Concordiensis et Nicolaus Lubarba ad concordandum ipsos et si non erunt in concordio quod iusticia fiat: usque ad octavam Pascatis.

In causa vertente inter d. Vincislaum de Spilimbergo et Natalem Pancera ex alia supra differentia ipter ipsos, acceptus fuit amicus pro parte d. Vincislai Adam de Formentinis et pro parte Nadalini Simon Io. Antonii quod videant concordare ipsos usque ad octavam Pascatis et si non poterint quod iustitia ministretur supra derobatione ville Vivarii et unius breviarii.

Diffinitum fuit quod tres deputati pro consilio parlamenti videant discordiam vertentem inter Natalem et homines de Meduna usque ad octavam Resurrectionis alias iusticia ministretur si non.

Item per d. nostrum patriarcham et eius consilium suum supra diferentia vertente inter homines et comune de Portugruario ex una et homines de Azano, qui res suas perdiderunt et bona eorum accepta fuerunt per comunitatem Portusgruarii et confiscata quia venerunt contra comunitatem Portusgruarii et supra nonnullis domibus videlicet tribus datis Duringussio de S. Vito; diffinitum fuit quod de omnibus bonis mobilibus homines de Azano nihil valent petere et remaneant comunitati domus autem date Duringussio restituantur illis quorum sunt. Supra bonis Duringussii confiscatis comunitati S. Viti omnia ista bona remaneant in dispositione d. nostri patriarche.

CCCCLXXXVIII.

Udine, 1414, 30 Marzo. — *I rappresentanti di Udine al parlamento riferiscono al consiglio della città intorno alle proposte da lor fatte all'assemblea di stabilire norme sul possesso d'un anno e un giorno e sul giudizio del maresciallo, nonchè sui provvedimenti contro i ribelli, e sulle deliberazioni parlamentari in proposito.*

MSS. A Annales civitatis Utini to. XIX fol. 337. EDD. inedito. TESTO da A.

Super facto deliberationum factarum in generali colloquio.

Per eundem d. Petrum [de Marchisinis] referentem de eis que ipse et socii sui nuper proposuerunt in parlamento. Et primo quod rebelles terre nostre proclamarentur in exitio totius patrie. Item quod aliquis qui cum ordine iuris possederit aliquam possessionem per annum et diem non removeatur a possessione sua. Item quod si marescallus d. patriarche vel eius vice marescallus ceperit aliquem in aliquo loco ipsum reducere debeat in locis in quibus sit copia bonorum virorum et quilibet ducatur per laudum et sententia (a). Et quod omnia predicta fuerunt deliberata et obtenta in dicto parlamento seu consilio parlamenti. Excepto quod de rebellibus quod relictum fuit in pendenti. Ulterius deliberatum fuit quod omnes processus et sententie alias late contra Nicolaum Filitinum obtineant plenum robur et quod sit banitus et omnia bona sua sint confiscata comunitati nostre. Quibus sic declaratis deliberatum fuit quod comunitas nostra seu regimen terre nostre debent sibi facere publicari et in publicam formam reduci omnes deliberationes facte super predictis in dicto parlamento vel in consilio eiusdem parlamenti.

(a) L'argomento fu nuovamente trattato in varie riunioni e così pure l'altro della prescrizione d'un anno e un giorno: si veda il parlamento del 15 aprile 1414 e il successivo consiglio del 16 aprile, il parlamento del 30 luglio dello stesso anno e la n. (a) al consiglio del 18 giugno 1414.

CCCCLXXXIX.

Udine, 1414, 15 Aprile. — *Parlamento nel quale si nominano alcuni delegati a ricercare quali siano i colpevoli di ribellione contro l'impero ed il patriarcato, si prendono determinazioni sui luoghi dei giudizi e si ricevono varie petizioni contro Tristano di Savorgnan.*

MSS. A manca. B c. del sec. XVIII in Busta Parlamenti nella bibl. civica di Udine. C c. in racc. Bini Colloquia et generalia da c. del sec. XVII nella cancelleria di Gemona. D c. d'ignota origine nella racc. Ioppi. E altra c. nella racc. Ioppi da c. del 1740 del notaio Pistachino di Cividale. (C ed E incomplete). EDD. inedito. TESTO da B colle varianti principali degli altri.

MCCCCXIIII, indictione VII, die dominico XV mensis aprilis. Actum in castro Utini super sala magna in pleno parlamento ad sonum campane solemniter celebrato et convocato in quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater et d. noster d. Ludovicus dux de Dech dei gratia S. sedis Aquileiensis patriarcha, d. Henricus episcopus Concordiensis, d. Thomas abbas Mosacensis, d. Obicinus canonicus Aquileiensis pro capitulo Aquileiensi, pro abbate Sextensi d. Paulus prepositus Concordiensis, pro abbate Belliniensi d. Nicolaus de Portugruario, pro Capitulo Civitatensi d. Nicolaus de Portugruario decretorum doctor, et Nordius canonicus Civitatensis, pro capitulo Utinensi d. Iacobus decanus Utinensis, et Andreas de Sbrogliavacca, d. Hercules prepositus S. Stephani, pro preposito S. Felicis d. Obicinus; pro Prata et Purcileis d. Guido, pro Pulcinico ser Franciscus, d. Vincislaus de Spegnumbergo, ser Frescus, Iacobus d. Rizzardi, et Christophorus de Cucanea, Ioannes Paduanus de Coloreto pro nobilibus de Coloreto, Iacobus Iustus et Bartholomeus de Prampergo, pro Castello Bartholomeus (1), Marcus de Murutio, Ioannes de Fontebono, Antonius de Strasoldo, Gulielmus (2) de Faganea pro Villalta (3), Galvanus de Maniaco, Andreas de Sbrogliavacca, Nicolaus Lubarba de Atemps, Tadeus de Manzano, Nastasinus della Fratina, pro Salvarolo et Toppo nullus fuit; pro Varmo superiori et inferiori nullus, Franciscus de Brazzaco; pro communitatibus: Iacobus notarius, Ioannes Cresula pro communitate Aquileiensi; pro communitate Civitatis Austrie Nicolaus de Portis, et Gulielmus Puppi; pro communitate Utini d. Petrus Marchisine, Ioannis Guberti, Nicolaus domine Bette, et Alexander drapperius; pro communitate Glemone Turinus, Fantonus, et Henricus notarius (4), pro communitate Venzoni Gasparinus, pro communitate Montisfalconi Federicus notarius, et Nascinguerra; pro communitate Marani Ioannes .... Ioannes Fulcherius, et duo alii; pro communitate Sacili Ioannes .... notarius; Gulielmus de Faganea pro communitate Faganee; pro Canipa Dominicus de Canipa, pro Aviano Nicolaus et Victor notarius, pro Portugruario ser Valeregus, pro S. Vito Rizzardus de S. Vito, pro communitate S. Danielis Georgius Parvus (5).

Ad inveniendum rebelles sacro imperio, ecclesie Aquileiensi et d. patriarche deputati fuerunt Ioannes Paduanus et Iacobus Iustus et Asquinus de Sbrogliavacca, pro communitatibus deputati fuerunt Nicolaus de Portis de Civitate, Aloysius de Cignottis de Utino, et Benevenutus de Glemona.

Ser Duratius conquestus fuit contra Tristanum, quod certa bona in Salt et in Zumpichia sibi detinuit, et occupavit, et contra consortes suos, qui ipsum captivaverunt.

Philippus de Atems habitans in Valvasono conquestus fuit contra Tristanum de Savorgnano, quod sibi detinuit unum mansum situm in valle legatum per quondam Corradutium de .... petens in sua reduci possessionem (6).

(1) Così D; B e C hanno: pro castello Berton; E: pro castello Bertri. (2) Così tutti i ms. meno C che ha: Guidonus. (3) Così tutti meno B che ha una lacuna. (4) D: nobilis. (5) Qui terminano D ed E. (6) Il brano: Ad inveniendum rebelles .... petens in sua reduci possessione è omesso da C.

Nobiles de Tricano suas excusationes porrexerunt in scriptis super accusationibus factis, dicentes non dedisse auxilium Tristano, nec sigillasse litteras, nec Venetis obedientiam fecisse etc.

Presbyter Franciscus conquestus fuit contra ser Varnerium et Birtulum de Varmo, quod ipsum fecerunt capere, et detinuerunt ipsum bene per octo menses in castro Osopii

Pro parte capituli Aquileiensis conquestus fuit contra illos de Marano de quibusdam animalibus emptis per illos de Ariis etc. Debent producere in scriptis.

D. Vincislaus de Spegnumbergo petiit legata ad ipsum spectantia vigore testamentorum dd. de Savorgnano, prout in litteris petitionis continetur. Item petiit partem dotis uxoris eius, videlicet ducatos auri quingentos.

Ser Ioannes de Fontebono conquestus fuit contra Tristanum de Savorgnano quod castrum suum sibi accepit .... de sex mille ducatis.

D. Aloysius de Cignottis petiit pro patre suo mille et quingentos ducatos pro damnis sibi factis per Tristanum in domo sua, producens petitionem in scriptis.

Nicolaus de Mels, Iacobus Lucie, Petrus Dine, et Petrus Antonii Rovuli conquesti fuerunt contra Tristanum de Savorgnano, petitiones suas in scriptis dantes, dicentes domos eorum fuisse positas ad saccomanum (1).

In quo quidem parlamento inter cetera que proposita et notata fuerunt, propositum et notatum fuit ut infra videlicet.

Item quod homines conducantur ad loca alias determinata ad iuditium, quia alias diffinitum fuit quod in Aquileia, in Utino, in Civitate Austrie in Glemona. Diffinitum fuit quod marescalcus conducat homines ad iuditium ubi est copia bonorum virorum (2).

CCCCXC.

Udine, 1414, 16 Aprile. — *Il consiglio del parlamento prende determinazioni sulla prescrizione d'un anno ed un giorno e sul luogo dei giudizi del maresciallo; riceve alcune petizioni contro i cessati deputati della Patria, contro il defunto patriarca Caetani e contro Tristano Savorgnan.*

MSS. A manca. B c. del sec. XVIII nella Busta Parlamenti; C c. del sec. XVIII nella biblioteca civica di Udine dalle note di Iacopo Suappi. D c. del sec. XVIII id. da note di B. Miuttini. E c. in racc. Bini. Colloquia et generalia p. 138. EDD. inedito. TESTO dalle varie copie indicate.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem domini MCCCCXIV indictione VII, die lune XVI aprilis. Actum in castro Utini in stupha superiori, in pleno consilio parlamenti ad sonum campane more solito convocato et congregato, in quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater et d. noster d. Ludovicus dux de Tech, dei gratia S. sedis Aquileiensis patriarcha electus, d. Henricus episcopus Concordiensis, d. Panthaleus de Bredis pro capitulo Aquileiensi, d. Guido et Federicus comites de Purciliis (3), d. Vincislaus de Spilimbergo, Iacobus Iustus de Prampergo, Iohannes Paduanus de Colloreto, Galvanus de Maniaco, Iacobus q. d. Rizzardi de Valvasono, Antonius de Strasoldo, Marcus de Morutio, Nicolaus Lubarba de Atems, Nicolaus de Vilalta pro nobilibus; pro comunitatibus: pro comunitate Aquilegensi Iohannes Cressula et Franciscus de Bugatiis notarius, pro comunitate Civitatis Austrie Nicolaus de Portis et Guigelmus Puppi, pro comunitate Utini d. Petrus Marchisini Alexander draperius, pro comunitate Glemone Turinus et Fantonus de Glemona omnes consiliarii de consilio parlamenti patrie Foriiulii ibidem convocati.

(1) Tutto il brano: Item petiit partem dotis uxoris eius .... fuisse positas ad saccomannum, è omesso da C. (2) Il brano: in quo quidem parlamento .... ad iuditium ubi est copia bonorum virorum, è omesso da B e trovasi soltanto in C. (3) Così tutti meno E che ha: Federicus de Brugnera.

Antonius Macer (1) et Marcus de Faganea conquesti fuerunt contra d. episcopum Concordiensem et Macorem de Camino olim deputatos patrie quare eis non dant eorum stipendium et pecunias debitas.

Antonius Macer petiit a V olim deputatis patrie CL ducatos pro stipendio suo tempore quo stetit in Opitergio ad faciendum rationem deputatorum: d. Philippus de Fontanellis, Thadeus de Manzano, Benevenutus de Manzano (2) (a).

Ita quod quilibet teneantur et dimittantur in possessionem suam et per sententiam accipiant possessionem.

Item quod homines conducantur ad locum alias determinatum ad iudicium quia alias definitum fuit quod [sit?] in Aquileia, in Utino, in Civitate Austria et [in] Glemona.

Definitum fuit quod quilibet qui possedit aliquam rem pacifice per annum et diem in possessionem teneatur, et per sententiam deponatur si iuste rem possedit excepto quod contra d. patriarcham si bona sua essent supra occupata.

Definitum fuit quod marescalcus conducat homines ad iuditium ubi est copia bonorum virorum (3).

Ser Corradus de Cergnoco conquestus fuit contra communitatem Utini quod sibi detinet bona ecclesie S. Marie de Cergnoco, que Tristanus detinebat, petens bona ecclesie debere consignari, quia Curbellus dicitur ea emisse. Diffinitum fuit quod mandetur alias deputatis quod expediant hanc differentiam usque ad festum Pentecostes. Amici erant ser Nicolaus de Atems et .... Alias ecclesia inducatur in possessonem suam.

Antonius de Mels procuratorio nomine Dorothee eius uxoris ac Pauli de Faganea eius cognati conquestus fuit contra olim d. Antonium Caietanum patriarcham et Tristanum de Savorgnano quod unam turrim et unam domum in Ragonea suas ruere dederunt, petens et supplicans de damnis suis restaurari, in scriptis petitionem porrigens (4).

CCCCXCI.

.... [1414], 28 Aprile. — *Nel parlamento Friulano, il comune di Udine chiede che i suoi concittadini danneggiati da Tristano di Savorgnan e dalla sua fazione, siano risarciti coi beni dello stesso Savorgnan e dei suoi partigiani. Chiedono poi risarcimento contro il Savorgnan alcune persone particolarmente lese.*

MSS. A manca. B c. del sec. XVII nella Busta Parlamenti nella biblioteca civica di Udine.
EDD. inedito. TESTO da B.

Die veneris XXVIII in dicto parlamento:

Bergamascus, Ioachinus de Spegnumbergo et Florinus de Lestano petunt, quod fideiussiones ipsorum absolvant a taleis, quas promiserant Tristano de Savorgnano.

DD. Ioannes de Cavalcantibus, Andreas de Monticulis, Aloysius de Cignottis legum doctores pro parte communitatis Utini supplicaverunt, quod cives Utini oppressi per Tristandum, fratrem, et eius sequaces restaurentur de bonis Tristandi, fratris, et sequacium.

Item, quod processus facti contra Tristandum, et eius sequaces per parlamentum presens confirmentur.

(1) Così E; B ha qui come più sotto: Antonius Marci. (2) Tutto il brano: Antonius Macer et Marcus de Faganea .... Thadeus de Manzano, Benevenutus de Manzano è omesso da B e da D. (3) Il brano: Ita quod quilibet teneatur .... ubi est copia bonorum virorum è conservato soltanto da D. (4) Il brano: Ser Coradus de Cergnoco .... in scriptis petitionem porrigens è conservato soltanto da B.

(a) Questi tre son delegati a fare i conti come sappiamo da un riassunto esistente nella racc. Attimis-Maniago.

Uxor Antonii Golant de Utino, filius, et nurus eius conquesti fuerunt contra Tristandum de Savorgnano, qui dictum Antonium fecit interficere manu propria, et domum ponere ad saccomanum, petentes refici, et restaurari de et ultra mille ducatos, et ducentos acceptis de domo sua in pecuniis, et aliis rebus.

Item Detalmus de Indriotis conquestus fuit contra Tristanum de Savorgnano, qui fecit interficere Marquardum de Indriotis, et quod certi de Castello hoc perpetraverunt (a).

Fulcherius et Ioannes de Savorgnano contra Tristanum petierunt refici de damnis eis factis per Tristanum in Savorgnano (b).

CCCCXCII.

Cividale, 1414, 18 Giugno. — *Nel consiglio del parlamento, il capitano di Udine Paolo Glovicer quale luogotenente del patriarca chiede rinforzi per riscuotere i diritti patriarcali ad Ariis, castello dei Savorgnan. Ivi Giovanni Cavalcanti in rappresentanza del patriarca e della chiesa espone querele contro Tristano Savorgnan, fra l'altro, per aver ceduto il castello di Bottestagno in Cadore ai duchi d'Austria. Seguono petizioni di particolari contro lo stesso.*

MSS. A manca. B c. del sec. XVIII nella Busta Parlamenti cit. EDD. inedito. TESTO da B.

MCCCCXIIII, indictione septima, die XVIII mensis iunii. Actum in Civitate Austrie in paveglione superiori in consilio parlamenti convocato, et congregato ad sonum campane more solito, in quo interfuerunt nobilis vir Paulus Glovicer capitaneus Utini locumtenens pro reverendissimo d. nostro d. patriarcha et reverendus pater d. Henricus episcopus Concordiensis, d. Vincislaus de Spignumbergo, Ioannes Paduanus de Coloreto, Nicolaus de Villalta pro et de nobilibus, pro communitate Aquileie Nicolaus de Faganea et Christophorattus; pro communitate Civitatis Austrie Nicolaus de Portis et Gulielmus Leopoldi de Civitate Austrie; d. Petrus Marchisine decretorum doctor pro communitate Utini, et Macore de Camino de Utino.

Paulus Glovicer pro d. nostro patriarcha exposuit in consilio, quod mittantur circa Ariis pro affictibus exigendis aliqui equestres una cum d. marescalco, et familiis suis, ut exigantur affictus tam d. patriarchae, quam aliorum fidelium eius.

Ser Gregorius de Arconeanis de Utino contra Tristanum petiit certos affictus detentos per Tristanum, prout in sua petitione continetur, petiit staria frumenti XVII, et avene quatuor, et den. CXIIII super uno molendino, sera, et braida sitis in Caprileis, et eius pertinentiis.

Christophorus de Virgiliis syndicus monasterii S. Clare de Utino conquestus fuit contra Tristanum, quod sibi detinet unum mansum sitim in Terrenzano, et XL den. super uno horto, et septem staria frumenti etc. prout continetur in petitione.

Iacobus Lucie de Utino conquestus fuit contra Tristanum, quod in adventu, et in introitu suo in terram Utini fecit sibi damnum de CCCC ducatis auri.

D. Ioannes de Cavalcantibus vice, et nomine d. patriarche et Aquilegensis ecclesie conquestus fuit, quod Tristanus de Savorgnano castra Osopii, Pinzani, Flagonee, Savorgnani, et Ariis, sunt feuda ecclesie, et spectant ad ecclesiam Aquileiensem. Item proposuit, quod a XXIIII annis citra habuit gastaldiam Buie, que communiter venditur pro ducatis centum, et septuaginta. Item habuit

(a) L'uccisione del Golant e dell'Indriottis avvennero durante l'assalto dato a Udine da Tristano di Savorgnan nella primavera del 1412, quando di sorpresa riuscì a penetrare nella città.

(b) Nel regesto d'Antonio Joppi già ricordato si trova al 12 giugno 1414 l'annotazione, tolta dai mss. propositorum "il consiglio del parlamento delibera di rivalersi dei propri diritti contro Tristano Savorgnan".

castrum Ragonee, et possedit. Item habuit contratam Cadubrii ab undecim annis citra, et nihil solvit; et petiit ecclesiam conservari indemnem etc. Et dedit Botistagnum in manibus d. ducis [Austrie].

Pro parte communitatis Utini petitum fuit contra Tristanum de Savorgnano, quod emit datia communitatis Utini, et tantum habere debet communitas Utini de bonis Tristani, videlicet ad summam trecentarum viginti septem marcarum solidorum.

Ioannes de Verona apothecarius conquestus fuit contra Tristanum de Savorgnano, quod sibi tenetur pro rebus acceptis de statione sua in ducatis auri quinquaginta duobus (a).

CCCCXCIII.

Udine, 1414, 22 Luglio. — *Il parlamento elegge alcuni incaricati di stendere una protesta al Re Sigismondo ed ai principi cristiani contro l'occupazione di Bottestagno compiuta proditoriamente dai duchi d'Austria. Riceve poi molte petizioni per danni contro Tristano di Savorgnan e la denunzia di Nicolò di ser Zanni di Udine contro Bartolomeo di Maniago che tentò corromperlo quando l'esercito Veneziano campeggiava dinanzi alla città.*

MSS. A manca. B c. del sec. XVIII nella Busta Parlamenti cit. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine, amen. Anno domini MCCCCXIIII, indictione VII, die XXII mensis iulii. Actum in castro Utini super sala ante cameram leonum in consilio congregato per reverendissimum in Christo patrem, et d. nostrum d. Ludovicum ducem de Dech dei gratia S. sedis Aquileiensis patriarcham ad sonum campane more solito, in quo interfuerunt infrascripti et p........ prefatus d. noster patriarcha, d. Henricus episcopus Concordiensis, Panthaleon de Bredis, Nicolaus de Faganea canonici Aquileienses pro capitulo Aquileiensi, Nicolaus de Portugruario decretorum doctor pro capitulo Civitatensi, Nicolaus Lubarba de Atems, Iacobus de Valvasono, Henricus, et Bartholomeus de Prampergo, Franciscus et Pertoldus de Brazzaco, Iacobus de Bugaciis, Iacobus Rose de et pro communitate Aquileiensi, d. Gulielmus et Gabriel, Io. Antonius de, et pro communitate Civitatis Austrie, Ioannes de Cavalcantibus, Petrus Marchesine legum doctores, Nicolaus ser Zani pro communitate Utini, Antonius Coda de et pro communitate Glemone, Hieronymus et magister Simon notarius de et pro communitate Tulmetii, Franciscus Conte et Antonius Brunelli pro communitate Portusgruarii, Ioannes ser Andree et Bernardus de Brazzaco pro communitate S. Danielis, Franciscus ser Hermacore et Marcus de Faganea pro Faganea.

Prefatus reverendissimus d. noster patriarcha proponere fecit, quod scribatur d. nostro regi et principibus et baronibus mundi totum factum Botistagni, et informare ipsos de veritate. Diffinitum fuit quod scribatur, et intimetur d. nostro regi factum Botistagni realiter, et aliis principibus. Electi fuerunt ad

(a) Nel ms. 666 della Biblioteca comunale di Verona a c. 262 si trova la seguente notizia che forse si deve riferire al parlamento del 30 luglio o al successivo consiglio come si può vedere, nel doc. relativo più innanzi. Può darsi però che la materia già delibata il 15 aprile (vedi sopra) sia stata trattata in più sedute:

Super possessione [non] accipienda alicui qui per annum et diem pacifice possedit aliquam rem.

Anno domini MCCCCXIV, indictione VII, die XVIII mensis iunii. Diffinitum fuit in parlamento quod si aliquis possedit aliquam rem per annum et diem pacifice et quiete, in illa possessione sua debet tueri et ab ipsa non privari et removeri nisi laudo et sententia, excepto quod contra d. patriarcham et ecclesiam Aquileiensem et hec possessio talibus personibus tenentibus non habeat prodesse .... in aliquo nec allegare debeat dictam diffinitionem contra d. patriarcham et ecclesiam Aquileiensem; inter alias autem personas locum habeat tantum.

La nota fu tolta nel 1530 circa dai libri diffinitionum consilii parlamenti Iacobi Suappii.

formandum litteras d. Nicolaus de Portugruario, Nicolaus Lubarba, d. Petrus Marchisinae pro communitatibus una cum patriarcha.

Federicus de Savorgnano conquestus fuit contra Tristanum de Savorgnano, quod sibi tantum accepit de bonis suis, et minavit castrum, et sibi fecit damnum de ducatis duodecim millibus.

Ser Nicolaus Lubarba de Atems executor testamenti olim ser Corraducii de Quas petiit hereditatem spectantem ecclesie de Quas et bonum legatum Philippo de Valvasono detentum per Tristanum.

Iacobus Turini conquestus fuit contra Tristanum, quod patri suo fecit damnum de mille ducatis in castro de ....

Simon Manini conquestus fuit contra Tristanum, quod sibi detinet, et detinuit quatuor marcas de redditu, cum usufructibus ascendit ad summam mille, et sexcentorum ducatorum.

D. Iacobus de Caballis canonicus Civitatensis petiit bona Malisane, et nemus detenta per Tristanum, cum usufructibus ad summam DCCC ducatorum.

Ser Nicolaus de Spegnumbergo petiit unam partem Pinzani, et damnum ei factum de mille et quingentis ducatis.

D. Vincislaus de Spegnumbergo pro legatis factis per illos de Savorgnano petiit ducatos auri quadraginta millia, et ultra.

Daniel de Toppo petiit villam de Vasinis cum rebus ad ipsam spectantibus detentam per Tristanum de Savorgnano.

Bartholomeus de Morglaco petiit undecim mansos penes Morglacum detentos per .... de Pinzano cum damnis et expensis, videlicet mille ducatis.

Nicolaus ser Zani de Utino conquestus fuit contra Tristanum, quod de affictibus fratris sui accepit ultra mille ducatos auri.

D. Iacobus de .... de Utino petiit bona de Malisana, et nemus detenta per Tristanum de Savorgnano, et usufructus mille ducatorum.

Fulcherius de Savorgnano petiit bona detenta sibi per Tristanum, et fecit sibi amputare vites; damna vero sua ascendunt ad summam duorum millium ducatorum.

Bartholomeus de Morglaco dixit se velle probare, quod Galvanus de Maniaco fuit rebellis regie maiestatis ecclesie Aquilegensis et patrie Foriiulii, et dixit, quod decem socios misit ad stipendium dd. de Spegnumbergo, et iverunt ad derobandum in territorio Pinzani, et ob hanc causam posuit ipsos in ....

Nicolaus ser Zani de Utino contra Bartholomeum de Maniaco ibidem presentem dixit, quod una die antequam d. Carolus de Malatestis de Arimino cum exercitu accederet ante terram Utini, prefatus Bartholomeus de Maniaco invenit ipsum Nicolaum in custodem ad unam postam Utini, et sibi dixit: Ego debeo salutare te ex parte cancellarii d. Caroli; ipse petiit qualis et quantus tu esses in terra ista Utini; et ego dixi quod magnus; et mihi dixit, quod ipse pacificaverat illos de Purcileis et Burgneria cum Tristano, et quod in brevi pacificabit te cum Tristano; qui Nicolaus dixit: ser Bartholomee vos male facitis dicere mihi ista: ego dicam dd. locumtenenti et communitati mee Utini; qui Bartholomeus dixit, ego dixi eis; et tunc ipse Nicolaus respondit, quare dicitis mihi ista? Prefatus vero Bartholomeus dixit verba ista, suprascripta non esse et fuisse isto modo.

Nicolaus de Mels habitans in Utino conquestus fuit contra Tristanum de Savorgnano, quod sibi fecit damnum de duobos millibus ducatis, et petens restaurari de damnis.

Ser Durincus de Atems conquestus fuit contra Tristanum de Savorgnano... (a).

(a) Nell'indice cit. di A. Ioppi si trova la nota tolta dai mss. propositorum: 1414, 22 luglio, il consiglio del parlamento delibera di rivalersi dei propri diritti contro Tristano di Savorgnan.

CCCCXCIV.

Cividale, 1414, 30 Luglio. — *Consiglio del parlamento che prescrive che il possessore di una cosa da un anno ed un giorno, non possa esserne privato senza sentenza eccettochè si trattasse di beni del patriarca o della Chiesa d'Aquileia.*

MSS. A manca. B c. dagli atti del notaio Iacopino nel colto « Documenti Varii » nell'archivio not. di Udine da cui c. nella racc. Ioppi. EDD. Ioppi, *Constitutiones* cit. doc... TESTO da B.

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis domini MCCCCXIV, ind. VII, die penultimo iulii, actum in Civitate Austrie in palatio patriarchali, in tinello superiori, in consilio parlamenti ad sonum campane solemniter convocato, in quo interfuerunt reverendissimus d. noster d. Ludovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis ecclesie patriarcha dux de Dech, d. Henricus episcopus Concordiensis pro prelatis, d. Guido et Federicus comites Purciliarum, Nicolussius comes Pratte, d. Odorlicus miles et Pertoldus d. Vincislai de Spilimbergo, Ioannes de Valvasono, Ioannes Paduanus de Coloreto, Nicolaus de Vilalta pro nobilibus, Thomas de Sibilittis potestas Aquilegie et Nicolaus de Faganea habitans in Aquilegia pro civitate Aquilegie, d. Conradus Boianus miles, Nicolaus de Portis, Dorde de Gaubertis, Zenon Philippi, d. Pertoldus Pacis de Zucula pro comunitate Civitatis Austrie, d. Petrus Marchisine decretorum doctor et Nicolaus ser Zani de et pro comunitate Utini, pro comunitate Glemone Antonius Coda de Glemona, consiliarii et de consilio parlamenti patrie Foriiulii supra possessione non accipienda alicui qui per annum et diem pacifice possedit aliquam rem, diffinitum fuit quod si aliquis possederit aliquam rem per annum et diem pacifice et quiete, in illa possessione sua debeat tueri et ab ipsa non privari vel removeri nisi laudo et sententia mediantibus, exceptis quod contra d. nostrum patriarcham et ecclesiam Aquilegensem hec possessio talibus personis tenentibus, non habeat prodesse in aliquo nec allegare debeat dicta diffinitio contra d. patriarcham et ecclesiam Aquilegensem, inter alias autem personas locum habeat tantum (a).

CCCCXCV.

Udine, 1414, 3 Agosto. — *Gli ambasciatori inviati dal comune di Udine al parlamento tenuto a Cividale il 30 Luglio riferiscono al consiglio, quanto venne trattato nell'assemblea.*

MSS. A Annales civitatis Utini to. XX f. 1 v. EDD. inedito. TESTO da A.

Relatio dd. ambassiatorum venientium de parlamento.

Relatio egregii decretorum doctoris d. Petri de Marchisinis et ser Nicolai ser Zani ambassiatorum pridem missorum ad parlamentum celebratum in Civitate Austria referentium in effectu de gestis et deliberatis in ipso parlamento et in consilio ipsius parlamenti. Et primo super propositiones ibidem factas per reverendissimum d. nostrum patriarcham super infamia sibi imposita per d. ducem Federicum de Austria super facto castri Botistagni, dicendo quod sibi furtive et proditione acceperit et quod ipsum oportet de hoc intimare omnibus regibus et principibus mundi etc. Determinatum fuit in ipso consilio parlamenti quod fiat una litera universalis cum sigillis prelatorum, nobilium et comunitatum patrie, intimando et declarando quibuscumque regibus et principibus mundi processum dicti castri Botistagni ad tollendum infamiam ipsi

(a) Per le altre materie trattate nel detto parlamento vedasi la relazione dei delegati di Udine nel doc. successivo. Vedasi inoltre la n. (a) al parl. 1414, 18 giugno.

domino nostro patriarche et conservandum honorem suum: et narrando in ipsa littera successive quomodo ipsum castrum pervenerit ad manus Tristandi et ad manus dicti d. ducis et deinde (*sic*) S. ecclesie Aquilegensis cuius semper fuit, etc. Item etiam determinatum fuit quod similiter fiat unam literam serenissimo d. nostro regi Romanorum. Item qualiter propositum fuit de pecuniis accumulandis per patriam ut si necesse esset patria haberet ipsas ad spendendum. Super quo facto determinatum fuit quod pro nunc ob hoc non imponatur aliqua impositio in patria etc.

Super facto creditorum patrie, determinatum fuit quod fiant rationes patrie et si non erunt pecunie ad sufficientiam pro satisfacendo ipsis creditoribus, imponatur una colta pro satisfaciendo eis. Item super propositionem ser Iohannes Guberti contra dd. de Gualsa de facto bonorum sibi occupatorum et detentorum per ipsos dominos etc. determinatum fuit quod affictus ipsorum bonorum pro parte d. nostri patriarche deberent sequestrari penes massarios ipsorum bonorum usque ad ius cognitum. Et quod prelibatus d. noster patriarcha mitteret unam literam predictis dd. de Gualsa quatenus legitime comparerent ad certum terminum et in certo loco in ipsa littera declarando ubi etiam dictus ser Iohannes Gubertus comparebit ad dicendum et ostendendum omnia iura sua que pretendit habere in dictis bonis etc. Et si in dictis loco et termino ipsi dd. de Gualsa legitime recusaverint comparere, determinatum tunc fuit quod ipse ser Iohannes Gubertus deberet induci ac tueri in corporalem et pacificam possessionem eorundem bonorum, cum perceptione fructuum ac reddituum et proventuum ipsorum bonorum etc.

Item de responsis datis per d. nostrum patriarcham retulerunt primo super facto concivium nostrorum de Nimis respondit ipse d. noster patriarcha quod significaret d. Paulo Glovicer ut non faciat eos molestari usque quo providebit. Super facto ser Sandri draperii de bonis de Canalutto respondit quod hinc ad paucos dies providebit ita quod si debebant esse, comunitati ipsi relaxabit etc. Item super molestationes factas per illos de Castro Porpeti contra Iohannem Blasiole et eius massarios etc. respondit ipse d. noster patriarcha quod sibi mittantur in scriptis nomina illorum qui sibi de facto fecerunt et molestaverunt quare providebit et eos puniet.

CCCCXCVI.

Cividale, 1414, 6 Settembre. — *Parlamento nel quale si tratta della resa dei conti dei 5 deputati della Patria e son presentate alcune querele.*

MSS. A manca. B c. del sec. XVII in Bini. Colloquia p. 139 da una c. di B. Miuttini. EDD. inedito. TESTO da B.

MCCCCXIV, indictione septima, die sexto septembris. Actum in Civitate Austrie in patriarchali palatio in paviglione in consilio parlamenti in quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater et d. noster d. Ludovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha electus dux de Dech, d. Henricus episcopus Concordiensis, d. Laurentius abbas Rosaciensis, d. Philippus de Fontanellis pro capitulo Aquilegiensi, d. Nicolaus de Portugruario decretorum doctor in spiritualibus vicarius generalis, d. Nicolaus comes Prate, Guido comes Porciliarum, Henricus miles de Spilimbergo, Iacobus Iustus de Prampergo, Ioannes Paduanus de Colloreto, Nicolaus de Atemps, Ioannes de Valvasono, Galvanus de Maniaco, Nicolaus de Villalta, pro comunitate Aquilegiensi Tobias de Sibilitis, pro comunitate Civitatis Austrie Guielminus Leopoldo, Virgilius de Virgiliis, pro comunitate Utini d. Petrus Marchisinis decretorum doctor, Antonius de Valentinis, Benevenutus de Glemona pro comunitate Glemone omnibus ....

Dominus noster mandavit omnibus volentibus proponere respondere et dicere in dicto consilio et aliis, quod honeste et amorose proponatur videatur et dicatur super pena centum ducatorum.

D. Iulianus de Florentia utriusque iuris doctor pro parte ser Iacomini de Strasoldo conquestus fuit contra Iacobum Iustum de Strasoldo qui sibi ocupat possessionem unius sui zoppi super Lusentium in vado Foyani. E converso Iacobus Iustus dixit quod possessio sibi accepta (fuit?) petens quod reducatur ad possessionem ipsius zoppi. Super ratione facta de expensis et receptis per ipsos factis summis in certis cartis per d. episcopum Concordiensem, Iohannem Paduanum, Macorem de Camino et Zenonem ser Philippi de Civitate Austrie petentes expensas factas per ipsos in factis et pro factis contrate petentes novam impositionem imponi debere ut satisfiat creditoribus.

Diffinitum fuit quod videantur debita patrie Foriiulii et resta ipsius patrie et in quanto patria tenetur et obbligatur et debet habere et cognita veritate et quantitate debitorum et restorum imponatur una impositio ut omnibus habere debentibus reficiatur et satisfiat et quod etiam provideatur de aliquibus pecuniis pro expensis.

Item deffinitum fuit quod expense quinque deputatorum taxentur per consilium.

Diffinitum fuit quod pro expensis dictorum quinque deputatorum per ipsos factis habeat.

d. Simon de Pulcinicho ducatos auri XXV
item ser Ioannes Paduanus de Colloreto ducatos XXV
item d. Henricus episcopus Concordiensis ducatos XXV
item Macor de Camino habeat ducatos XXI
item Zenon Philippi (1) de Civitate habeat duc. XXI (2).

CCCCXCVII.

Udine, 1414, 21 Ottobre. — *Il consiglio del parlamento elegge tre procuratori a trattare col pontefice, col re de' Romani Sigismondo e col concilio di Costanza contro i Veneziani, i duchi d'Austria, i conti di Gorizia ed i signori di Valsa.*

MSS. A manca. B c. del sec. XV nel ms. 666 della biblioteca comunale di Verona intitolato Thesaurus scripturorum Foriiulii, fol. 22 e seg. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCCXIV, ind. VII die XXI mensis octobris, actum in castro Utini Aquilegensis diocesis in stupa parva superiori in pleno consilio parlamenti ad sonum campane more solito congregato, presentibus d. Iohanne de Cavalcantibus de Utino legum doctore, Paulo Glovicer capitaneo Utini, Marcho de Faganea et Io. Fulcherio notario q. Ambrosii de Spignimbergo in Marano habitante habitis testibus.

Ibique cum expresso consensu, velle et voluntate et expressa tunc licentia reverendissimi in Christo patris et d.d. Lodovici dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarche electi ducis de Deck, venerabiles, nobiles et prudentes d. Henricus episcopus Concordiensis, Pantaleon de Bredis iuris doctor canonicus Aquilegensis pro capitulo Aquilegensi pro prelatis, Vincislaus miles de Spignimbergo, Marchus de Murucio, Iohannes Paduanus de Coloreto, Antonius de Prampergo, Nicolaus de Vilalta pro nobilibus, Guigelminus Puppi et Nicolaus a Ponte de Civitate Austrie pro comunitate Civitate Austrie, Machor de Camino et Federicus de Valentinis de Utino pro comunitate Utini, Bertonus

(1) Un transunto in volgare di questo doc. che la racc. Ioppi riproduce dalla racc. Attimis-Maniago, fa conoscere che questo Zenone era della famiglia de Portis. (2) Segue in B la copia dell'autentica di Belforte Miuttini cancelliere della comunità di Cividale nel sec. XVI, che trasse tale c. ex deffinitionibus magnifici parlamenti patrie Foriiulii ex notis olim spectabilis Iacobi Suappi. Segue poi l'autentica del notaio Mario Vorraio di Venzone che trasse la copia dall'atto del Miuttini.

de la Villa de Glemona pro comunitate Glemone omnes consiliarii et de consilio parlamenti patrie Foriiulii parlamentum, consilium parlamenti et patriam Foriiulii representantes, habentes plenam bayliam et potestatem a patria Foriiulii ad infrascripta, sicut constat mei Iacobi notarii infrascripti sub instanti millesimo et indictione, die XXVIII mensis iulii supra infrascriptis more solito congregati in loco prefato tractandis et specialiter peragendis et ipsum consilium una cum ipso d. Lodovico patriarcha et de ipsius voluntate et deliberatione, mandato, adscensu pariter et consensu ut supra, modis omnibus atque forma quibus melius sciverint et efficacius potuerint, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt suis ecclesie Aquilegensis, capituli et patrie Foriiulii et tocius patriarchalus Aquilegensis nominibus et subditorum dicte ecclesie Aquilegensis et patriarchatus egregios d. Coradum Boyanum militem de Civitate Austrie et Petrum de Marchisinis de Utino decretorum doctorem absentes tamquam presentes et nobilem et egregium Iacobum q. d. Rizardi de Valvasono ibidem presentem et acceptantem et quemlibet eorum in solidum, ita quod occupantis conditio potior non existat, sed quod unus eorum inceperit alius seu alii mediare valeant, prosequi et finire, suos et dicte Aquilegensis ecclesie, patrie Foriiulii ac tocius patriarchatus Aquilegensis, veros et certos nuncios, actores, factores, legittimos procuratores, sindicos et nuncios speciales et quicquid melius esse possunt specialiter ad comparendum coram sanctissimo in Christo patre et d. Ioanne divina providentia sacrosancte Romane ecclesie summo pontifice dignissimo ac coram invictissimo principe et d.d. Sixmundo dei gratia Romanorum rege semper augusto et Ungarie rege etc. nec non coram generali concilio in civitate Constancie celebrando ac coram quocumque alio iudice seu auditore per dictos dd. nostros papam, regem aut concilium seu ipsorum alterum deputato vel deputando et ad proponendum, querelandum, dicendum et allegandum tam contra principes et dd. ecclesiasticos quam seculares et precipue contra dominium Venetiarum, dd. duces Austrie vel eorum quemlibet, dd. comites Goricie ac d. de Valse et contra omnes et singulos occupatores, detentores, invasores seu modo aliquo damnificatores turbatores et molestatores ecclesie et patrie Foriiulii aut bonorum, regalium, iurium et iurisdictionum eorumdem, tam comuniter quam divisim et ad instandum petendum et requirendum ipsa bona, castra, regalia et iura dimitti, restitui et relaxari cum damnis pariter et expensis ad faciendum ipsorum dominorum constituentium ecclesie Aquilegensis et patrie Foriiulii nomine excusationes, protestationes et deffensiones suas tam oretenus quam in scriptis et ad deffendendum et protegendum omnes et singulas causas, discordias, differentias et questiones quascumque quocumque nomine censeantur dictos constituentes ac dictas ecclesiam et patriam Foriiulii sive prelatos, nobiles et comunitates eiusdem, comuniter vel divisim tangentes, motas et movendas per quemcumque contra quoscumque nec non ad agendum et deffendendum libellum seu libellos; dandum et recipiendum, excipiendum, replicandum et triplicandum terminos, dilationes petendum et recipiendum quomodolibet; licitum iuramentum in animis dictorum constituentium prestandum, ponendum et articulandum; instrumenta, privilegia, testes et probationes quoscumque producendum et aliarum partium iurare et producere videndum; iudices et notarios eligendum, recusandum et suspectos ..... dandum; sententiam et sententias audiendum, appellandum, appellationem seu appellationes prosequendum; beneficium restitutionis in integrum petendum, privilegia, indulgentias et litteras quaslibet tam gratiam quam iustitiam continentes impetrandum et contradicendum et de iudicibus conveniendum et ad ipsos eligendum tam in curia quam extra; ad compromittendum ac arbitros, arbitratores et amicabiles compositores et comunes amicos eligendum semel et pluries ac totiens quotiens opus erit et generaliter ad omnia et singula faciendum, procurandum et exercendum que statum, honorem et augmentationem ipsius ecclesie et patrie Foriiulii ac prelatorum, nobilium et comunitatum eiusdem tam comuniter quam divisim concernunt et que merita eorum exigunt et requirunt et quilibet veri et legitimi procuratores et sindici in predictis et quolibet predictorum modo aliquo facere possint, dantes et concedentes prefati

constituentes dictis sindicis et procuratoribus et cuilibet ipsorum plenum, liberum et generale mandatum cum plena, libera et generali administratione et potestate omnia et singula que in predictis et quolibet predictorum fuerint utilia, necessaria et quomodolibet opportuna, dicendi, faciendi, proponendi et liberaliter concludendi ac etiam si opus esset substituendi in predictis et quolibet predictorum unum et plures procuratores, hec tamen procuratio semper in suo robore permaneat, illosque revocandi et in se procurationis officium reassumendi tociens quotiens opus fuerit. Promittentes ipsi domini constituentes michi Iacobo notario infrascripto ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine omnium quorum interest vel interesse poterit quomodolibet in futurum perpetuo firmum, ratum et gratum habiturum omne id et quicquid per dictos procuratores et sindicos vel eorum alterum seu substituendus vel substituendos ab eis vel altero ipsorum in premissis vel aliquo premissorum actum, factum et modo aliquo fuerit procuratum. Insuper volentes memorati domini constituentes dictos eorum subditos et substituendi seu substituendos ab eis vel altero ipsorum ab omni satisdationis onere relevare et ex nunc relevantes, promiserunt solemniter michi Iacobo notario infrascripto quo supra nomine stipulanti de iudicio sisti et iudicatis solvendo in omnibus clausulis opportunis sub ypotheca et obligatione omnium bonorum ecclesie Aquilegensis, patrie Foriiulii et totius patriarchatus Aquilegensis et suorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum ad plenum cum omni melioramento et consilio sapientum. Iacobus notarius Antonii Suapii rogatus scripsi.

CCCCXCVIII.

.... [1414] (a). — *Il patriarca Ludovico di Teck ed il consiglio del parlamento ordinano un pubblico bando su certe monete false che circolavano nei territori soggetti alla chiesa Aquileiese.*

MSS. A manca. B c. del sec. XV nel ms. 666 nella Bibl. comunale di Verona fol. 130. EDD. inedito. TESTO da B.

Pro parte reverendissimi in Christo patris etc. (1) et consilii totius parlamenti patrie Foriiulii proclametur publice in civitatibus, terris, castris, gastaldiis et locis singulis subditis ecclesie Aquilegensis, quod reperitur in patria Foriiulii in usum exposita moneta falsa quia non est de argento vel minus habet de argento quam est et fuit debitum et consuetum, que moneta ut premittitur falsa sculpta est sub signo tali et dicitur fabricata in territorio civitatis Sibinici et alia moneta etiam in magno numero reperitur falsa fabricata sub signo tali quod fuit precessoris nostri imediati patriarche Aquilegensis et sub signo tali quod fuit precessoris nostri d. Antonii Cayetani olim patriarche Aquilegensis. Ideo avisamus et monemus omnes fideles Aquilegensis ecclesie ut cautelam in usum monetarum adhibeant, quod falsam monetam non recipiant sed eam potius reprobent et reiciant et sue indempnitati provideant quum si huiusmodi falsas monetas sub predictis signis viderimus in patria frequentari et in usum servari, omnes falsas monetas sub predictis signis faciemus totaliter exbanniri.

(1) Ioppi supplisce: d. nostri d. Ludovici dei gratia S. sedis Aquileiensis patriarche, guidato probabilmente dal fatto che il foglio che contiene il doc. è unito ad altri del periodo 1412-14.

(a) L'attribuzione del documento al patriarca Ludovico di Teck e all'anno 1414, fatta da Ioppi, è fondatissima. Quanto all'anno 1414, si può ricordare che proprio in questo tempo il consiglio del comune di Udine si preoccupava della circolazione della moneta falsa. Ved. MANZANO, *Annali* VI, 266.

CCCCIC.

.... [1414]. — *La comunità del Cadore espone al parlamento Friulano i gravi danni che le derivano dall'occupazione di Bottistagno, dove i duchi d'Austria esigono una gravissima muta e chiede che si proceda al ricupero del castello. Inoltre avvisa che le angherie perpetrate dal capitano patriarcale del Cadore contro un negoziante di legnami Veneziano potrebbero portare a rappresaglie della Signoria di Venezia.*

MSS. A or. cart. nel vol. 666 della bibl. com. di Verona fol. 97. EDD. inedito. TESTO da A.

Suplicatio pro parte comunitatis et consilii Cadubrii.

Nobiles, prelati et comunitates patrie Aquilegensis ecclesie, fideles servitores vestri ac tocius patrie prelibate de Cadubrio suplicant cum effectu quatenus dignemini et placeat providere de infrascriptis pro bono et statu ecclesie Aquilegensis et illius contrate Cadubrii.

Primo supra facto castri Botestagni recuperando dicte ecclesie Aquilegensi, reducendo ad memoriam quod homines de Cadubrio ad presens non sunt in pace nec in treuga cum d. duce Austrie et stant in maximo dubio et periculo perditionis dicte contrate de Cadubrio, et ultra hoc dictum castrum Botestagni ubi exigit mutam novam per ipsos impositam ineptam videlicet ultra tres ducatos auri pro qualibet balla vel sacone et de aliis rebus transeuntibus secundum quod eis placet in tanto dampno mercatorum quod muta consueta de Cadubrio vel strata ad presens nichil valet more solito et est intempsum dampnum contrate Cadubrii.

Item suplicant humiliter et devote ut providere placeat quia est quidam mercator lignaminis de Veneciis qui alias impetravit ab ecclesia Aquilegensi quodam casurale sterile in Cadubrio ad livellum sive feudum perpetualiter et supra illo casurale hedificare fecit domum unam lapideam et parte lignaminis et semper solvit censum suum in guera et post gueram et d. Osvaldus de Frisach modo eam posidet et retinet. Dubitant vero homines de Cadubrio perdere suas possessiones quas habent in Trivisano in teritorio dominii Veneciarum propter illam domum retentam, quare ad hoc ut malum non incurrat, placeat facere noticiam reverendissimo d. nostro patriarche ut dignetur comittere prefato d. Osvaldo capitaneo Cadubrii quod dictam domum penitus relasset prefato mercatori de Veneciis quia homines de Cadubrio habentes possessiones in Trivisana actenus non abmiserunt eas et gaudent eis prout primitus faciebant et hoc humiliter suplicant ut previdere placeat (1).

D.

.... 1414, ... — *Parte del registro del parlamento nel quale eran raccolte in transunto le petizioni ad essa presentate per danni cagionati a persone ed a beni dai movimenti politici avvenuti in ispecie per la ribellione di Tristano di Savorgnan.*

MSS. A quaderno or. nel ms. 666 della racc. Ongaro nella biblioteca comunale di Verona fol. 304 e seg. B c. in racc. Ioppi da altro esemplare con qualche variante in fine. EDD. inedito. TESTO da A con le aggiunte di B.

Quaternus parlamenti in MCCCCXIV, ind. VII manu Iacobi Antonii Suapi de Tricesimo notarii.

Comunitas et homines S. Viti petunt quod quidam cives et vicini de S. Vito certos suos vicinos sub spe salviconductus cum curribus et animalibus miserant

(1) in calce, nota: Dominus dixit eis velle respondere. Nel sommario di molte petizioni che segue al n. seguente è apposta all'annotazione di questa petizione la nota: remissum fuit d. nostro regi.

Portumgruarium cum eorum mercimonis, qui fuerunt numero homines XXII vel circa et hoc sentiret d. olim patriarcha Aquilegensis et Natalis eius frater ipsos captivavit et abstulit currus et animalia et posuit taliam. Petit cum non essent inimici quod dictis suis vicinis ablata restituantur per dictum olim patriarcham et fratrem eius et de bonis ipsorum provideri pro damnis passis de ducatis mille et ultra ut hec latius in eius petitione continentur (1).

Comunitas Tumecii conquerens de infrascriptis dicit quod magnifici et potentes dd. comites de Goritia modo de facto se intromiserunt de villa de Themau subdita castaldie Carnee, ibidem ponendo de novo unam mutam non obstante quod ecclesia Aquilegensis ab antiquo nisi a duobus annis citra habuit iurisdictionem et dominium in dicta villa.

Item quod Antonius et Petrus Paulus de Comeglans canalis Gorti de Carnea quibus d. comes Goritie accipi fecit unum montem de Veranis et aliis Theotonicis contulit; pacifice illum possiderunt a XL annis citra.

Item quod eisdem sunt ablati quatuor boves violenter. Petit eisdem de iuris remedio provideri.

Item quod Lovatus de Ovaro et certi alii stipendiarii missi per d. patriarcham pro scorta facienda victualibus conducendis de Portugruario fuerunt capti in eodem Portugruario per stipendiarios existentes in abbatia Sextensi, pro quibus taliam ducatorum LXV solutorum per eos recepit d. abbas: petit eis per d. abbatem restitui.

Item petit quod de pinguedine seu grassa videlicet bobus, castratis etc. quam archiepiscopus Salzpurgensis noluit dimittere portari in patria, provideatur.

Comunitas Cadubrii, conquerens dicit quod castrum Botistagni quod tenetur per duces Austrie recuperetur et detur in manibus d. patriarche.

Item quod quidam de Cadubrio banniti per comunitatem Civitatis Belluni eo quod ceperunt aliquos districtuales ducis Austrie in territorio Belluni tempore guerre cum dicto duce, reducantur ad gratiam et de dicto banno libere exeant.

Remissum fuit d. nostro Romanorum regi.

Item quod montes illorum de Comelico districtus Cadubrii qui sunt ecclesie Aquilegensis olim dati comitibus Goritie per d. Tristanum, relaxentur dicte ecclesie.

Item quod via de Montecruce fiat per homines de Furno in territorio suo ut iuris est.

D. Guillelmus comes de Prata conquerens maiestati regie contra fratres olim patriarche quod tempore quo idem d. Guillelmus apud regiam maiestatem in regno Hungarie erat constitutus, tempore etiam pacis existentis in Foroiulii, prefati fratres olim patriarche accipi fecerunt staria centum milii cum curribus et bobus prefati d. Guillelmi, quod milleum mittebat ad vendendum versus Serravalle, pro quo spolio et iniuriis factis determinatum fuit in parlamento tunc temporis debitam debere fieri restitutionem per ipsos fratres, quod minime factum est. Petit superinde mandari quod restituatur milleum cum curribus et totus aut valor ipsorum, ut in eius supplicatione continetur.

Nicolaus de Portis de Civitate Austrie conquerens quod per ecclesiam Aquilegensem detinetur sibi indebite unum castrum vocatum Petrapilosa cum suis iuribus etc. petit sibi de iuris remedio provideri et sibi refici.

expedita in meo registro.

Ludovicus de Chavoriacho conquerens contra Tristanum quod occupavit et usurpavit certa bona sua sita in pertinentiis Chavoriachi eum spoliando

(1) Ad ogni capitolo segue uno spazio bianco nel quale son soventi annotati dal notaio e cancelliere Suappi le risposte od i provvedimenti presi sul proposito. Talvolta le annotazioni sono in margine.

pacifica possessione etc. Petit ipsum induci in possessionem dictorum bonorum et de bonis dicti rebellis pro dampnis etc. ducatos quatuor centum etc.
Pendet cum aliis factis d. Tristani.

Gaspar et Pertoldus ceterique consortes de Brazacho conquerentes quod castaldio loci de Faganea impedit violenter et de facto occupat certas eorum iurisdictiones videlicet garitum et alias iurisdictiones hactenus per eos possessas. Petunt quod dictus castaldio non impediat ipsas, sed potius auxilietur etc.
Audiat d. noster pátriarcha et iusticiam faciat.

Samaritana de Rovulo cum filiis eius conquerens de Tristano quod idem Tristanus quum intravit Utinum furtive, manibus suis ser Antonium maritum suum supra platea comunis occidit, domumque suam posuit ad saccomannum eam spoliando omnibus bonis suis valoris ducatorum mille, petit iustitiam fieri de morte et satisfactionem damnorum.

Marchus de Faganea olim stipendiarius deputatorum ad regimen patrie cum certis sociis servivit per plures menses ita quod restat habere ducatos CXLVI, petit sibi satisfieri.

Ioannes de Spinimberg conquerens de Henrico filio ser Tomasi de Spinimberg quod interficit duos suos socios simul transeuntes penes terram Glemone et equum dicti Iohannis vulneravit. Item de Nicolao fratre dicti Henrici qui interfecit massarium ipsius Iohannis. Item quod tantas minas fecerunt sibi Iohanni quod quatuor annis stetit absens. Petit provideri quod similia non committentur etc.

Iacobus Lucie q. Odorici de Utino conquerens de Tristano, quod ipse Tristanus fecit poni ad sacchomannum domum et bona ipsius Iacobi tunc absentis quia aufugerat ut evaderet manus dicti Tristani inimicantis sibi propter fidelitatem quam habebat erga imperium, ex quo damnificatus est in ducatis quadringentos et ultra. Petit etc.

Magister Petrus cerdo de burgo Aquilegie Utini conquerens quod Tristanus et sequaces quum intraverunt Utinum intraverunt domum suam et portaverunt denarios, pannos, coria, vestes, vinum, bladum et alia pretii ducatorum octo centum et XXXV et ultra.
Petit iustitiam.

Asquinus de Varmo conquerens quod capitaneus magnifici comitis Iohannis Goritie a viginti annis citra occupaverit certa sua bona et iurisdictiones sitas in pertinentiis Belgradi et Latisane et quod fuit captus per d. Franciscum de Cormono tunc capitaneum Belgradi qui petiit et voluit ab ipso Asquino fideiussores de presentando se ad turrionem Goritie aut solvendo ducatos sexmilia, ad quam turrim propter guerram ire non potuit, ex quo requirit d. comes a fideiussoribus dictos ducatos sexmilia, cui iniunctum fuit per serenitatem vestram quod suprasederetur in dicta exactione pecunie usque ad presens colloquium....... Petit silentium imponi dicto d. comiti petenti predicta et se et dictos fideiussores absolvi a dicta obligatione et restitui sibi bona sua cum refectione fructuum et expensarum etc.
Exponatur coram deputatis per d. nostrum regem.

Lodovicus de Cignottis legum doctor exponens quod fuit vicarius in temporalibus patriarchalis curie cum salario ducatorum ducentorum, in quo servivit per annos duos et ultra, de quibus restat habere ducatos trecentos auri et ultra. Petit satisfieri sibi per d. patriarcham de bonis ecclesie Aquilegensis etc.
Recomissum fuit d. patriarche.

Ser Antonius de Cavoriacho conquerens quod castaldio Faganee cepit quemdam hominem in quadam ecclesia que non est subiecta dicte castaldie ymo castro de Cavoriacho. Petit sibi de iure remedio provideri ut in eius petitione continetur.

Fiat iusticia per d. patriarcham.

Ser Vorlicus de castro Porpeto et Artichus conquerentes quod propter rebellionem Francisci de dicto castro Porpeti, iidem Vorlicus et Articus privati sunt eorum antiqua possessione castri Tarcenti. Petunt tamquam inculpabiles restitui in possessione predicta.

Pendet.

Nicolaus ser Artici petit investiri a d. rege de parte castri Varmi superioris devoluta ad fiscum propter rebellionem factam per consortes et maxime per Guarnerium de S. Daniele rebellem publicum, ut in eius petitione continetur.

Pendet.

Federicus q. ser Federici alias consors in castro Savorgnani conquerens contra Tristanum de Savorgnano quod ipse occupavit et proiecit ad terram unam turrim cum domibus suis existentibus in Savorgnano extimationis et valoris duo milia ducatorum contra omnem iustitiam. Item spoliavit omnes suos ipsius Federici massarios omnibus eorum bonis, que bona tenuit et usurpavit sex annis. Petit sibi satisfieri et provideri de bonis dicti Tristani.

Frater Tomas abbas Mosacensis conquerens de Troctimberger quod de consilio et favore d. Simonis Odorici Clizoi de Coloreto, Doymi de Castello, Tristani, Varnerii de S. Daniele et Nicolai de Panzeriis de Portugruario, dictus Troctimberger spoliavit ipsum et monasterium suum de multis bonis descriptis in eius petitione extimationis et valoris ducatorum mille septingenti octuaginta duorum. Item quod d. Tristanus usurpavit certa mansa confinata in eius petitione, de quibus percipiebantur nunc duc. tres et den. XL.

Pendet.

Antonius Miotini de Spignimbergo conquerens contra Zusperch et Elfimberger nobiles, quod ipsi fecerunt derobari eidem petias XIV panni valoris ducat sexcentum. Petit etc.

Debet exponi d. comiti Cilie.

Iohannes de Valvesono pro se et fratre ac pro ser Odorico et fratre consortibus suis conquerentes de d. Antonio olim patriarcha et fratribus quod tenent et occupant iniuste villam de Zopola ad ipsos Iohannem et fratres spectantem. Petit induci in possessione pacifica ipsius ville et refici in bonis ipsius olim patriarche et fratrum de ducatis trecentis expensis et interesse passis etc. ut in petitione continetur.

Audiantur partes et fiat iusticia per d. patriarcham.

Qui fratres d. Antonii patriarche se excusant ab hiis ut in eorum scriptis latius continetur (1).

Nobilis vir Franciscus de S. Daniele conquerens de nobilibus de S. Daniele quod de nocte et clam ipsi nobiles intromiserunt multos homines in terra S. Danielis inter quos fuit Tristanus de Savorgnano causa occidendi ipsum Franciscum et cum non reperirent eum, posuerunt domum ad saccomannum, ex quo dannificatus est in ducatis mille quingentis. Petit sibi fieri satisfactionem etc.

(1) Aggiunta di mano contemporanea.

Item quod ipsi nobiles ceperunt familiarem ipsius Francisci et torquerunt ipsum ut confiteretur quod ipse Franciscus fuisset ad comburendum unam villam etc. contra veritatem et honorem. Petit sibi iustitiam fieri.
Pendet.

D. Christoforus de Cignottis de Utino conquerens contra Tristanum de Savorgnano quod cum idem intrasset de nocte Utinum furtive, posuit domum suam ad saccomannum et res omnes et in totum est dannificatus in ducatis mille quingentis triginta et solidos quatuor. Petit etc.
Pendet.

Antonius de Mels procurator d. Dorotee uxoris sue conquerens contra d. Antonium de Gaietanis et d. Tristanum quod fecerunt prosterni unam turrim et domum ipsius d. Dorotee. Petit declarari prefatos contra iustitiam fecisse et ipsam turrim et domum ad se pertinere et sibi facere de fructibus responderi, offerens etc.

Ex parte illorum de Prodolono conqueritur contra d. abbatem Mosacensem quod ipse abbas violenter spoliavit ipsos de una possessione sive monte posito in districtu Carnee, de qua percipiebant singulis annis libras quadringentas et certa alia dona. Petitur etc.
Recepti sunt amici.

Conradus de Cergnocho et sui consortes conquerentes contra Tristanum eo quia occupavit et retinuit eis ius et garitum habebant in custodiendo festum S. Georgii prope villam de Nimis. Item occupavit dimidiam partem quam habebant in custodiendum festum S. Agnetis prope Savorgnanum. Item occupavit eis unum bayarzum sitam in villa de Nimis. Item quod expoliavit et extorsit certos suos massarios et colonos in bonis et pecuniis suis. Petunt iustitiam in premissis et emendam ablatorum.
Pendet.

Nicolaus de Spilimbergo conquerens de Elfimberger districtus comitis Cilie, quod derobavit ipsum conquerentem de certa pannorum quantitate duc. quingentorum et ultra. Petit etc.
Pendet.

D. Iohannes de Cavalcantibus cum fuerit vicarius generalis in temporalibus ecclesie Aquilegensis per duos annos et non habuit pro salario nisi ducatos decem. Petit sibi provideri de suo salario quod est ducatorum ducentum.

D. Mattheus de Valvesono plebanus Zopole Concordiensis diocesis conquerens contra dd. Zopole quod nolunt ipsum pacifice dimittere possidere plebem suam, ymo illam usurpaverunt et usurpant recipiendo fructus etc. Petit illos dominos compelli ad restituendum fructus perceptos qui ascendunt ad summam ducatorum ducentorum et ultra et ad relaxandum sibi dictam plebem etc.
Deffinitur quod dicatur d. episcopo quod iusticiam faciat.

Fredericus de Panigaleis, Petrus massarius et Nicolaus de Broilo cives Portusgruarii conquerentes quod ipsi fuerunt condemnati indebite per comune Portusgruarii in certis quantitatibus ducatorum qui pervenerunt ad manus Natalis de Portugruario ad cuius instantiam ipsi fuerunt condemnati et confinati. Petunt restitutionem, videlicet Federicus ducatorum centum, Petrus ducatorum tercentum et Nicolaus ducatorum centum et pro damnis et interesse ac expensas ducat centumquinquaginta pro quolibet.
Veniat processus.

Aluisius de Gaspardis de Portugruario conquerens de Natali Panciera, quod idem Natalis fecit domum suam dirui et stabula, et summergi sub aqua

suam possessionem et devastari. Petit sibi restitui dampna que sunt ducatorum sexcentum.

Utatur iure suo et audiantur partes per d. patriarcham et eius officiales.

Nicolaus magistri Folchomarii de Mels habitator Utini conquerens contra Tristanum quod dum intrasset de nocte Utinum predictum ipsum Nicolaum de Utino repulit et domum suam posuit ad saccomannum et de Castelutto fecit accipi omnia sua bona. Petit sibi restitui valorem dictorum bonorum et rerum qui est ducatorum duorum milium.

Pendet.

D. Venceslaus miles de Spelimbergo conquerens de iniuriis factis et illatis d. Elisabette cui deveniebant plura bona per testamenta suorum et demum supra platea per familiam d. Tristani mortua fuit et quod bona et hereditates predicte spectant ad ipsum querelantem. Petit sibi possessionem bonorum ipsarum hereditatum dari et in ea tueri etc.

Pendet.

D. Asquinus de Sbrulavacha conquerens de Franceschino Pancera, quod dum ivisset ad Portumgruarium, ipse Franceschinus cum aliquibus suis cepit ipsum Asquinum et posuit in castro captivum contra omnem iustitiam imputans sibi quedam falsa facinora que numquam reperit vera ut in eius petitione continetur. Petit ipsum Francischinum propter iniuriam sibi latam puniri et propter ea quia fecit sibi verecundiam ut in eius petitione latius continetur.

Marchus de Murucio conquerens contra Prettum et Francischum de Zucho pro quadam causa vertente intra eos occasione certorum bonorum petit ipsam causam committi alicui idoneo viro, excepto quod summarie et sine strepitu et figura iudicii determinetur et bona interim sequestrentur.

Accipere debent amicos.

Item conquerens contra Prettum predictum quod eum captivavit indebite et derobavit burgum castri Murutii petit sibi iustitiam ministrari.

Excusatio est infra.

Brixinus et Daniel de Toppo habitantes Utini conquerentes de Tristano et Francescutto vocatis de Savorgnano et suis predecessoribus quod occupaverant eis indebite unum mansum et unam villam cum eorum iuribus petunt restitutionem bonorum suorum et refici sibi fructus perceptos supra bonis ipsorum Tristani et aliorum (1).

Consortes S. Danielis se excusant et primo:

Bertolus, Morandus et Iannutus dicentes se fidelis imperii: dicunt nunquam sigillasse aliquas litteras consignatas Pretto de Zucho.

Item quod nunquam reperietur quod scripserunt de ingressu Tristani.

Item quod in eo quod dicitur quod dederunt victualia Venetis etc. dictus Bertolus dicit nil stare et si alia reperirentur vult penam persone et bonorum subire. Sed Morandus et Iannutus non valentes habere subsidium numquam dederunt obedientiam Venetis etc. ut in eorum excusatione continetur (2).

(1) Tutto il brano: Marchus de Murucio .... ipsorum Tristani et aliorum manca ad A ed è invece riportato da B. (2) Il brano: Consortes S. Danielis .... ut in eorum excusatione continetur è soltanto in A.

Et ego Iacobus habitans [in Civitate Austrie] natus Antonii Suapi de Tricesimo publicus imperiali auctoritate notarius predictis suprascripta complevi et asumpsi de verbum ad verbo de quadam litera sigilata cum duobus sigillis mihi datam et ostensam per nobilem Artichum de Castello, ipsamque egi de verbo ad verbum coram venerabilibus viris d. Aydilino Thampler plebano de S. Daniele, Antonio ser Philipi de Faganea et Iohanne scriptore magnifici d.d. comitis in Ortemburch die primo mensis mai sub anno MCCCCXIV indictione VI in terra Utini, in domo habitationis d. Tristani de Savorgnano et in signo et testimonio premissorum cum subscriptione et signo meis predicta redegi et publicavi ut omnibus pateat et manifestum sit (1) (a).

DI.

.... [1415, inizio d'Aprile] (b). — *Parlamento nel quale si tratta delle varie controversie coi conti di Gorizia per i soprusi da questi commessi nel Carso, a Timau e nel Cadore, si discute intorno alla richiesta di rappresaglie, e si esaminano molte petizioni presentate all'assemblea contro sudditi patriarcali.*

MSS. A protocollo originale nella biblioteca civica di Udine. Fascicolo cartaceo mutilo all'inizio.
EDD. inedito. TESTO da A.

Ser Coradus de Cergnoco pro ecclesia S. Marie de Cergnoco conquestus fuit contra Curbellum de Utino qui retinet sibi marchas III denariorum anuatim.

Diffinitum fuit quod amicabiliter concordentur si possunt et si non possunt concordari audiat d. Nicolaus de Portugruario vicarius partes et iustitiam faciat ecclesie, Corbello et Philippo de Atems.

Françiscus Dominici Franceschini de Glemona conquestus contra comunitatem Glemone quod imponitur sibi impositio quam solvere non debet quare non est vicinus in Glemona sed in Utino.

Audiat d. Iohannes Paduanus.

Comunitas Aquilegie conquesta fuit contra Iohannem Cant qui pignoravit comunitatem pro caritativo subsidio, quod solvere non debet taleam neque caritativum subsidium.

Supersedeatur usque ad informationem habitam a Iohanne Susana de Utino.

D. Benevenutus de Prodolono conquestus fuit contra .... capitaneum S. Viti qui captivavit unum subditum dd. de Prodolono in preiudicium dd. et dominii de Prodolono dicens non posse pati iniurias quas homines de S. Vito eis inferunt.

Mittetur per capitaneum et audiantur partes usque ad resurectionem d. nostri Ihesu Christi et fiat iustitia.

Pantaleon mercator alias familius V deputatorum multum laboravit et petit laborem et expensas factas.

Fiet racione et providebitur.

Franciscus Dominici Francischini dixit se habere debere a Beneveto (*sic*) de Glemone ducatus auri mille petens iustitiam sibi ministrari debere.

Audiant d. Iohannes Paduanus et Beltrandus de Glemona.

Ser Duratius de Atems petiit admitti debere ad administrationem bonorum nepotis sui iuxta voluntatem .... filie sue ex testamento.

(1) La dichiarazione del notaio Iacopo Suappi si trova sul foglio 182 r. del quaderno, ma evidentemente era destinata ad essere posta in calce al protocollo autentica.

(a) Nel ms. 666 della biblioteca comunale di Verona esistono anche talune delle suppliche originali trasuntate nel sommario che qui si pubblica.

(b) Il fascicolo fu mal legato, così che questi fogli iniziali figurano come la fine del protocollo, mentre in realtà ne rappresentano l'inizio. Quanto alla data, credo di non errare ritenendo che si tratti dei primi d'aprile del 1415, considerata la strettissima connessione delle materie col parlamento del 22 aprile.

Vocentur d. Iohannes de Cavalcantibus et Iohannes Antonius de Utino tutores .... fili ser Antonii de Lidone et fiat iustitia.

Ser Galvanus de Maniaco conquestus fuit quod illi de Pinzano accipiunt sibi bona sua in quadam villa Valaryani.

D. Iohannes Franciscus canonicus Civitatensis, Tadeus de Manzano et Virgilius deputati patrie pecierunt removeri debere et racionem eorum fieri.

Diffinitum fuit quod quicquid d. noster patriarcha mandavit Virgilio et deputatis dari et expendi debere pro utilitate patrie admittatur et ponatur ad racionem dictorum deputatorum et patrie pro bene expensato; et etiam illud quod de cetero dominus noster mandavit et etiam consilium faciant et expendant dicti deputati et ponatur ad racionem ipsorum.

Pro parte comunitatis et contrate Chadubrii supplicatum fuit quod provideatur quod habeant bladum pro usu contrate et quod dd. comites Goritie non permittunt eis conducere victualia.

Diffinitum fuit quod scribatur ex parte patrie dd. comitibus Goritie quod dimittant servitores d. patriarche et ecclesie Aquilegensis et precipue [permittant] homines de Cadubrio caricare bladum in territorio eorum, et super hiis eorum rescribant intentionem per latorem presentis (1).

Item petiit litteras represaliarum contra d. archiepiscopum Saxpurgensem etc.

Diffinitum fuit quod dominus et patria scribant d. archiepiscopo Saxpurgensi instantes quod restituant ablata.

Item petiit certas res sibi acceptas et in Utino venditas cuidam Rasino de Utino quare res depredate non possunt vendi.

Vocetur Rasinus.

Ser Nicolaus filius ser Fantucii de Pulcinico conquestus fuit contra homines de Portunaonis quod arestaverunt sibi certa eius bona etc.

Differatur usque ad eventum capitanei Portusnaonis et tunc providebitur etc. et mittetur ad ipsum.

D. Guido comes Purcilarum conquestus fuit contra homines de Sacilo qui nichil ei dimittunt portari sine buletto.

D. Vincislaus de Spignimbergo conquestus fuit contra dd. comites de Goricia qui impediunt ipsum in Thamau et prope Spignimbergo; item quod occupant sibi villam de Thamau spectantem ad ecclesiam Aquilegensem.

Diffinitum fuit quod mittatur ser Nicolaus de Vilalta ad .... capitaneum Castrinovi super CC ducatos quos illi de Castronovo pro .... de Spignimbergo steterunt dare illis de Pinzano.

Diffinitum fuit quod scribatur d. nostro Romanorum regi super eo quod comites Goritie occupant villam de Thamau subiectam ecclesie Aquilegensi et quod dimittant Thamau et scribatur veritas d. Regi et ambasiatoribus in Constantia existentibus. Et scribantur iura ecclesie Aquilegensis.

Turinus de Glemona petiit represaliam pro .... depredatis per .... Et pro villa de Chia[n]ipa.

Diffinitum fuit quod scribatur comunitati S. Danielis quod restituant boves acceptos .... massariis dominorum de Spignimbergo et quod dominus veniet S. Danielem et informabitur de veritate et iusticiam ministrabit partibus; d. noster patriarcha dixit quod duo rebelles capti sunt extra Civitatem Austriam et quo debent conduci (2).

Consultum fuit quod illi duo capti dentur in manibus gastaldionis Civitatis bene custodiendum donec dominus aliud mandabit de ipsis fieri aliud.

D. noster patriarcha exposuit in consilio quod .... capitaneus Goricie aliquas domos ardere fecit in Chiars que sunt ecclesie Aquilegensis et fecit fundere certa vasa vini.

Consultum fuit quod d. patriarcha mittat ad custodiendum festum in medietate quadragesime ibidem et quod omnes de patria prestent eorum auxilium et quod refficiantur damna illata contra ..... capitaneum et eius bona propria dicti capitanei.

(1) intendi: littere. (2) V'è questa deffinitio cassata con una riga di traverso: deffinitum fuit quod mittantur pro presenti isti duo captivati Sofimbergum et tunc [ex]petetur.

Ser Andreas de Prampergo conquestus fuit contra ser Bortolomeum de Prampergo de quodam hostio sive pusternula in Prampergo quod claudatur pustefnula sive cancellum et debeat ferari sicut prius erat.

Diffinitum fuit quod Nicolaus a Ponte vadat una cum Antonio de Prampergo ad videndum utrum sit impleta sentencia.

DII.

Costanza, 1415, 12 Aprile. — *Re Sigismondo scrive ai prelati, nobili e comunità del Friuli annunziando la fuga del pontefice Giovanni XXIII da Costanza e li esorta a mantenersi fedeli al loro patriarca Lodovico che sarà confermato nella sua sede.*

MSS. A manca. B c in racc. Ioppi da fonte sconosciuta. EDD. inedito. TESTO da B.

Singulis prelatis, baronibus, locorum patrie Foriiulii fidelibus dilectis gratiam regiam et omne bonum.

Nobiles, honorabiles et fideles dilecti. Quam versute calliditatis insidiis quam calumpniose intentionis insultibus temerariis vos et ecclesiam Aquilegensem que magnum et insigne membrum sacri Romani imperii existit per quosdam sacri Romani imperii emulos vestros comminantes concutimini crebius plerumque nostre serenitatis auribus innotescit. Revera de vestra quiete vestroque statu pacifico crebra meditatione solliciti, tanto amplius circa ea et pro conservatione status vestri salutariter interioribus precordiis anxiamur assidue quanto vos in fide et devotione nostra et imperii sacri venerabilis Lodovici patriarche Aquilegensis et ipsius ecclesie Aquilegensis omnis formidinis materia postposita dietim constantiores invenimus. Fortis et gravis satis eventuum accursus nostre Serenitatis animum vobis ad scribendum occurrentia propulsat; recolimus enim vestris fidelitatibus pridem per alias nostras litteras scripsisse certificantes vos de confirmatione venerabilis Lodovici patriarche Aquilegensis consiliarii devoti nostri dilecti ad ecclesiam Aquilegensem finaliter expediendum, quod quidem factum sine dubio effective deduxisset nostra serenitas, nisi tempore nocturno inopinate sui fastigii immemor d. Iohannes papa XXIII nescitur .... quo motus spiritu clandestine recessisset. Rumor non ambiguus quin aliquis rumor vestros auditus attonuerit quod propter recessum nonnulla obstacula prefato Lodovico .... comode et imo impetito posset prima .... Sancti Spiritus sicut tenemus indubie disponente .... in nobis est operam adhibere .... concilium Constantiense taliter statuit finaliter .... videlicet Germanica, Gallica, Anglica .... S. matris ecclesie faciendum et unico et indubitato pastore preficiendum unanimi voto ab isto loco non discedere concreparunt. Et si aliquis patriarcham vestrum Aquilegensem in suo principatu et dignitate moliretur impetere vel ab illo .... removere, primum nostram serenitatem qua augusti titulum obtinuimus gravissime ledere, attemptare oportent, cuique rei causa effectualiter potestis concludere quod nullum alium preterquam Lodovicum prefatum apud patriarchatum Aquilegensem volumus neque intendimus quousque nobis et sibi vita comes fuerit penitus conservare. Ideo devotiones et fidelitates vestras ac vestrum cuilibet requirimus et hortamur, vobis quoque per hec scripta omni penitus ambiguitate posposita prefatum Lodovicum patriarcham tamquam dominum vestrum naturalem et patriarcham Aquilegensem indubitatum revereri et honorare ac sibi in omnibus tam in temporalibus quam in spiritualibus per totam patriam Foroiulii sicut vero patriarche ac domino vestro naturali obtemperare debeatis et obedire omni penitus scrupolo dubietatis in premissis postergato. In eo nobis et imperio singularem reverentiam facietis et tantum erga nostram celsitudinem operabimur efficere quod nos in vestris profectibus ampliandis semper invenietis promptiores. In casu vero quo fortasse aliqui ex vobis calcaneum rebellionis contra patriarcham .... nostra et imperii indignationem gravissimam ....

prout nostri regalis dignitatis .... pro rebellibus et contradictoribus nostris .... imperii ac ipsius ecclesie Aquilegensis tenere volumus et omnino reputare.

Datum Constantie anno domini MCCCCXV, die XII mensis aprilis, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XXIX, Romanorum vero V.

DIII.

S. Daniele, 1415, 22 Aprile. — *Parlamento e successivo consiglio, nei quali si tratta delle gravi differenze insorte coi Duchi d'Austria e coi signori di Walsee, del modo di provvedere i mezzi per l'ambasceria a Costanza. Vi si esaminano pure i conti dei deputati all'esazione dell'imposizione e si definiscono varie petizioni ed appelli.*

MSS. A protocollo originale 1415-16, cart. nella biblioteca civica di Udine fol. 1-4 v.° EDD. inedito. TESTO da A.

MCCCCXV indictione octava die XXII mensis aprilis. Actum in terra S. Danielis in ecclesia magna. In pleno consilio parlamenti ad tercium sonum campane convocato et congregato, in quo interfuerunt infrascripti dd. prelati nobiles et comunitates patrie Foriiulii et primo reverendissimus in Christo pater et illustris princeps et d. noster d. Lodovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha electus dux de Dech pro d. episcopo Concordiensi .... excusatus fuit propter infirmitatem, pro d. abbate Rosacensi .... d. abbas Mosacensis, pro abbate Sextensi frater Christoforus de Rupertis (non habuit litteras), pro capitulo Aquileiensi nemo, pro capitulo Civitatensi d. Iohannes Franciscus canonicus Civitatensis, pro capitulo Utinensi d. Andreas de Loch canonicus Utinensis, pro preposito S. Stephani Iacobus notarius (1); pro nobilibus et franchis: Nicolussius comes Pratte, Articus comes Porciliarum, Simon comes de Pulcinico, d. Vincislaus miles de Spignimbergo, et Iohannes eius frater, Iacobus Iustus de Prampergo, Odolricus de Valvasono, Prettus de Zucho, Iohannes Paduanus de Coloreto, Nicolaus domine Colusie pro illis de Coloreto, et Rizardus ser Oderici, Odoricus ser Doymi de Castello, Marcus de Murucio, Iacomutius et Andreas de Sbroglavacha, Nicolaus de Villalta pro Villalta et Cavoryaco, Rodulfus de Tricano, Odoricus de Fontanabona, Pertoldus de Pers, Nicolaus Lubarba de Atems, Iohannes de Cergnoco (2), d. Andreas de Sbroglavacha pro la Fratina, de Varmo superiori nullus fuit, Antonius de Toppo (3), pro Aquilegia Iacobus de Bugaciis et Nicolaus Tobie, pro Civitate Guigelmus Leopoldi, Nicolaus de Ponte, pro Utino Iohannes Guberti et ser Girardus, pro Glemona Antonius Coda, Marchutus de Glemona, pro Venzono Pidrusius Siartus, pro Tumecio ...., pro Sacilo ser Bartholomeus notarius, ser Philipus de Panuglaleis de Portugruario pro Marano ser Iohannes notarius, Fulcherius et Iohannes Anchilutti, pro Montefalcone Tomasius Hernigher, pro sancto Daniele Bernardus notarius, et Georius parvus, Tadeus de Manzano, Brisinus de Canipa, Faganea Marchus de Faganea, Benedictus de Aviano.

Propositiones facte per parte d. patriarche.

Et primo quod servitores d. de Valse voluerunt furare castrum Petrepilose.

Item quod servitores d. de Valse accipiunt indebite unam mutam in Duino; item quod discordie sunt in Istria inter servitores domini de Valse et ecclesie Aquileiensis.

Item quod accipiunt certa bona d. abbati Rosacensi et Iohanni Guberti et quod die octava mittantur alique persone una cum domino nostro Montefalconem ad tolendum discordias cum ambassiatoribus d. de Valse.

(1) In margine: abbas Beliniensis non fuit; prepositus sancti Felicis non. (2) In margine: de Strasoldo nullus. (3) In margine: Pertoldus de Brazaco.

Per consilium.

Diffinitum fuit quod elligantur persone que vadant cum domino ad tolendum istas discordias cum ambassiatoribus d. de Valse. Electi fuerunt d. episcopus Concordiensis, decanus Aquilegensis pro prelatis, Nicolaus de Atems et Iacobus Iustus de Prampergo et Guigelmus Leopoldi et Nicolaus de Ponte, comunitas Utini mittet duos.

Item super facto (1) captivorum de Carnea in ducatu Austrie per servitores d. ducis. Et quod deputentur homines super occurrentibus patrie contra ducem si erunt necessaria aliqua quod isti captivati relaxentur et ad providendum si vellent patriam etc. (2).

Diffinitum fuit quod fiat bona custodia in Carnea et alibi et quod inquiratur quot sint capti et si nova venient tunc novum factum novum consilium, et quod tunc ponetur ad consilium et si diffinietur tunc diffinitio fienda mittetur executioni; sed supersedeatur et fiat bona custodia donec alia apparebunt.

Super pecuniis inveniendis pro ambassiatoribus in Constantia pro expensis eorum ibidem fiendis; qui ambassiatores non habent expendere.

Diffinitum fuit quod fiat racio deputatorum.

per parlamentum

Super facto Francisci de Faganea capti in Sofumbergo pro rebelle instantibus Civitatensibus quod fiat iusticia in Civitate Austria.

Consultum fuit quod conducatur ad Civitatem Austriam per marescalcum et fiat iusticia et imponatur onus Civitatensibus quod faciant iusticiam. Ita et taliter quod sit honor d. nostri regis, patriarche, patrie Foriiulii et Civitatensium.

Ibi quidem ser Iohannes Guberti et ser Girardus pro comunitate Utini petierunt cum instancia quod diffinitiones patrie et privilegia regia super rebellibus confecta mittantur executioni protestando quod si aliter fieret quod non sit in eorum preiudicium.

Pro comunitatibus vadant Civitatem Austriam Antonius Coda, Iohannes Fulcherius et Siartus de Venzono; pro nobilibus ser Odoricus de Valvasono, Prettus de Zucho et Tadeus de Manzano.

Super facto propositionis trium deputatorum patrie Foriiulii super impositionem patrie ser Vergilius Tadeus et d. Iohannes Franciscus obtulerunt velle facere rationem ipsorum et non volunt plus impedire se de talibus et deputentur alii et taxentur ipsorem labores.

Ratio facta fuit in consilio infra.

Ser Lovisius de Pulcinico conquestus fuit contra d. Fuscam uxorem q. ser Fantucii de uno captivo capto et accepto in Miza per d. Fuscam; pro parte d. Fusche responsum fuit quod verum est quod captivus datus fuit sibi ad custodiendum et sibi fugit.

Iohannes Taglasonza procuratorio nomine Mathie peliparii de Civitate petiit appellationem Mathie peliparii contra d. Silvestrum canonicum Civitatensem expediri protestans etc.

Iacobus de Carnea procurator Leonarde uxoris Leonardi Barbosii presentavit in coloquio certam appellationem clausam et sigillatam protestans et petens etc. contra Adam de Formentinis.

Georius filius magistri Dominici Latte de Portogruario nomine dicti eius patris presentavit in pleno consilio certam appellacionem clausam et sigillatam in causa quam habet cum Hermacora et Antonio Foç de sancto Vito et petiit expeditionem et protestatus fuit.

Christoforus sartor filius q. Mauri de Vergnaco procurator Cantiani q. Thie de Civitate Austria in pleno parlamento presentavit certam appellationem clausam et sigillatam contra Tomam sartorem de Civitate Austria et peciit expeditionem et protestatus fuit.

Item dictus Christoforus sartor procurator nomine Iacobi Fifati in pleno

(1) Nel ms. per errore: factorum. (2) Nel margine: Fr.

coloquio presentavit certam appellationem clausam et sigillatam contra d. Luciam uxorem Iohannis Spurchierio de Civitate Austria protestans etc. etc. petens etc.

Fantus de Utino heres q. Antonii sui fratris presentavit in pleno consilio certam appelationem clausam et sigillatam et protestans etc.

D. Nicolusius comes Prate conquestus fuit .... contra capitaneum Sacili de vulneratione quorundam caratorum et captorum in territorio Prate pro quadam boleta etc.; petens reduci in iure ipsorum manuteneri et quod libere possint transire sicut prius fecerunt.

Similiter d. Simon comes de Pulcinico conquestus fuit contra .... capitaneum Sacili etc. petens conservari in iuribus eorum.

D. Vincislaus de Spignimbergo conquestus fuit contra .... Helfinbergher quod sibi certos panos accepit in Alemània et per servitores suos acceptus fuit.

Nedonus filius ser Ade de Civitate Austrie pro dicto eius patre petiit rapresaleas contra Selimbergo et .... famulos Anderi de Grop de certis equis sibi acceptis et familio eius capto etc. ad summam mille ducatorum.

Guigelmus Leopoldi, Guigelminus et Nicolaus de Ponte petierunt represaleas pro Hermano de ducatis MCCCC contra servitores d. ducis Austrie etc.

Homines de Glemona conquesti fuerunt contra illos de S. Daniele qui pignoraverunt homines in Chiarpaco contra debitum et quod restituant ablata; Illi de S. Daniele offerunt se stare iuri.

Pro contrata Carnee expositum fuit quod illi qui habent castrum Miduni accipiunt eis de facto unam mudam et petierunt quod non exigatur.

Leonardus q. Icory de Forgaria et Pascutta uxor Iohannis Fel de Forgaria mater Vignude de Forgaria conquesti fuerunt contra .... filium Christofori de Cignotis de Utino quod in castro Flagonce voluit violare Vignudam eius filiam et taliter verberavit ipsam quod per dies octo post mortua fuit petens iusticiam fieri de dicto Iacobo. Iohannes Antonius.

Iacobus de Carnea pro Asquino de Varmo conquestus fuit quod captus fuit per dominum Franciscum de Cormono et expoliatus.

Pro comunitate Aquilegia conquestus fuit super vadiis non exactis et super quodam sale Nicolai Tobie etc. per illos de Montefalcono.

Georius Teutonicus explicavit qualiter .. .. pater servivit d. olim patriarche Marquardo et non fuit sibi satisfactum.

Leonardus Masarius d. abbatis Mosacensis de Peglonis petiit boves sibi acceptos per illos de Pinzano et non sunt sibi restitutos.

Ser Iohannes de Spignimbergo conquestus fuit ....

D. Nicoletta de Pulcinico conquesta fuit in scriptis contra ser Rimonem de Pulcinico de certis bonis.

Omnia remissa sunt ad consilium.

Consilium.

Item dicta die et loco in consilio parlamenti in quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater et d. noster d. Ludovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha electus dux de Dech, d. Tomasius abbas Mosacensis; d. Articus comes Purliliarum, Nicolusius comes Prate, Simon comes de Pulcinico; Venceslaus miles de Spignimbergo, Iacobus Iustus, Prettus de Zucho, Iohannes Paduanus de Coloret, Marchus de Murutio, Nicolaus de Atems, Nicolaus de Vilalta pro nobilibus; pro Aquilegia Iacobus de Bugaciis, et Nicolaus Tobie, pro Civitate Austria Guigelmus Leopoldi, Guigelminus Puppi et Simon Iohannistoni, pro Utino Iohannes Guberti et Girardus de Graticellis de Utino, pro Glemona Antonius Coda et Marchutius de Glemona omnes consiliarii et pro consiliariis patrie Foriiulii.

Item Christoforus sartor q. Mauri de Vergnaco habitans in Civitate Austria procuratorio nomine Cantiani et Tilie de Civitate Austria super appellationem interpositam ad parlamentum petiit expeditionem et protestatus fuit etc.

Ser Gerardo

Item dictus Christoforus procuratorio nomine Iacobi Fifat de Civitate Austria protestatus fuit et petiit quod appellatio ad parlamentum interposita expediatur etc.

Ser Ieronimo

Item Georius filius magistri Dominici Latte de Portugruario procuratorio nomine dicti eius patris petiit appellationem per ipsum interpositam ad parlamentum expediatur et protestatus fuit.

Zenutello

Item Fantus quondam Iohannis de Mazillis habitans in Utino tamquam heres Antonii sui fratris super appellationem per ipsum heri presentatam in parlamento peciit expeditionem et protestatus fuit.

Iacobo de Cremona

Item Iacobus de Carnea procurator Leonarde uxoris Leonardi Babos peciit appelationem per ipsum interpositam expediri debere protestatus étc.

Nicolao de Bredis.

Iohannes Sonza de Civitate Austria procurator Mathie peliparii de Civitate Austria contra d. Silvestrum canonicum Civitatensem in causa appellationis peciit expeditionem et protestatus fuit.

In stupha ser Iohannis ser Andree.
Racio deputatorum.

Item facta et calculata ratione d. Iohannis Francisci canonici Civitatensis, ser Tadei de Manzano et ser Virgilii de Virgilijs deputatorum ad exigendum pecunias impositas per patriam prelatis, nobilibus et comunitatibus ac hominibus pro focis.

Summa summarum omnium receptorum per dictos deputatos capit in totum ducatos auri DLXXIII et marchas solidorum CCXI, fortones III.

Summa summarum omnium expensarum capit ducatos DCCCXXXVII marchas solidorum XXXVIII et dimidia, solidos XXXVII.

Et sic facta recompensatione de receptis et expensatis Virgilius pro se et sociis restat dare ducatos IIII libras sol. VI et solidos XXIII.

DIV.

Udine, 1415, 9 e 10 Maggio. — *Consiglio del parlamento nel quale si prendono disposizioni per la temuta incursione Turchesca e si stabilisce di soccorrere i conti di Gorizia minacciati dai duchi d'Austria ai confini del Cadore. Si dà inoltre contezza della lettera del Re Sigismondo 12 Aprile 1415 e si esaminano varie petizioni ed appelli.*

MSS. A protocollo originale cit. fol. 5-6 r. EDD. inedito. TESTO da A.

MCCCCXV indictione octava.

Die nono mensis mai. Actum in castro Utini, in sala superiori ante cameram leonum in pleno consilio parlamenti ad sonum campane convocato et congregato in quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater et d. noster d. L. dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha electus dux de Dech, Henricus episcopus Concordiensis, Nicolaus de Portogruario decretorum doctor decanus Aquilegensis, Simon comes de Pulcinico, Iacob de Prampergo, Iohannes Paduanus de Coloreto, Albertus filius d. Vincislai de Spignimbergo, Nicolaus de Villalta, Nicolaus de Atems; Nicolaus nepos Tobie pro comunitate Aquilegensi, Guigelmus Puppi, Nicolaus a Ponte pro comunitate Civitatis Austrie, Iohannes de Cavalcantibus legum doctor, Gregorius de Arconeanis pro comunitate Utini, ser Antonio Choda pro comunitate Glemone, omnes consiliarii et de consilio parlamenti patrie Foriiulii parlamentantes et consilium parlamenti celebrantes.

Super facto Turcorum intendentium venire [contra] Christianos existentium in comitatu Cilie etc. et quod provideatur de remedio et provisione contra ipsos Turcos.

Diffinitum fuit quod intimetur prelatis, nobilibus et comunitatibus Patrie quod omnes homines patrie sint avisati et provisi ad transeundum cum eorum armis contra Turcos qui nituntur intrare patriam Foriiulii si contra patriam et Christianos vellent venire, et quod medietas hominum patrie transeat cum domino nostro contra Turcos si venient contra istas partes. Et iuxta dictam diffinitionem per dominum nostrum (1) intimatum fuit prelatis, nobilibus et comunitatibus per litteras prefati d. patriarche eius sigillo sigillatas etc.

Super litteram serenissimi d. nostri regis transmissam patrie prelatis, nobilibus et comunitatibus super obedienciam continuandam et prestandam d. nostro patriarche etc.

Diffinitum fuit quod intimetur ista littera toti patrie et fiant copie.

Item super litteram contra d. F. ducem Austrie de male gestis per ipsum.

Item die X maii in dicto consilio convocato et celebrato ut supra.

Antonius de Topo conquestus fuit contra filios ser Tomasii de uno equo sibi accepto et contra d. Vincislaum.

Iohannes Sbrugl exposuit in consilio quod V olim deputatis patrie, super certis pignoribus, mutuavit ducatos auri ducentos quos non potuit rehabere, dicens se velle vendere dicta pignora et dictus episcopus Concordiensis promisit facere sibi pignora bona; qui dictus episcopus ibidem confessus fuit promisisse facere pignora bona.

Leonardus nepos Pauli Zuglani conquestus fuit contra servitores ducum Austrie et contra duces, de bobus sibi acceptis per ipsos (*sic*) et obtenta (2) litera represaliarum contra servitores ducum quod concedatur auxilium quod faciat represalias et utatur represaleis sibi concessis protestans ecc.

Desideratus de Porcileis pro domino Nicolussio comite Prate exposuit qualiter capitaneus Portusbuffoleti conducere faciebat duas urnas vini Portumbuffuleti et capitaneus Sacili accipere fecit vinum et boves de facto, petens ablata sibi restitui debere.

Idem Desideratus pro quodam de Purcillis conquestus fuit contra comunitatem Sacili quod non potest habere expeditionem in causa quadam appellationis etc.

Nicolaus Tobie de Aquileia sindicus et procurator comunitatis Aquilegie renunciavit regalie et assignavit regaliam d. patriarche dicens comunitatem non velle teneri ad XL marchas quas pro regalia Rabioli tenetur, quare non habent Rabiolum; d. vero patriarcha dixit non velle acceptare sed vult habere regaliam suam vel habebit dacia.

Dictus Nicolaus conquestus fuit de animalibus et armento Aquilegensi accepto propter animalia cuiusdam Guidonis qui cum animalibus suis aufugit.

Super literam d. Iohannis comitis Goritie petentis a ...... capitaneo Botistagni auxilium contra mille homines ducis Federici intendentes venire contra comites Goricie et patriam Foriiulii.

Diffinitum fuit quod una ydonea persona transeat Chadubrium et videat et inquirat de factis ibidem ocurentibus, et si videbitur fore necesse quod subveniatur comitibus de auxilio ad defendendum territorium dd. comitum ut territorium Aquileiense conservetur quod succurratur ipsis comitibus ad deffendendum solum in passibus comitum Goricie.

Antonius de Prampergo missus fuit Chadubrium cum littera credentiali.

D. patriarcha proposuit et instetit quod deputentur sex qui continue sint cum d. patriarcha super occurrentibus ad presens ad providendum de statu patrie Foriiulii.

Convocetur plenum consilium.

(1) Anteriormente a: dominum nostrum il ms. ha le parole: consilium determinatum fuit, che furon cancellate. (2) Nel ms.: obtentam.

DV.

Udine, 1415, 28-29 Giugno. — *Consiglio del parlamento nel quale il maresciallo patriarcale chiede provvedimenti contro i signori di Castello ed i nob. Valentinis di Udine che minacciano d'azzuffarsi. Si ritorna inoltre sulle minacce dei Turchi, e sui mali comportamenti dei duchi d'Austria, dei co. di Gorizia e dei signori di Walsee ed intorno ad un convegno che doveva aver luogo fra il patriarca ed i co. di Gorizia, di Cilli e d'Ortemburg. Si esaminano inoltre varie petizioni ed appelli.*

MSS. A protocollo originale cit. fol. 7 v. - 9 r. EDD. inedito. TESTO da A.

MCCCCXV indictione octava die XXVIII mensis iunii, actum in terra Utini, in ecclesia S. Iohannis Baptiste penes plateam. In consilio parlamenti patrie Foriiulii, in quo interfuerunt egregius d. Iohannes Herempech marescalcus generalis, d. Nicolaus de Portogruario vicarius in spiritualibus, Philippus de Fontanellis canonicus Aquileiensis pro capitulo Aquileiensi; Nicolusius comes Prate, Guido et Federicus comites Porciliarum, Simon comes de Pulcinico; Vincislaus miles de Spignimbergo, Frescus de Chuchanea, Iohannes de Valvesono, Marchus de Murutis, Iacobus Iustus et Antonius de Prampergo, Nicolaus de Vilalta pro nobilibus; pro comunitate Civitatis Austrie Guigelmus Puppi et ser Guigelmus ser Iohannis notarii, pro comunitate Utini d. Iohannes de Cavalcantibus legum doctor et Leonardus Trauner, pro comunitate Glemone Benevenutus et Iacobus Afrasionus.

Ibique in dicto pleno consilio prefatus d. marescalcus proposuit dicens quod ad eius devenit noticiam qualiter nobiles de Castello ex una et nobiles .... filii ser Valentini de Valentinis de Utino pro filiabus et heredibus ser Artichi da Castello ex altera faciunt et fecerunt magnum apparatum causa custodiendi festum sancti Petri in villa Tarcenti dubitans ne scandalum et malenconia maxima eveniat, petens de salutari remedio provideri ne ista eveniant.

Super quibus diffinitum et determinatum fuit pro bono pacis et concordie et ut scandala tolantur quod marescalcus nomine illius vel illorum cui (1) interest custodiat festum predictum ac etiam mandetur dictis partibus in penis quod non impe[diant] se ad custodiendum dictum festum; cum hoc quod nulli partium sit in eius preiuditium talis custodia dicti festi in proprietate nec possessione. Etiam electi fuerunt ad inducendum nobiles de Castello ad consentiendum ad ista et ad mandandum eis in penis quod cessent a novitatibus predictis et ad custodiam festi predicti et habuerunt litteras credentiales Simon de Pulcinico, Philipus de Fontanellis, et vicemarescalcus Guigelmus de Faganea.

Et ibidem convocati fuerunt ser Federicus, Christoforus et Antonius de Valentinis et eis explicata fuit dicta diffinitio et in dicta explicatione dicti fratres aquieverunt et consenserunt de differentia, cum hoc quod ipsis non cedat in preiuditium et quod non decipiantur, sub ista forma et sub ista spe (2) et cum hoc quod dicti nobiles de Castello non custodiant dictum festum in villa Tarcenti.

MCCCCXV indictione octava die XXVIIII mensis iunii actum in castro patriarchali Utini super sala superiori in pleno consilio parlamenti ad sonum campane more solito convocato in quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater et illustris princeps d. noster d. Ludovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha electus dux de Dech, d. Henricus episcopus Concordiensis, d. Nicolaus de Portugruario decretorum doctor decanus Aquileiensis et vicarius in spiritualibus, Philippus de Fontanellis et Pantaleon de Bredis in

(1) Nel ms. cuius. (2) Nel ms. spe.

iure canonico licenciatus canonicus Aquileiensis pro prelatis, d. Nicolussius comes Prate, Federicus comites de Purcillis, Freschus de Cucanea, Iohannes de Valvasono, Marchus de Murucio, Iacobus Iustus de Prampergo, Iohannes Paduanus de Coloreto, Luvisius de Strasoldo, Nicolaus de Vilalta pro nobilibus, pro comunitate Civitatis Austrie Guigelminus Puppi et Guigelmus Lupoldi, ser Iohannes notarius, pro comunitate Utini d. Iohannes de Cavalcantibus legum doctor, Leonardus Trauner, pro comunitate Glemone Benevenutus de Glemona omnes consiliarii et de consilio parlamenti patrie Foriiulii.

Super expositionem factam pro parte d. nostri patriarche contra d. Henricum comitem Goricie super infamia sibi imposita per mortem Iurse qui dicitur diffamasse d. patriarcham et servitores suos.

Dicens idem d. noster quod debet esse una dieta inter dominum nostrum et patriam et comites Goritie; et accederunt dd. comites Cilie et de Ortemburgh. Et quod omnes ponantur peticiones eorum in scriptis illa die.

Fantus de Utino heres fratris sui protestatus fuit quod appellationi sue interposite ad parlamentum non curat tempus et petiit expeditionem.

Super petitionem ambasiatorum existencium in Constantia qui penitus nihil habent vivere et expendere et omnia consumpserunt et quod inveniantur pecunie pro ipsis ambasiatoribus pro revocandis et expensarum solutionibus.

Diffinitum fuit quod die iovis convocentur tres deputati et audiantur rationes eorum et resta nova et vetera sive precii ducentorum ducatorum et deputentur tres ad audiendum raciones. Electus fuit: Nicolaus de Tingo, d. Philipus de Fontanellis, Iacobus Iustus de Prampergo, unus de Civitate Austria.

Super Turchis ut non impediant et destruant nos et patriam nostram et quod detur ordo quod si de cetero venirent quod resistatur eis.

Super petitionem d. Hernesti ducis Austrie qui minatur comitibus Goritie et qui non vult obedire imperio et d. imperatori.

Diffinitum fuit quod convocetur parlamentum et ista intimentur ibidem.

Iohannes Guberti petiit reduci ad possessionem bonorum in Montefalcono iuxta determinationes alias factas et petiit fructus presentes, et pro preteritis petiit represalias contra dd. de Valse.

Diffinitum fuit quod fructus bonorum Montisfalconis de quibus est discordia inter dd. de Valse et Gubertum de Utino ponantur in manibus alicuius de Montefalcono placenti dicto Iohanni qui fructus dictorum bonorum conservet nomine illius qui ius habet vel habebit usque quo convocetur parlamentum et tunc ibidem diffinietur quid erit faciendum in dictis et de dictis bonis et fructibus.

Iohannes Guberti voluit quod Nasinguera habeat et exigat fructus. Et habuit litteram ad exigendum.

Fredericus Christoforus et Antonius de Valentinis de Utino conquesti sunt contra nobiles de Castello etc. pro filiabus quondam ser Artici de Tarcento super bonis dicti quondam ser Artichi.

Diffinitum fuit quod convocentur partes et audiantur et amicabiliter concordentur in Utino si potest fieri quod intrent illi de Castello.

D. Nicolussius comes Prate conquestus fuit contra capitaneum Sacili quod in territorio suo expoliatus fuit de uno curu bobum et vino petens restitui et habet conducendo Portumbuffuletum.

D. noster patriarcha de gratia donavit boves, curum et vinum acceptum quos conducebatur Portumbuffuletum d. Nicolussio comiti Prate, cum hoc tamen quod de cetero teneatur et debeat accipere buletam pro mercanciis et rebus que conducuntur Portumbuffuletum in Sacilo. Ita tamen quod pro rebus que conducuntur pro usu dicti castri non solvatur buleta [et] muta.

Super autem aliis conducendis Pratam, Porcillis, Brugneriam et Pulcinicum utrum teneantur vel debeant recipere buletum vel ne, eligantur amici ad videndum et audiendum iura ipsarum partium videlicet domini nostri, ecclesie Aquileiensis et dictorum de Prata, Purcillis et Pulcinici.

Super Ungaris interfectis et depredatis tempore guerre per homines de Patria. Remissum fuit parlamento futuro.

DVI.

Udine, [1415], 19 Luglio. — *Il consiglio di Udine stabilisce alcune istruzioni per gl' inviati del comune che debbono recarsi al parlamento convocato a Gemona.*

MSS. A Annales civitatis Utini XX fol. 124 v. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XIX mensis iulii.

Super propositis per d. Iohannem de Cavalcantibus unum ex dd. deputatis ad regimen pro se et collegis suis recordantem et instantem quod eligantur ambassiatores mittendos ad colloquium celebrandum in Glemona etc. determinatum fuit quod eligantur ipsi ambassiatores et ultra hoc eligatur unus notarius qui exponat et declaret in ipso colloquio omnia et singula gravamina et molestias illatas et que cottidie inferuntur per quasvis personas seu comunitates vel castellanos contra quosvis cives et habitatores nostros et quod ipsa gravamina seu molestationes ordinate notentur et scribantur in uno folio ad memoriam ipsius qui exponet. Et sic electi fuerunt infrascripti ambassiatores videlicet d. Iohannes de Cavalcantibus, ser Antonius de Paona, ser Iohannes Gubertus et ser Alovisius de Uzellis. Postque electus fuit ser Nicolaus notarius de Bredis qui exponat in dicto colloquio dicta gravamina et molestationes illato et que inferuntur contra dictos cives nostros.

Super facto duorum civium mittendorum cum d. patriarcha.

Super proposita per prefatum d. Iohannem super quod d. patriarcha instat quod mittantur duo cives cum eo ad associandum ipsum usque ad d. comitem Zilie et d. comitem de Ortumburg et qui ei consulent unde instetit provideri quod si idem d. patriarcha faciet mentionem in colloquio si deberent mitti dicti duo cives etc. Determinatum fuit quod ipsi duo cives mittantur cum eodem d. patriarcha et adiuvent [et] consulent ei super factis patrie et civium nostrorum sed tamen non possint se compromittere neque dimittere in aliquos de facto civium nostrorum. Utrum vero debeant ire expensis comunitatis vel expensis d. patriarche determinatum fuit quod sicut alii compatriote facient sic nostra comunitas facere debeat.

DVII.

Udine, 1415, 21 Luglio. — *Il consiglio di Udine delibera sulla richiesta fatta dal patriarca d'inviargli due rappresentanti che abbiano per sei mesi pieni poteri di rappresentare la comunità in parlamento.*

MSS. A Annali civitatis Utini XX, 124 v. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XXI mensis iulii.

Super propositis per ser Nicolaum Thomassii unum ex dd. deputatis ad regimen pro se et collegis suis exponentem et declarantem quod d. patriarcha instat et instare vult in parlamento quod eligantur duo cives pro parte nostre comunitatis et sic pro parte aliarum comunitatum etc. qui assumentur pro medio anno ad faciendum omnia que possit facere comunitas in quolibet parlamento etc. Determinatum et diffinitum fuit quod expectentur ambasciatores nostri nuper missi ad parlamentum et audiatur eorum relatio et tunc secundum eorum relationem ulterius providebitur.

DVIII.

Gemona, 1415, 21 e 22 Luglio. — *Parlamenti e successivi consigli nei quali si ritorna sulla necessità di provvedere contro le minacce dei Turchi, nonchè sulle ostilità del duca Ernesto d'Austria: si stabilisce di esigere i resti dell'imposizione e d'impedire l'esportazione delle vettovaglie. Si provvede inoltre per sedare le discordie interne, si concedono varie rappresaglie contro sudditi stranieri e si decide su varie petizioni ed appelli. Si procede poi alla nomina del nuovo consiglio.*

MSS. A protocollo originale cit. fol. 10-15 v. EDD. inedito. TESTO da A.

Parlamentum.

MCCCCXV die XXI mensis iulii, actum in Glemona in maiore ecclesia Glemonensi. In pleno parlamento patrie Foriiulii ad sonum campane more solito ad tertium sonum campane convocato, in quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater et illustris princeps et d. noster d. Ludovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha dux de Dech, d. Henricus episcopus Concordiensis, ... abbas Rosacensis non fuit, Tomas abbas Mosacensis, Federicus abbas Sextensis, pro capitulo Aquilegensi d. Philipus de Fontanellis canonicus Aquilegensis, pro abbatia Belliniensi d. Nicolaus de Portugruario decretorum doctor vicarius in spiritualibus et dictus d. Philipus, pro preposito S. Stephani Iacobinus notarius, pro preposito sancti Felicis d. Iohannesantonius, pro capitulo Civitatensi d. Iohannesantonius canonicus Civitatensis, pro capitulo Utini d. Andreas canonicus Utinensis; d. Nicolussius comes Prate, de Pulcinico nullus, Guido et Federicus comites de Purcillis, d. Odoricus miles de Spignimbergo, Iohannes de Valvasono, et Prettus de Zucho pro Cuchanea, pro Murucio et Trichano Macoris de Murutio, pro Fontebono nullus, Iohannesantonius, Iacobus Iustus de Prampergo, pro Mels, Coloreto et Prodolono Iohannes Paduanus de Coloreto et d. Benevenutus de Prodolono, Volricus et Doymus de Castello, pro Strasoldo Pinzanus, pro Villalta et Chiavoryaco Nicolaus de Villalta, pro Fontebono nullus, pro Sbroglavaca Andreas de Sbroglavaca, Pertoldus de Pers, Nicolaus de Atemps, pro Cergnoco Gaspar .... pro Maniaco, Nastasius de la Fratina, pro Varmo superiori ser Bartolus, pro Varmo inferiori Asquinus de Varmo, pro Brazaco Gaspar de Brazaco, pro Toppo Antonius de Toppo, pro Vendoyo ...., pro Ceglaco (1) ...., pro Faganea Franciscus de Faganea, et Marchus, pro S. Vito Henricus Delfino, pro S. Daniele Bernardus notarius et Iohanes ser Andree, pro Aviano Simon de Aviano, pro Canipa Brisinus etc. pro Aquilegia Nicolaus nepos Tobie, pro comunitate Civitatis Austrie Nicolaus de Portis, Guigelminus Puppi, et Zenon phi[sicus], pro comunitate Utini d. Iohannes de Cavalcantibus, Antonius de Pavona, Lovisius de Carlavariis, pro comunitate Glemone Nicolaus de Cramis, Nicolaus de Gubut, Fontanus de Glemona et Nicolaus Gut de la Villa, pro comunitate Venzoni Gasparinus et Iacobus de la Stella, Iohannes Fulcherius notarius, pro comunitate Montisfalconis Mathiusius, pro Portugruario Federicus de Panigaleis, pro S. Vito ser Henricus Delfino, pro S. Daniele ....

Propositiones facte pro parte d. nostri patriarche per d. Nicolaum de Portogruario. In consilio fuerunt determinate.

Et propositio prima fuit super facto Turchorum et determinatione alias facta ad transeundum contra ipsos et quod provideatur quod si de cetero venirent quod provideatur de remedio salutari.

Diffinitum fuit quod omnes de patria sint provisi contra Turcos si venient plus et ponant se et facta eorum in ordine ad transeundum ad dominum nostrum ubicumque erit in patria cum toto eorum posse et bene homines provideant cum fiant ignes et signa per patriam ut omnes sint provisi et cetera. Etiam tunc providebitur quid erit faciendum cum consilio parlamenti in occurrentibus.

(1) Zegliacco.

Item super morte et excessu mortis contra Iurse destructum in Goritia et super infamia imposita Laurentio Sucpergher et Iacobo Adil qui volebant accipere Goritiam et ibidem lecto manifesto dicti Iurse etc.

Item intimavit quod XI dies mensis augusti assignata est in Villaco per d. comitem Cilie ad tolendum discordias vertentes inter d. patriarcham et homines patrie et dd. comites Goritie et eius subditos per dd. comites Cilie et Ortimburgh instando quod deputentur homines qui vadant ad tolendum istam discordiam et ad indagandum veritatem de dicta proditione et quod homines ponant petitionem eorum in scriptis.

Electi fuerunt ut vadant cum domino nostro Vilacum etc. d. episcopus Concordiensis, d. Nicolaus de Portogruario pro prelatis; d. Nicolussius comes Prate, Iohannes Paduanus pro nobilibus; Zenon phisicus de Civitate Austria et Guigelmus Leopoldi (1), d. Iohannes de Cavalcantibus et Machor de Camino Utino, Fantonus de Glemona, Iacobus de la Stela de Venzono pro comunitatibus.

Super facto ambasiatorum transmissorum per patriam Constanciam pro factis necessariis patrie et ecclesie Aquileiensi et cetera et conclusio fiat in pecuniis. Et quod provideatur quod inveniantur pecunie pro expensis ambassiatorum.

Diffinitum fuit quod exigantur resta impositionum et si non sufficiant tunc imponentur impositiones et consuletur et diffinietur quomodo debent imponi et exigatur in canali Scluse et a Tumecio infra.

D. Tomas abbas Mosacensis, d. Philippus de Fontanellis pro capitulo Aquileiensi, d. Vinceslaus miles de Spignimbergo pro se, d. Odoricus de Spignimbergo cum domino, Iohanes de Valvasono et Prettus de Zucho.

Item quod homines sint provisi quod si d. noster rex intimaret quod facerent contra ducem Hernistum quod faciant, quare dicitur ipsum fecisse congregationem gentium et accepisse litteram fratris etc.

Item super facto ignis missi in S. Daniele et quod homines faciant bonam custodiam rogavit.

Item quod victualia non conducantur extra patriam, quare magne gentes intrare intendunt patriam ut habeantur victualia pro gentibus nostris. Et quod mandetur quod victualia non conducantur extra patriam.

Diffinitum fuit quod frumentum, mileum, pabulum et surgum non conducantur extra patriam sine licentia d. patriarche et consilii parlamenti sub pena centum librarum solidorum et ammissionis bladi quod conducatur extra; etiam de hoc fiat publica proclamatio. Alia autem victualia conducantur pro libitu voluntatis.

Si quis cum retibus et laqueis repertus fuerit capere perdices fasanos quischulas et lepores puniatur pena unius marche et nichilominus retia et presententur d. patriarche.

Item super rebellibus patrie et precipue existentibus in Civitate Austrie quod consulatur domino de remedio salutari ne veniant scandala.

Consultum fuit quod inducantur Civitatenses et Utinenses ad accipiendum amicitiam ad concordandum ipsos super istis rebellibus et convocatis Civitatensibus et Utinensibus dixerunt non posse hoc facere et volebant hoc referre eorum comunitatibus et respondere domino et tunc dominus mandavit quod die dominica respondeant.

Item super bonis et hereditate quondam ser Artichi de Castello.

Diffinitum et consultum fuit quod conducantur partes ad concordium et accipiantur amici qui ipsos concordent super ista discordia et quod assignetur dies ad concordandum ipsos.

Nobilis Paulus Glovicer pro parte d. nostri patriarche in scriptis produxit infrascripte.

Infrascripte sunt petitiones facte per nobilem Federicum de Valentinis tamquam procurator nobilium dd. uxoris ser Federici et .... sororis eiusdem uxoris sue filiarum et heredum q. nobilis ser Arthici de Castello,

(1) In margine: et alias.

nobilibus de Castello, super quibus illustrissimus princeps et reverendissimus d. noster d. L. dei gratia S. sedis Aquileiensis patriarcha electus etc. voluit habere consilium etc.

Et primo super petitionem primo facta per dictum nobilem Federicum tamquam procuratorem ut supra nobilibus de Castello predicte partis castri Tarcenti tangentem dictum q. ser Arthicum ac donicalium gariti et iurium eius ad dictam partem spectantium etc.

Super dicta prima parte et petitione habito maturo consilio cum peritis et aliis nobilibus astantibus deliberatum et declaratum existit quod prefatus dominus noster partes antedictas ad presentiam invictissimi d. nostri regis remittat cum rescripto seu rescripti copia eiusdem domini nostri, ut ipse d. noster rex declararet interpretetur et dilucidet dubia in ipso rescripto habita contenta et tacta et tunc iuxta ipsius d. nostri regis declarationem interpretationem et dilucidationem prefatus d. noster patriarcha faciat et executioni demandet. Etiam quod interim nulla novitas super ipsa parte fiat; iure nichilominus ecclesie Aquileiensis in omnibus semper salvo.

Secundo super alia petitione per dictum nobilem Federicum facta nomine antedicto nobilibus antedictis partis de Castello Porpeti prefatum q. ser Artichum tangentem ad donicalium gariti ac iurium ad ipsam partem ut supra spectantium etc.

Super ipsa secunda parte habito ut supra consilio etc. terminatum et declaratum extitit quod prefatus d. noster patriarcha tamquam dominus feudi se intromittat de ipsa parte et iuribus ad illam spectantibus et pertinentibus, nomine ius habentis, et absque preiudicio iurium alicuius partis quo facto tunc d. noster patriarcha prefatus, tamquam iudex et comunis dominus servatis iuribus constitutionibus et laudabilibus patrie moribus, utrique parti debite faciat iusticie complementum suum unicuique debitum tribuendo.

Quibus productis ser Volricus et Doimus de Castello non consenserunt alicui determinationi facte quare non fuerunt pulsati etc. (1).

Franciscus Baldasarii de Civitate Austria petiit represalias contra Gabrinum Fundulum dominum Cremone bene de mille ducatis pro equis datis et venditis per ipsum Franciscum (2) Buldrino de Gadio de Cremona.

Diffinitum fuit quod de eo quod iurabit Franciscus Baldasarii habere debere a quondam Buldrino de Gadio de Cremona attento quod non potuit habere iusticiam in Cremona de peccuniis suis et quod pro ipsis habeat represalias quibus non utatur sine litteris d. patriarche et consilii: cum hoc tamen quod bene possit intromittere et arrestare res et bona ac personas Cremonensium sed ipsas non distribuat sine voluntate d. nostri patriarche.

Dictus Franciscus delato sibi sacramento iuravit debere habere a dicto d. Buldrino ducatos auri D de capitali et D de expensis.

Nastasinus de la Fratina conquestus fuit contra stipendiarios de la Motta qui sibi fregerunt unam fossam et capitaneus de la Motta scripsit unam litteram quam produxit.

Audiatur Nastasinus et providebitur.

Propositio facta per ser Bondi filium ser Andree Pitacoli de Venzono contra d. Odoricum militem de Spegnimbergo super hereditate q. ser Mathei Pitacoli de Venzono dicentem quod d. Odoricus accepit affictum bonorum pertinentium dicte hereditatis et pertinentium dicti ser Andree propriorum, protestantem quod pro hoc non intendunt preiudicari iuri ipsorum non recedentes a iure et executore (3) ipsorum.

Iacobus Collettus de Glemona procuratorio nomine Fanti olim Iohannis de Mazallis olim heredis olim ser Antonii sui fratris cum beneficio inventarii peciit expeditionem appellationis interposite contra d. Mathiussium.

Adam de Formentinis de Civitate Austria petiit represalias contra servitores dd. ducum Austrie et comitum Cilie de XIII equis sibi acceptis et conductis in Lonzcron licet alias sibi concesse fuerint represalie.

(1) A piè di pagina la nota: ser Paulus recepit copiam que erat manu ser Iohannis Susane et non fuit completa hic. (2) Leggi: Francisco. (3) Leggi: executione.

In ecclesia maiori Glemone in consilio infrascripto (1). Diffinitum fuit quod dicto Ade de Formentinis concedantur represalie et sic concesse fuerunt ibidem per plenum consilium parlamenti quibus non debeat uti nisi quando d. noster patriarcha reversus fuerit de Vilaco ad quem locum debet ire die XI mensis augusti futuri.

Ser Nicolaus de Portis pro Civitate Austria petiit represalias pro mille ducatis (2) acceptis Hermanno Chulosis per Gasparinum Cramarium et contra servitores d. Ducis Austrie (3).

Diffinitum et determinatum fuit quod comunitati Civitatis Austrie concedantur represalie et sic concesse fuerunt contra servitores dd. ducum Austrie pro mille et centum ducatis acceptis Hermanno de Claricinis de Civitate Austria per Gasparinum Cramarium de Laybaco et pro dannis et expensis inde secutis etc. quibus non debeat uti nisi postquam d. noster patriarcha reversus fuerit de Vilaco ad quem locum ire debet die XI mensis augusti.

Georius filius Andree Pitacoli de Venzono conquestus fuit quod d. Odoricus miles de Spignimbergo ipsum in via publica captivavit et captivatum detinuit per magnum tempus in fundo turris, etiam est in banno patrie et valde miratus quod tam chiatif (4) homo venit ad tantam potentiam, propter quod verbum chiatif homo idem Georius fuit captus et demum si voluit relaxari ser Gasperinus et Simon Pachulini precibus ser Bondi eiusdem Georii fratris obligaverunt se dicto d. patriarche de mille ducatis de iuri parendo pro dicto Georio de verbo illato et probato et dictus Bondi ipsos promisit conservare indempnes.

Ser Antonius de Gabrielis de Civitate Austria conquestus fuit contra d. patriarcham quod sibi arestat fructus bonorum et hereditatum q. Catharine eius consanguine et fuit in possessione bonorum et hereditatum prefatarum et habet iusto titulo. D. noster patriarcha dixit quod dictá bona et hereditates specta[n]t ad dictum d. patriarcham et ad ecclesiam.

Diffinitum fuit quod dictus Antonius dimittatur et tueatur in possessione dicte hereditatis cum hoc quod prestet securitatem de fructibus perceptis et percipiendis dicte hereditatis d. nostro patriarche restituendi et consignandi in casu quo idem Antonius succumbet in causa cum domino nostro. Etiam videatur de iure, ista causa et discordia non obstante, quod idem Antonius est in possessione dicte hereditatis per biennium et petit in sua dimitti possessione et quod videatur de iure quod sibi debetur hereditas.

Ser Nicolaus Mathiusii de Utino pro certis hominibus Utini contra quosdam de Montefalcone pro certis pecuniis.

Super facto fructuum et bonorum Iohannis Guberti sitis Montefalconi petens bona et fructus dictorum bonorum et petens diffinitiones mandari executioni et in possessione poni dictorum bonorum.

Diffinitum fuit quod diffinitiones alias facte firme remaneant sicut fuit factum et supersedeatur in possessione accipienda usque ad festum sancti Michaelis et tunc per d. nostrum patriarcham et consilium providebitur quid erit in predictis faciendum et secundum qualitatem temporis ita fiet (5).

Pro parte comunitatis Civitatis Austrie et Utini expositum fuit qualiter Ungari et Boemi multos de patria interfecerunt et depredati sunt et aliqui Ungari fuerunt interfecti per ipsos deffendentes personam et bona ipsorum et hec de mandato d. Piponis et propter hoc nullam debent portare penam.

Henricus notarius de Tumecio habitans in Glemona procurator Leonardi uxoris Balossii Utini habitantis petiit expeditionem appellationis interposite contra Adam et protestatus fuit etc.

Marchus de Murucio conquestus fuit contra d. nostrum patriarcham quod ad instantiam ser Henrici de Partistagni procuratoris uxoris sue sequestravit et arestavit totos fructus et affictus bonorum suorum. Dictus ser Henricus dixit quod sunt bona sua et eius uxoris et non debet distromitti etc.

(1) Queste parole furono aggiunte in margine. (2) In margine: et acceptis. (3) In margine: cum damnis et expensis. (4) chiatif, in friulano, cattivo. (5) Diffinitum .... ita fiet cancellato con linee.

Diffinitum fuit quod accipiantur amici qui ipsos concordent et interdum bona et fructus remaneant sequestrata.

In ecclesia maiori Glemone [a].

Super petitionem ser Iohannis Guberti de Utino.

Diffinitum fuit quod ser Iohannes Guberti de Utino ponatur in possessione bonorum Montisfalconi de quibus est discordia inter d. de Valse et ipsum Iohannem et non debet aliquid de usufructibus accipere usque ad festum S. Michaelis sed dicti fructus exigantur per Nasinguerram alias deputatum, et cum venerit festum S. Michaelis tunc dominus noster et consilium habeant providere secundum tempora et occurrentia.

Super propositionem factam per partem civium Utini de certis bonis venditis ad incantum contra certos de Venzono. Et primo super pecuniis ser Manini et Curbelli ac Ambrosii Marchisini.

Pro parte comunitatis Venzoni oblatum fuit velle dare Simoni Manini pecunias capitalis sui.

Diffinitum fuit quod super damnis et expensis ac interesse accipiantur amici.

In facto Ambrosii Marchisini [1].

Si quis de Utino habet aliquod petere hominibus Venzoni petat in Venzono et vendere faciat ad incantum ibidem et recipiat pecunias in Venzono. Et pro damnis et expensis recipiantur amici.

Super propositione heri in parlamento facta pro parte civium Utinensium de certis bonis venditis ad incantum contra certos de Venzono et primo super pecuniis ser Simonis Manini et Curbelli et Ambrosii de Marchisinis de Utino non valencium habere executores iurium propriorum in bonis venditis ad incantum.

Pro parte comunitatis Venzoni ibidem oblatum fuit velle dare ser Simoni Manini pecunias capitalis sui. Petito per me Iacobum notarium quid eisdem consiliariis videretur diffinitum fuit in consilio habito quod super dampnis et expensis ac interesse accipiantur amici. Et si quis de Utino habet aliquid petere hominibus Venzoni petat in Venzono et vendere faciant ad incantum ibidem et recipiat pecunias in Venzono et pro damnis et expensis recipiantur amici. Attento quod pro parte comunitatis Venzoni promittitur unicuique facere iusticie complementum et petentibus iusticiam ministrare ut tenetur.

D. Federicus comes de Purcillis pro d. Artico patre suo petiit represallias contra dd. duces Austrie de mille et V ducatis etc.

Antonius de Vendoyo conquestus fuit de castratis acceptis in Vendoyo et certam discordiam vertentem inter ipsos ac ipsum [2].

Audiat ser Iohannes Paduanus et Nicolaus Aponte.

Baldasar de Portugrario pro uxore sua petiit poni in possessione unius brayde site in districtu Portusgruarii date pro certis bonis suis cuidam Duringucio etc. de S. Vito etc.

Comittatur de iure et audiatur de iure (*sic*).

Pro parte comunitatis S. Danielis supplicatum fuit domino nostro et parlamento quod displiceat eis dammum eorum acceptum et quod provideatur, quia inimici eorum transeunt per patriam ante ipsos.

Pertoldus de Pers conquestus fuit contra dominum nostrum quod de facto mandavit masariis suis olim Odorici de Pers et sequestravit sub pena D ducatorum de quibus bonis fuit et est in possessione per quatuor annos petens reduci ad possessionem suam.

(1) Ambrosii Marchisini cancellato. (2) Le parole et certam .... ipsos sono aggiunte in altro carattere; le ultime due parole son cancellate.

(a) Questo parlamento deve essere stato tenuto il 22 luglio 1415 in continuazione della seduta del giorno precedente: infatti poco appresso si dice: super propositione heri in parlamento facta, frase che si può riferire soltanto al parlamento riportato sopra, tenuto il 21. Che si tratti d'un parlamento e non d'un consiglio appare certo dal testo delle petizioni e dal fatto che vi si procede alla nomina del nuovo consiglio.

Per partem comunitatis Glemone expositum fuit quod dictum castrum de Pers est comunitatis Glemone et suum, et pignus comunitatis, et protestatus fuit quod nichil quod fiat inter Pertoldum et alios super hoc non sit in eius preiudicium.

Ottil Craornionus petiit represalias contra dd. duces quare fuit depredatus in Prunich (1) etc.

Diffinitum fuit quod habeat represalias cum hoc quod iuret quid et quantum perdidit; qui Ottil iuravit ad sancta dei evangelia quod sibi accepti fuerunt duo equi quos emerat pro XXXVIII ducatos, item XII ducatos, tunica sua, spata et omnia que habebat ad valorem LXXX ducatorum in totum.

Antonius de Buya conquestus fuit contra Antonium Chatus quod sibi bona sua depredatum fuit (2) et denegatur sibi iudicium et petiit sibi restitui unam panceriam etc.

Pro parte comunitatis Tumecii supplicatum fuit quod provideatur quod duo captivi capti in Prunech relaxentur.

Stephanus habitans in Sacilo petiit represalias contra servitores episcopi de Pamberch.

Diffinitum fuit quod dominus audiat Stephanum et videat quod perdidit e concedantur sibi represalias etc.

Christoforus de Plan peciit represalias contra d. ducem Hernistum.

Diffinitum fuit quod dicto Christoforo dentur represalie et sic date fuerunt cum hoc quod iuret quantum est sibi acceptum et iuravit quod accepti fuerunt sibi (3).

D. Iohannesfranciscus canonicus Civitatensis et Tadeus de Manzano alias deputati ad exigendum impositiones patrie renunciaverunt dicte deputationi dicentes non velle de cetero impedire [et] dicentes non velle plus intromittere nec exigere etc.

Diffinitum fuit in consilio pro meliori quod remaneant et exigant impositiones presentes et resta preterita.

Ecclesia S. Marie de Cergnoco petiit afflictos sibi debitos super bonis Curbelli et Philipi de Atems ubi quidem d. noster patriarcha mandavit d. vicario quod faciat iusticiam partibus et ecclesie predicte sumarie.

Iohannes de Amaro peciit represalias contra servitores d. Hernisti ducis Austrie de D ducatis sibi acceptis per Rompstauer.

Diffinitum fuit quod istud remaneat in potestate d. nostri patriarche.

Lisobeta pro Iacuma eius filia conquesta fuit contra d. Vincislaum quod suscepit omnia bona q. Danielis Bodiç.

Doymus de Castello conquestus fuit contra d. Luciam uxor q. ser Artichi de Castello quod ipsum expoliavit de quodam monte.

Monachus Aquilegensis petiit salarium suum pro custodia turris Aquilegie, quare per comunitatem Aquilegensem ibidem positus fuit.

Omnes propositiones remisse fuerunt consilio.

Paulus q. Michaelis de Sinich famulus meus procuratorio nomine per viam substitutionis Canciani peliparii de Civitate Austria in causa appellationis interposite ad parlamentum contra Conradum sartorem peciit expeditionem et protestatus fuit etc.

Item procuratorio nomine Iacobi Fifat de Civitate Austria per viam substitutionis in causa appellationis interposite ad parlamentum contra q. d. Luciam petiit expeditionem et protestatus fuit etc.

Marchus de Faganea petiit peccunias sibi debitas per patriam.

Georius filius Dominici Lacte de Portugruario procuratorio nomine patris sui petiit expeditionem appellationis interposite ad parlamentum et protestatus fuit etc.

Iacobus Iustus conquestus fuit contra ser Bertolum de Prampergo de certis iniuriis sibi dictis.

Convocetur et convocentur isti de Prampergo et fiant treuge inter ipsos et dentur (4) eis unus iudex qui ipsos audiat et iustitiam faciat.

Fantonus de Glemona petiit represalias contra Mordax servitorem dd. ducum Austrie qui sibi accepit ad summam LXX ducatos.

(1) Brunneck. (2) Per: depredata fuerunt. (3) Manca l'importo. (4) Nel ms. per errore: dare.

Diffinitum fuit quod idem Fantonus habeat represalias pro LXX ducatis.
Electio consilii parlamenti.
Pro prelatis
d. Tomas abbas Mosacensis (1)
Capitulum Aquilegense
Pro franchis
d. Nicolussius comes Prate
Guido comes de Purcillis
Pro nobilibus
Nicolaus filius q. d. Tomasii de Spignimbergo
Nicolaus de Strasoldo
Antonius de Prampergo
Franciscus de Pradolono
Tadeus de Manzano
Pertoldus de Pers (2)
Prettus de Zucho
Pertoldus de Tricano.
Iacomutus de Sbroglavacha (3)

DIX.

Gemona, 1415, 22 Luglio. — *Consiglio del parlamento nel quale si stabilisce un' imposizione generale, si dà quietanza ai cessati deputati all' esazione della loro gestione e si decide intorno a varie petizioni ed appelli.*

MSS. A protocollo originale citato fol. 16 r. e v. EDD. inedito. TESTO da A.

MCCCCXV.

Die lune XXII mensis iulii, actum in Glemona in ecclesia S. Iohannis in pleno consilio parlamenti ad sonum campane more solito convocato in quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater et illustris princeps et d. noster d. L. dei gracia S. sedis Aquilegensis patriarcha electus dux de Dech, d. Philippus de Fontanellis canonicus Aquilegensis pro capitulo Aquilegensi, d. Thomasius abbas Mosacensis pro prelatis, d. Nicolussius comes Prate, d. Guido et Federicus comites de Purcillis; d. Odoricus miles de Spignimbergo, Iohannes de Valvasono, Prettus de Zucho, Antonius de Prampergo, Tadeus de Manzano, ser Nicolaus de Atems, ser Nicolaus de Vilalta pro nobilibus; Nicolaus nepos Tobie et Dionisius pro comunitate Aquilegense, ser Nicolaus de Portis, ser Guigelminus Puppi, Zenon phisicus pro comunitate Civitatis Austrie, pro comunitate Utini d. Iohannes de Cavalcantibus et Iohannes Guberti de Utino, pro comunitate Glemone Fantonus et Pantaleon de la Villa de Glemona omnes consiliarii et de consilio parlamenti et consilium parlamenti celebrantes.

Ser Iacobus Iustus de Prampergo in consilio exposuit qualiter inter ipsum et ser Iacobinum de Strasoldo super discordiam unius zoppi super aquam Lusoncii per d. Iohannem de Cavalcantibus pronunciatam est certa sentencia quam petit executioni debere mandari (4).

D. Iulianus de Florentia pro d. Iacobino de Strasoldo dixit quod appellatus est a dicta sentencia et pendente appellatione nihil debet innovari, et si aliquid innovaretur protestat quod non sit in eius preiudicium et si aliquid fieret ex nunc appellatus et protestatus etc.

Georius filius ser Andree Pitacoli de Venzono conquestus fuit de Oderico de Spignimbergo.

Diffinitum fuit quod in primo consilio citentur partes et audiantur et dentur acta in manibus ser Antonii de Aschulo qui referet in consilio quomodo et

(1) In margine: dominus abbas Mosacensis non habuit litteram. (2) In altro carattere contemporaneo: quem dominus noluit. (3) Quest'ultimo nome appare scritto dopo, nel medesimo carattere dell'aggiunta precedente. (4) Nota interlineare: publicavi ser Iacobo Iusto [de Prampergo].

quid actum erit in causa etc. Illud quod diffinietur in consilio executioni mandabitur.

Henricus notarius de Tumecio habitans in Glemona pro d. Leonarda uxore Balossii in causa appellationis protestatus fuit et peciit expeditionem etc.

Paulus familius meus procuratorio nomine quo supra protestatus fuit et petiit expeditionem appellationis.

Impositio.

Diffinitum fuit quod imponatur generalis impositio per totam patriam, in Carnea et Canali X solidorum pro foco et quinque pro sotano et nulla fiat reccedentia vel dimissio. Et hoc pro expensis ambassiatorum existentium in Constancia (1).

Et electi fuerunt ad exigendas dictas impositiones: d. Iohannes Franciscus et Tadeus de [Manzano].

D. Nicolaus de Portogruario decretorum doctor ibidem terminum cadentem inter homines de Nimis et quemdam Iacobinum de Nimis super uno prato die veneris futuro prorogavit ad diem Lune proximam futuram.

Finis et remissio facta ser Virgilio [et] ser Tadeo.

Ibique prefatus d. noster patriarcha, prelati, nobiles, et comunitates patrie Foriiulii fuerunt contenti et confessi habuisse et recepisse a nobilibus viris ser Tadeo de Manzano et ser Vergilio de Virgiliis de Civitate Austrie recipientibus pro se et d. Iohanne Francisco canonico Civitatense, alias deputatis ad exigendas impositiones patrie Foriiulii bonam ydoneam et sufficientem racionem de omnibus et singulis pecuniis per ipsos deputatos receptis. Et dicti dd. patriarcha, prelati, nobiles et comunitates dictis ser Tadeo et Virgilio pro se etc. fecerunt finem remissionem et pactum de non petendo aliquid ulterius de receptis per dictos deputatos.

Guigelminus Puppi de Civitate Austria protestatus fuit quod si deliberaretur aliquid quod illi Utinenses qui sunt in Civitate Austria, quos homines de Utino dicunt esse rebelles, exire deberent de Civitate Austria, illi determinationi non consentit etc.

Gasparinus et Simon Pachulini de Venzono alias obligati de iuri parendo pro Georio filio ser Andree Pitacoli de Venzono presentaverunt dictum Georium ibidem dicentes se velle absolvere.

Scuttus de Glemona petiit represalias contra illos de Muchulano.

Diffinitum fuit quod dominus noster scribat illis de Trigesto quod restituantur ablata et si non restituetur quod tunc concedantur sibi represalie.

D. Guido comes Purciliarum protestatus fuit quod non currat sibi tempus contra dd. duces Austrie.

Iacobus Iustus conquestus est contra Bartolomeum de Prampergo.

Fiant capitula.

DX.

Gemona, 1415, 23 Luglio. — *Consiglio del parlamento nel quale si definisce una controversia fra i signori di Walsee e di Duino ed il nobile Giovanni Gubertini di Udine.*

MSS. A protocollo originale cit. f. 17. EDD. inedito. TESTO da A.

In Christi nomine amen. Anno d. MCCCCXV indictione VIII (2).

Die martis XXIII iulii actum in ecclesia maiori Glemone in pleno consilio parlamenti ad sonum campane convocato. In quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater et illustris princeps et d. noster d. L. dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha electus dux de Dech, d. Tomas de Cavalcantibus abbas Mosacensis, d. Philippus de Fontanellis canonicus Aquileiensis pro prelatis;

(1) Nello spazio superiore è annotato della stessa mano: Nota d. patriarcha noluit in Carnea.
(2) A lato: ser Adam.

Nicolussius comes Prate, Guido comes Purcillie pro franchis, Odoricus miles de Spignimbergo, Iohannes Paduanus de Coloreto, Marchus de Murutio, Antonius de Prampergo, Nicolaus de Vilalta, Tadeus de Manzano pro nobilibus; pro comunitate Aquilegie Nicolaus nepos Tobie, Dionisius de Aquilegia, pro comunitate Civitatis Austrie ser Nicolaus de Portis et Guigelminus Puppi de Civitate Austria, pro comunitate Utini ser Iohannes de Cavalcantibus legum doctor et Iohannes Guberti de Utino, pro comunitate Glemone Fantonus et ser Pantaleon de la Villa de Glemona, omnes consiliarii et de consilio parlamenti.

Cum hoc scit quod die dominico preterito in pleno parlamento exposuisset nobilis ser Iohannes Guberti natus q. egregii et sapientis d.d. Azolini militis et legum doctoris de Utino et conquestus fuisset contra d. de Valsee et eius officiales in Duyno quod cum dictus q. pater suus d. Azolinus de Gubertinis et alii predecessores sui de domo sua iustis titulis et causis habuerint, tenuerint et possederint nonnulla bona, territoria et possessiones sitas in districtu terre Montisfalconis, et cum magnificus d. Ugo de Duyno memoratum q. d. Azolinum eius patrem et alios suos predecessores ausu violente privasset ipsos de facto possessione dictorum bonorum et cum idem ser Iohannes Guberti et tutor suus iuridice coram iudice deputato per d. patriarcham tunc existentem vocare fecerit magnificum d. Rodulphum de Valsee tutorem cuiusdam pupilli filii et heredis dicti q. d. Ugonis super occupationem dictorum bonorum et sententialiter obtinuisset et vigore dicte sententie et probationum suarum dictus ser Iohannes Guberti et eius tutor per plures annos possederint dicta bona, post vero mortem dicti pupilli, dominus de Valsee successit in omnibus eius bonis et similiter spoliavit vi, violenter et de facto dictum ser Iohannem Gubertum de dicta possessione dictorum bonorum contra omnem equitatem et iustitiam et cum predicta de facto sint facta contra dictum ser Iohannem Guberti, supplicavit prefatis dd. patriarche, prelatis, nobilibus et comunitatibus ut ipsum adiuvare deberent reponi et reduci paciffice et quiete in possessionem dictorum bonorum ostendendo multa iura, sententias et processus factos in premissis. Super quibus licentiato dicto ser Iohanne Guberto, diffinitum fuit ibidem per omnes consiliarios quod dictus ser Iohannes Gubertus repponatur in possessione dictorum bonorum de quibus vertitur discordia inter d. de Valsee et ipsum Iohannem Gubertum et non debeat aliquid de fructibus accipere usque ad festum S. Michaelis, sed dicti fructus exigantur per Nascinguerram alias deputatum et cum venerit festum S. Michaelis tunc d. patriarcha et consilium habeant providere secundum tempora et occurrencia.

Pubblicatum ser Iacobo Iusto de Prampergo.

DXI.

Udine, 1415, 26 Luglio. — *Il consiglio di Udine, udita la relazione degli inviati al parlamento celebrato a Gemona, nomina due cittadini incaricati d'accompagnare il patriarca al suo convegno coi conti di Cilli, di Ortemburg e di Gorizia. Si deputano inoltre alcune persone che espongono vari danni recati a concittadini.*

MSS. A Annales civitatis Utini XX fol. 124 v. EDD. inedito. TESTO da A.

Super relatione facta per d. Iohannem de Cavalcantibus egregium legum doctorem et ser Iohannem Gubertum de Gubertinis ambassiatores pridie destinatos pro parte nostre comunitates ad colloquium celebratum in Glemona referentes ordinate et bene omnia gesta ac proposita et determinata in dicto colloquio et ipsius colloquii consilio determinatum fuit ut infra, videlicet:

Super eo quod d. patriarcha petit quod nostra comunitas mittat duos solemnes cives nostros secum ad sociandum eum usque Villacum ubi debet convenire et esse insimul d. comitis Cilie, de Ortemburg et Goricie ac ipse d. patriarcha super facto infamie imposite ipso d. patriarche etc. Item super

facto differentiarum existentium cum dd. comitibus Goricie et compatriotis nostris etc.

Determinatum et diffinitum fuit quod eligerentur et mitterentur ipsi duo cives iuxta petitionem ipsius d. patriarche. Et sic electi fuerunt ad hoc d. Iohannes de Cavalcantibus et ser Machor Philippussii. Super facto unius tercii mittendi ad exponendum gravamina nostre comunitatis et suorum civium commissum fuit dd. deputatis ad regimen etc.

Item super facto ser Iohannis Guberti de molestatione et gravaminibus contra eum illatis per dominos de Valsa. Item super molestatione factam per Guilelmum Theotonicum contra Antonium Ugolini. Item super facto ser Sandri de bonis Canalutti. Item super facto Gasparis cum illis de Civitate Austria. Item super facto Iohannis q. ser Antonii de derobatione contra eum facta per illos de Castro Porpeti.

Electi fuerunt infrascripti videlicet ser Nicolaus Raynoldi, ser Blasius magistri Lazari, ser Leonardus notarius Thualdi, ser Iacobus de Montegnaco, qui vadant ad d. patriarcham et instent quod dignetur providere.

DXII.

Udine, [1415], 31 Luglio. — *Consiglio del parlamento nel quale si delibera, ad istanza del nobile Giacomo Giusto di Prampero, di citare dinanzi al prossimo parlamento il nobile Giacomino di Strassoldo, per decidere una controversia fra essi esistente circa i diritti sul traghetto dell'Isonzo presso Fogliano. Si prendono poi decisioni su altre petizioni e controversie.*

MSS. A protocollo originale cit. fol. 18. EDD. inedito. TESTO da A.

Item die ultimo iulii; actum in castro Utini, super sala superiori ante cameram leonum in pleno consilio parlamenti ad sonum campane more solito convocato; in quo interfuerunt reverendissimus et illustris princeps et d.d. Lodovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha electus dux de Dech, d. Philippus de Fontanellis canonicus Aquilegensis pro capitulo Aquilegensi; d. Nicolussius comes Prate; Franciscus de Prodolono, Pretus de Zucho, Nicolaus de Spignimbergo, Antonius de Pranpergo, Tadeus de Manzano, Bertoldus de Tricano, ser Iacobus notarius de Bugaciis, Nicolaus nepos Tobie pro comunitate Aquilegensi, d. Iohannes de Cavalcantibus legum doctor, ser Christoforus de Valentinis de Utino pro comunitate Utini, Antonius Choda de Glemona pro comunitate Utini, Antonius Choda de Glemona pro comunitate Glemone.

Ser Iacobus Iustus (1).

Diffinitum fuit quod in proximo futuro parlamento vel consilio parlamenti citetur ser Iacominus de Strasoldo ad instantiam Iacobi Iusti de Prampergo quod compareat cum omnibus iuribus suis que habet (2), super zopo Lusoncii penes Floyan et compareat personaliter in dicto consilio ad dicendum causam sive causas quare sententia alias lata per d. Iohannem de Cavalcantibus iudicem commissarium executioni mandari non debeat; et tunc illud quod ibidem diffinietur executioni mandabitur.

Nobilis Marchus de Murucio ex una et nobilis Henricus de Pertistagno procurator .... uxoris sue super bonis legatis per q. ser Federicum olim eius maritum etc. Dicti nobiles eligerunt d. Nicolaum de Portugruario decretorum doctorem vicarium in spiritualibus qui ipsos audeat et inter ipsos diffiniat et decidat de amore, si potest, et si non potest de iure, usque ad festum S. Michaelis, promittentes firmum et ratum habere quicquid per dictum d. Nicolaum pronunciatum et determinatum fuerit inter ipsos, sub pena centum ducatorum.

(1) Si riferisce al reclamo fatto da Iacopo-Iusto di Prampero contro Iacopino di Strassoldo esposto nella seduta precedente. (2) In margine a richiamo: si que habet.

Nobilis ser Bartolomeus ser Nichili et ser Bartolomus de la Porta de Maniacho ibidem exposuerunt quod cum alias predecessores eorum et ipsi semper servissent pro talea cum quinque equis et vix servire possent, et modo imponitur eis quod servire debent cum septem equis et non tenentur quanto debent; rogant ut ipsos habeant recommissos.

Ser Nicolaus de Bredis pro comunitate Utini conquestus fuit quod multi cives eorum expoliati sunt de eorum possessionibus, petens illos ad eorum possessiones induci nominando multos.

DXIII.

Udine, [1415], 1 Settembre. — *Consiglio del parlamento nel quale si tratta della distruzione del castello di Varmo ed uccisione dei signori di quella terra fatta dagli abitanti di S. Daniele, nonchè d' altre petizioni e controversie.*

MSS. A protocollo originale cit. fol. 19 r. e v. EDD. inedito. TESTO da A.

MCCCCXV.

Item die primo mensis septembris; actum in castro Utini, in sala superiori ante cameram leonum in consilio parlamenti ad sonum campane more solito convocato in quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater illustris princeps et d. noster d. L. dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha electus dux de Dech, d. Nicolaus de Portugruario decanus Aquilegensis, vicarius in spiritualibus, Pantaleon de Bredis canonicus Aquilegensis, pro capitulo Aquilegensi; Nicolussius comes Prate, Guido comes Purcilliarum; Iohannes Paduanus de Coloreto, Odoricus de Valvasono, Nicolaus de Spignimbergo, Benevenutus de Prodolono, Iacomutus de Sbroglavaca, Tadeus de Manzano, Pertoldus de Tricano, ser Antonius de Prampergo; pro comunitate Aquileiensi Tobias de Sibilitis, pro comunitate Civitatis Austrie ser Nicolaus de Portis, Zenon phisicus de Civitate, pro Utino d. Iohannes de Cavalcantibus legum doctor, Nicolaus ser Zani et Machor de Camino, pro Glemona Benevenutus et Iacobus Abbatis.

Zanus Affero pro se et Patriarchino petierunt represalias eis alias concessas et quod possint propriis uti, secundum quod alias est diffinitum.

Leonardus nepos Pauli Zirglani petiit et supplicavit dicto ser Paulo dari debere licenciam posse uti represaleis olim sibi concessis.

Nicolaus filius Trombete de Civitate Austria peciit represalias pro damnis factis patri suo.

Dominicus Masy de Utino conquestus est quod Franciscus Facii arestavit peccunias suas in Veneciis dicens quod captivaverat ipsum in Areis.

Super litera ambasiatorum existencium in Constantia quod provideatur de peccuniis quod stent et revertant.

Super destructione et ruina castri de Varmo et morte nobilium de Varmo facta per homines de S. Daniele, et quod dicti de Varmo permittantur exigere affictus ipsorum et quod tute per patriam ire possint. Super quibus dominus noster petiit consilium.

Diffinitum fuit quod convocetur parlamentum et ista ibidem proponantur et illud quod fiet executioni mandabitur; sed permittantur exigere affictus ipsorum per patriam et in partem S. Danielis.

Guigelminus Puppi conquestus fui de quodam masario suo captivato in S. Canciano etc., et super littera directa comunitati Civitatis Austrie per illos de Montefalcono.

Dominus noster dixit quod det materiam in scriptis etc.

In facto littere d. Vincislay supersedeatur etc. usque ad dietam datam in Villaco etc.

Bartolomeus de Prampergo ex una et Iacobus Iustus de Prampergo per se et amicos ac attinentes laudaverunt treugam in manibus d. nostri patriarche usque ad proximum parlamentum et per quatuor dies post.

Ser Iacobus Iustus de Prampergo in pleno consilio comparuit et supplicavit quod sententia lata per d. Iohannem de Cavalcantibus in facto zopi contra ser Iacominum de Strasoldo ....

Ser Bartolomeus de Prampergo petiit poni et induci in tenutam et possessionem bonorum omnium Odorici de Pers rebellis regie maiestatis iuxta et secundum litteras regie maiestatis etc.

Iacobus Iustus de Prampergo tamquam securitas obbligatus pro Pertoldo de Pers pro dicto castro et bonis non consentit si aliquid super hiis diffinietur.

Benevenutus et Iacobus Abbatis pro comunitate Glemone non consenserunt alicui diffinitioni que fieret super dicto castro: non consentiunt quare dictum castrum emerunt et pro se habere volunt et intendunt et eorum est quare dictum castrum emerunt etc.

Iohannes Coradela petiit pecunias sibi debitas pro servitio suo.

DXIV.

Udine, [1415], 2 Settembre. — *Il consiglio del parlamento decide di rimettere il nob. signor Giacomo Giusto di Prampero in possesso del traghetto dell'Isonzo presso Fogliano, e il nob. signor Bartolomeo di Prampero dei beni dei ribelli Gian Francesco ed Odorico di Pers. Si stabilisce inoltre l'ammontare dell'imposizione della comunità d'Aquileia.*

MSS. A protocollo originale fol. 20 r. EDD. inedito. TESTO da A.

Die lune secundo septembris, actum ut supra in consilio parlamenti, in quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater et illustris princeps et d. noster d. L. dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha electus dux de Dech, Pantaleon de Bredis canonicus Aquilegensis pro capitulo Aquilegensi; Guido comes Porciliarum, Nicolussius comes Prate; Odoricus de Valvasono, Nicolaus de Spignimbergo, Tadeus de Manzano, Pertoldus de Tricano, Antonius de Prampergo pro nobilibus; pro comunitate Aquilegensi Tobias de Sibilitis de Utino, pro comunitate Civitatis Austrie Guigelminus Puppi de Civitate Austria, pro comunitate Utini Machor de Camino et Simon Manini de Utino, pro comunitate Glemone Benevenutus et Iacobus Abbatis de Glemona omnes consiliarii et de consilio parlamenti patrie Foriiulii ad sonum campane more solito convocati.

Ibique (1) comparuit nobilis vir ser Iacobus Iustus de Prampergo et exposuit qualiter alias per prefatum d. patriarcham et consilium parlamenti patrie Foriiulii causa et discordia que vertebatur inter ipsum ex una et ser Iacominum de Strasoldo ex alia nomine et occasione unius zopi super aquam Lusoncii in vado Foglani commissa fuit d. Iohanni de Cavalcantibus legum doctori de Utino prout in commissione alias facta continetur (2) et, presentata commissione d. Iohanni et citatis partibus per d. Iohannem de Cavalcantibus, per ipsum d. Iohannem commissarium est lata sententia pro ipso Iacobo contra dictum ser Iacominum de Strasoldo super dicto zopo prout in sententia et actis et processibus cause latius continetur. Et cum instancia maxima prefatus Iacobus Iustus supplicavit ut sententia alias lata per d. Iohannem de Cavalcantibus executioni mandetur et quod ipse ser Iacobus Iustus reponatur ad possessionem dicti zopi (3) iuxta latam sententiam per d. Iohannem de Cavalcantibus; attento quod dictus ser Iacominus hodie, iuxta diffinitionem consilii parlamenti, ex parte prefati d. patriarche, per litteras et citationes ipsorum citatus est quod comparere debeat cum omnibus iuribus suis que habet super dicto zopo et

(1) Sopra, d'altra mano: publicavi ser Iacobo Iusto. (2) V'ha qui nel ms. un segno di richiamo senza la corrispondente annotazione in margine. (3) Le parole: iuxta latam .... contra dictum ser Iacuminum (ved. riga 2 della pag. seguente) sono in margine d'altro carattere contemporaneo.

tamen non comparuit nec aliquis pro [eo], petit iuxta diffinitionem consilii
sententiam executioni mandari debere contra dictum ser Iacuminum. Quibus
expositis et licentiato dicto ser Iacobiusto paulum de dicto consilio, et petito
per me Iacobum notarium a consiliariis quid inde ius esset, diffinitum et deter-
minatum fuit quod sententia lata per dictum d. Iohannem executioni mandetur
et quod dictus ser Iacobus Iustus reponatur restituatur et reducatur in tenu-
tam (1) dicti zoppi in aqua Lusoncii, salvo iure d. patriarche et ecclesie
Aquilegensis.

Quibus sic peractis et diffinitis Paulus Glavitcer capitaneus Utini per dictum
d. patriarcham et consilium datus fuit nuncius et pro nuncio ad ponendum
reducendum et restituendum ipsum Iacobum Iustum in tenutam dicti zoppi
salvo iure d. patriarche et ecclesie Aquilegensis et me Iacobum deputavit ad
scribendum.

Et quare dictus ser Paulus ut asseruit infirmitate oppressus et non valens
equitare ad commissa exequenda prefatus d. noster patriarcha loco dicti ser
Pauli deputavit dedit et assignavit ser Petrum de Bredis vicecapitaneum Utini
ad suprascripta exequenda (2).

Diffinitum fuit quod ser Bartolomeus de Prampergo ponatur et inducatur
in tenutam et possessionem bonorum q. Iohannis Francisci et Odorici de Pers
qui Odoricus fuit et est rebellis sacre maiestatis et ecclesie Aquilegensis
salvo iure d. patriarche ecclesie Aquilegensis et cuiuscunque alterius persone,
excepta parte castri de Pers quam partem d. patriarcha vult recipere ad ma-
nus suas et convocare Pertoldum de Pers homines de Glemona et Bartolo-
meum de Prampergo et dictis partibus, dante domino iusticiam ministrare salvo
iure d. patriarche, ecclesie Aquilegensis et cuiuscumque alterius persone.

Diffinitum fuit quod comunitas Aquilegie solvat impositionem pro tribus
equis iuxta dictum Iohannis Susane qui dixit quod tempore d. Marquardi
patriarche solvebant pro tribus equis; salvo quod non haberent aliquod privi-
legium in contrarium.

DXV.

Fogliano, 1415, 5 Settembre. — *Pietro de Bredis vicecapitano di Udine, per ordine del patriarca e del consiglio del parlamento rimette il nobile ser Giacomo-Giusto di Prampero in possesso del traghetto dell'Isonzo presso Fogliano.*

MSS. A protocollo originale cit. fol. 20 v. EDD. inedito. TESTO da A.

Possessio ser Iacobi Iusti (3).

Item die quinto septembris, actum in ripa Lusoncii in pertinentia ville
Foglani, presentibus nobilibus et providis viris ser Iohanne filio ser Freschi
de Chuchanea, ser Federicus q. ser Valentini de Valentinis, ser Francisco
q. ser Iohannis Datacini de Utino, ser Nasinguera notario q. ser Guigelmi de
Gabrielis de Utino, Mathiusio q. ser Tomasutti de Pertistagno, ser Tho-
masio Heringher q. Coradi de Suavia hiis tribus in Montefalcono habitan-
tibus testibus etc. Cum honorandus vir ser Petrus de Bredis vicecapitaneus
terre Utini datus esset et assignatus in nuncium et pro nuncio per prefatum
d. nostrum patriarcham et ad reponendum et reducendum nobilem virum ser
Iacobum Iustum de Prampergo in tenutam suprascripti zopi prout in supra-
scripta deffinitione latius continetur et accedens ad dictum zopum una cum
dictis testibus et me Iacobo notario et volens sibi commissa executioni debite
demandare ibidem dictum ser Iacobum Iustum in tenutam et corporalem pos-
sessionem (4) nemine vetante vel contradicente dicti zopi reposuit solemniter

(1) tenutam è correzione d'altra mano in luogo di: possessionem ch'era scritto in precedenza.
(2) Tutto il capoverso è d'altra mano contemporanea. (3) Sopra d'altra mano: publicavi ser Iacobo Iusto. (4) cancellato: et .... possessionem.

et reduxit dando funem sive tortam dicti zopi in manibus dicti ser Iacobi Iusti aquam et arenam dicti fluminis et aque Lusentii similiter in manibus suis intrando dictum zopum et exeundo aquam predicti fluminis cum dicto zopo vadando et navigando prout in talibus fieri est consuetum. Quibus sic peractis prefatus ser Iacobus Iustus ibidem protestatus fuit quod tenutam et corporalem possessionem (1) dicti zopi presentialiter anima et corpore est adeptus accipiens dictum zopum ad manus suas et dictum zopum regendum commisit cuidam de Foglano in presentia testium suprascriptorum et mei Iacobi notari.

DXVI.

Udine, 1415, 8 Ottobre. — *Il patriarca Ludovico indice il parlamento a Cividale per discutere intorno alla relazione degli ambasciatori ritornati da Costanza.*

MSS. A manca. B c. nei Monumenta Historiae Foroiulii del Fabrizio da cui c. nel cod. dipl. Frangipane a Castel Porpeto. EDD. inedito. TESTO da B.

Ludovicus dei gratia patriarcha Aquilegensis.

Ex nonnullis causis arduis et necessariis statum nostrum et totius huius patrie concernentibus et presertim super reversionem ambassiatorum nostrorum de Constantia deliberavimus generale parlamentum cellebrare in nostra Civitate Austrie die dominico proximo futuro ad octavam. Et ideo harum tenore vos requirimus, vobis et seriose mandamus ut sicut statum nostrum et ipsius patrie diligitis, studeatis causa cessante qualibet interesse.

Datum in castro nostro Utini die martis octavo mensis octobris anno domini MCCCCXV.

A tergo

Nobilibus et prudentibus viris capitaneo, decem deputatis, consilio et communi terre nostre Utini nostris fidelibus dilectis.

DXVII.

Cividale, 1415, 20 Ottobre. — *Parlamento nel quale il patriarca comunica una convenzione coi conti di Gorizia e lettere degli stessi conti e dei signori di Walsee su alcuni affari in corso. Si ritorna inoltre sul pericolo delle incursioni dei Turchi. Si esamina una controversia fra i Cividalesi e gli Udinesi che, in virtù di patenti regie, chiedono l'espulsione da Cividale di certi loro ribelli che vi si erano rifugiati, contro di che i rappresentanti di Cividale espongono un altro privilegio di Re Sigismondo, che permette la dimora in città di chiunque non sia dichiarato ribelle dell'impero. Si decidono poi vari appelli e petizioni.*

MSS. A protocollo originale cit. fol. 22-25. EDD. inedito. TESTO da A.

In Christi nomini amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCCXV, indictione octava, die dominico XX mensis octobris, actum in Civitate Austria in ecclesia maiori Civitatis Austrie in pleno consilio parlamenti ad sonum campane more solito convocato et congregato in quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater et illustris princeps et d. noster d. L. dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha electus, dux de Dech, d. Henricus episcopus Concordiensis, d. (2) Philippus de Fontanellis decretorum doctor canonicus Aquilegensis pro capitulo Aquilegensi d. Laurentius abbas Rosacensis electus, d. Tomas abbas Mosa-

(1) cancellato: possessionem. (2) In margine a richiamo: Nicolaus de Portugruario.

censis (1) pro abbatia Sextensi, pro abbatia Belliniensi d. Philippus de Fontanellis, pro preposito S. Stephani d. Dominicus de Faganea canonicus Aquilegensis, pro preposito S. Felicis d. Petrus prepositus Carnee, pro capitulo Civitatensi d. Nicolaus Philippi decanus Civitatensis, pro capitulo Utinensi presbiter Leonardus, pro prelatis; pro nobilibus et franchis d. Nicolussius et Iohannes comites Prate, Simon comes de Pulcinico, Nicolaus et Henricus q. d. Tomasii de Spignimbergo pro illis de Spignimbergo, Iacobus de Valvasono et Prettus de Zucho pro domo de Cuchanea, Marchus de Murucio pro Murucio et Trichano, Iacobus Iustus et Antonius de Prampergo pro domo de Prampergo, pro Mels et Coloreto d. Benevenutus Monachus et Flurinus de Coloreto, pro Strasoldo Lovisius de Strasoldo, pro Castello Odoricus ser Doymi, pro Vilalta et Chavoryaco Nicolaus de Vilalta, pro Sbroglavaca Iacomutius de Sbroglavaca, pro Fontebono ser Iohannes de Fontebono, pro Pers infrascripti de Glemona, pro Atems Nicolaus lu barba de Atems, pro Cergnoco Conradus de Cergnoco, pro Maniaco Bartolomeus ser Nichili, pro la Fratina Nastasius, pro Varmo superiori Nicolaus ser Artichi, pro Varmo inferiori misit literam excusationis, pro Brazaco superiori nullus, pro Toppo Bartolomeus, pro Vendoyo nullus, pro Faganea Ulricus de Faganea, pro S. Dániele Iohannes ser Andree et Pulcer Daneel (2), pro S. Vito ser Beltrandus de la Villa capitaneus S. Viti, et Rizardus pro Aviano, pro Canipa nullus, pro nobilibus; pro comunitatibus, pro comunitate Aquilegie Dionisius et Iulianus habitantes in Aquilegia, pro Civitate Austria Nicolaus de Portis, Guigelmus Leopoldi, Simon Iohannistoni et Adam de Formentinis, pro comunitate Utinensi d. Iohannes de Cavalcantibus, Nicolaus ser Zanny, Machor de Chamino, et Antonius ser Valentini, pro comunitate Glemone Fantonus, Benevenutus et Pantaleon de la Villa de Glemona, pro comunitate Venzoni Gasparinus et Iacobus de la Stella, pro comunitate Tumecii Iacobus de Tumecio, pro comunitate Sacili Bartoloctus de Sacilo, pro comunitate Portusgruarii Federicus de Panialeis de Portugruario, pro comunitate Marani Marchus de Faganea potestas Marani, pro Montefalcono nullus.

Super relatione d. Coradi Boyani militis, Iacobi de Valvasono et d. Petri Marchisini de Utino legum doctoris reversorum de Constancia de concilio generali qui in effectu retulerunt ambasiatam eis impositam tempore quo missi fuerunt Constanciam et in fine pecierunt mille et ducentos ducatos pro expensis factis postquam explicaverunt quod habuerunt in Constancia.

Diffinitum fuit quod deputentur quinque una cum d. nostro patriarcha ad inveniendum peccunias in patria et de patria cum quibus et usque ad satisfactionem omnium habere debentium et quod satisfiet habere debentibus. Cum hoc quod equaliter ponantur peccunie iuxta dispositionem dictorum sex.

Electus d. Federicus abbas Sextensis; pro nobilibus Simon de Pulcinicho, Iacobus de Valvasono.

Fantus de Utino protestatus fuit in causa appellationis interposite ad parlamentum per ipsum petiit expeditionem et protestatus fuit.

Georius filius magistri Dominici Lacte de Portugruario procuratorio nomine dicti eius patris petiit appellationem per ipsum interpositam ad parlamentum expediri debere contra Antonium socii et Machorem de S. Vito et protestatus fuit.

Propositio d. patriarche super infamiam impositam famulis suis per mortem Iurse de Goricia propter quod et alia fuit necessarium convenire in Vilaco cum dd. comitibus Goricie de quibus ibidem actitatis scripta est certa sententia in teutonico et d. noster fecit reducere in latinum etc. et ibidem omnia lecta fuerunt.

Et super littera d. Henrici comitis Goricie super revocationem ut dicitur interdicti super certi affictis d. abbatis Mosacensis etc.

Item quod remittantur ambassiatores Constanciam super factis patrie expediendis.

Item super ambasiatores d. de Valse petentes debere suspendi certam

(1) Così corretto, prima stava: Sextensis. (2) Questo stesso è detto più oltre " biel Denel ".

executionem ser Iohannis Guberti super bonis de Montefalcono et quod ista videantur (1) in Montefalcono die dominica futura ante nativitatem d. nostri Ihesu Christi.

Item super littera missa d. patriarche per quendam capitaneum quod magna Turcorum multitudo congregata est in certis locis etc.

Fiat bona custodia.

Item quod inveniantur peccunie pro expensis factis per ambassiatores et pro fiendis in Constancia.

Item quod ser Federicus de Zuchispergh pro servitio patris habere debet plura centenaria ducatorum. Et propter ista, impositio fuit imposita (2) in patria ad solvendum et ut dicitur exacta fuit per aliquos.

Deputati per comunitatem Civitatis Austrie obtulerunt velle facere iudeo solucionem de certis ducatis in quibus tenentur dicto iudeo quamquam instrumentum et instrumenta sint de duplo etc. et offerebant iudeo dare ducatos suos in Utino, in Venzono, Glemone et in Vilaco dummodo eorum habeant instrumenta et litteras.

Ibique dicti de Civitate Austria obtulerunt se ibidem velle dare CC et XXX ducatos in Vilaco dummodo eorum habeant litteras datas dicto iudeo.

Ibique ser Tomas de Ronchonis cancellarius comunitatis Utini in certa scatula produxit certum privilegium regale super rebellibus imperii et ecclesie Aquilegensis expellendis de Civitate Austria requirens me Iacobum notarium ut hoc sibi conscribere debeamus.

Civitatenses ad hoc deputati dixerunt: Nicolaus Filitini notarius habet privilegium imperiale et quod nondum fuit adimpletum et quod adimpleatur et quod nullum rebellem habent in Civitate et intendunt ut filii obedientie obedire litteris imperialibus et d. nostri patriarche, et similiter Utinenses dixerunt velle obedire litteris imperialibus sed privilegium Nicolai Filitini non artat Utinenses ad parendum privilegio.

D. noster patriarcha intimavit Civitatensibus quod dent suprascripto iudeo ducatos suos de quibus habet litteras comunitatis Civitatis Austrie et quod homines caveant sibi ne capiantur et percipiantur damnum.

Homines de Glemona supplicaverunt d. patriarche et parlamento quod provideant quod strate curant et quod non recipiant damna.

Querela exposita per nobiles de S. Daniele sive Varmo contra illos de S. Daniele et comunitatem de eo quod arserunt et destruxerunt domos eorum in S. Daniele, et Varmum superiorem similiter acceperunt furtive et dictum castrum arserunt, ruinaverunt et q. ser Bertolum et alios captivaverunt et illos morti tradiderunt petentes reffici de dampnis et expensis et quod castrum reffici et malefactores puniri [debeant].

Leonardus Petri Turbe, Iohannes ser Andree et Biel Denel tamquam cives in S. Daniele dixerunt quod per q. ser Bertulum et q. ser Zuanuttum et ad instanciam ipsorum positus fuit ignis in quinque locis in S. Daniele et minabantur adhuc facere peius et timentes ne ad peiora deveniretur fecerunt contra istos de Varmo quod fecerunt, sed a comunitate non habent informationem et ista non credebant dicendum (3).

Leonarda uxor Leonardi Balos in causa appellationis interposite ad parlamentum presentavit se et petiit expeditionem et protestatus etc. contra ser Adam de Formentinis.

Illi de S. Daniele videlicet Iohannes Leonardus et Daniel de S. Daniele dixerunt ut cives, et non ex parte comunitatis quare non sunt informati pro parte comunitatis S. Danielis et quod comunitas bene faciet excusationem etc.

D. Iulianus decretorum doctor pro Iohanne pupillo filio q. magistri Lenfranchi produxit certam suplicationem in scriptis et instrumenta contra Franciscum Baldasarem super bonis dicti pupilli occasione certarum represalearum.

(1) Nel ms. per errore: videnantur. (2) Nel ms.: imposito. (3) Vedi poche righe più giù una maggior dilucidazione della giuridica distinzione dei cives dalla comunitas, fatta dai rappresentanti di S. Daniele.

Petrus Paulus de Valvasono heres q. Antoni Zorz eius patrui conquestus fuit contra servitores dd. comitum Goricie de eo quod occupant sibi duos mansos unum in Bratiulo et unum [in] Quadruio.

Ser Henricus de Madrissio exposuit qualiter castrum Madrisii fuit ruinatum et supplicat quod adiuvetur reffici.

Diffinitum quod adiuvetur per totam patriam redifficari castra de la Fratina et Madrisii.

Iohannes Daniel de Sacilo contra d. Pandolfinum de Malatestis de mille ducatis et ultra pro equis sibi venditis.

Diffinitum fuit quod dominus noster sciat a Iohanne Daniele factum et si scito et cognito dominus noster scribat d. Pandolfo quod det sibi suum et si non quod tunc sibi dabuntur represalee etc.

Super facto Iohannis de Carnea cui per servitores dd. comitum Goritie accepti fuerunt castrati CCC.

Diffinitum fuit quod dictus Iohannes possit et valeat arestare bona et res servitorum dd. comitum Goritie in patria et stent arestata donec dictus Iohannes habeat suos castratos et valorem ipsorum et damnorum receptorum dicta occasione.

Andreas de Selusa petiit absolvi de quodam termine homicidii commissi in deffendendo etc. et super.

Fiat iusticia etc. et convocentur partes.

D. Vencislaus de Spignimbergo conquestus fuit contra capitaneum Belgradi quod accepit sibi animalia sua et non intendit stare in damno.

Bartolomeus et Antonius de Toppo petierunt certum bonum sub Ragonea debitum dictis fratribus.

Christoforus sartor de Vergnaco procurator Canciani Tye contra Tomadinum sartorem protestatus fuit in causa appellationis quod non curat tempus et protestatus etc.

D. Benevenutus de Prodolono petiit ser Bartolomeum de la Porta de Maniaco costringi debere ad parendum iuri super bonis quarumdam neptum eius etc.

Bartolomeus Trombeta petiit represaleas contra ser Federicum de Zuchispergh qui sibi accepit ....

Diffinitum fuit per partem maiorem consilii quod habeant represalias contra Zuchispergh servitorem d. ducis et contra servitores dd. ducum; dominus noster dixit quod non utatur sine licencia sua.

Philippus Calvus de Palazolio exposuit quod inculpatur fuisse cum Tristano (a) in introytu Utini et erat in Civitate Austria cum intravit Utinum.

Ser Henricus de Pertistagno contra ser Marchum de Murucio conquestus fuit quod sibi certos affictus quorundam bonorum non obstante mandato d. patriarche etc. et non potest consequi suum ius.

D. Iohannes Franciscus canonicus Civitatensis, Tadeus de Manzano et ser Virgilius de Virgiliis olim deputati ad exigendas impositiones patrie petierunt expensas et labores ipsorum infra notatos.

Tomas de Ronchonis petiit ducatos X.

D. Vineta petit pecunias iuxta sententiam d. Petri de Marchisinis.

Bartolomeus de Prampergo petit se poni in tenutam et possessionem bonorum q. Iohannis Francisci et Odorici de Pers iuxta diffinitionem consilii parlamenti alias factam.

Diffinitum fuit quod ser Pertoldus de Pers et Bartolameus de Prampergo et homines de Glemona recipiant amicos sine preiudicio partium et quod discordia tolatur inter ipsos. Pro parte comunitatis Glemone et Bertoldi de Pers acceptus fuit Adam de Formentinis; item per ser Bartolomeum de Prampergo acceptus fuit Simon Manini. Cum hoc quod omni septimana sint insimul adminus semel usque ad festum nativitatis futurum.

Ibique Moyses Iudeus habitans in Portugruario presentavit in pleno parla-

(a) Si intenda: Tristano Savorgnan.

mento certam appellationem clausam et ligatam et cum sigillo comunitatis Portusgruarii sigillatam petens illam determinari et expediri debere et protestatus fuit quod non currat sibi tempus eo quod fecit debitum suum. Dicta vero appellatio habebat superscriptionem in hec verba: venerabilibus, egregiis et prudentibus viris dd. ad generale parlamentum patrie Foriiulii convocatis et deputatis manibus suis habendum (1).

Commissa d. Antonio de Aschulo.

Ser Henricus notarius Everardi contra Andream Mestroni de burgo S. Petri Civitatis Austrie certam appellationem clausam et sigillatam produxit et petiit expeditionem et protestatus fuit.

Commissa d. Antonio de Aschulo.

Item dictus Henricus procuratorio nomine Lucie uxoris Iohannis muratoris contra Iacobum Fifat de burgo S. Petri certam appellationem clausam et sigillatam produxit et petiit expeditionem et protestatus fuit.

Commissa d. Antonio de Aschulo.

Iohannes notarius de Montefalcono procurator Iacobi Fifat in causa appellationis interposite ad parlamentum petiit expeditionem et protestatus fuit etc. contra d. Luciam.

Super quibus petito [consilio], per omnes de parlamento consultum et diffinitum fuit quod omnes propositiones ponantur ad consilium parlamenti etc.

Ibique honorabilis vir ser Thomas de Ronchonis de Utino cancellarius comunitatis Utini in pleno parlamento produxit certum privilegium imperiale invictissimi principis et d. nostri d. Sixmundi dei gratia Romanorum et Ungarie regis non cancellatum, non abrasum nec in aliqua sui parte suspectum sed prorsus omni vicio et suspectioni carens cum sigillo magno imperiali pendenti in quadam scatula, monendo et requirendo omnes fideles imperio quod dicto privilegio sub penis in eo contentis parere et obedire deberent. Et privilegium scriptum et datum fuit Constantie die XXVIII mensis iulii nisi falor (*sic!*) et inter cetera continebatur quod rebelles imperio, ecclesie Aquilegensi, patrie et comunitati Utini alias banniti de locis patrie Foriiulii expellantur etc. Quod privilegium prefatus noster patriarcha in pleno parlamento (2) legere fecit, quo lecto dictus Tomas et ambasiatores comunitatis Utini omnes ibidem presentes requirebant et requisiverant ut dicto privilegio parere et obedire deberent.

Quibus sic productis et petitis nobiles viri ser Nicolaus de Portis, Guigelmus Leopoldi, Adam de Formentinis et Simon Iohannisantoni de Civitate Austria pro parte dicte comunitatis Civitatis Austrie responderunt dicentes quod cum magna instantia petunt quod littere d. nostri Romanorum et Ungarie regis observentur et quod iamdiu habuerunt privilegia et litteras imperiales quibus obedientes imperio non obediverunt et quod ut filii obedientie et sacri imperii volunt litteris et privilegiis imperialibus obedire ut debent et quod alii compatriote similiter obediant privilegiis imperialibus; et converso d. Iohannes de Cavalcantibus legum doctor de Utino, Machor de Camino, Antonius de Valentinis et Nicolaus ser Zani pro comunitate Utini ambasiatores dixerunt se litteris imperialibus velle obedire ut tenentur et insteterunt quod litteris imperialibus obediatur.

Quibus sic dictis nobiles .... ambasiatores comunitatis Civitatis Austrie ibidem in pleno parlamento produxerunt certum imperiale privilegium invictissimi principis et d. nostri d. Sixmundi dei gratia Romanorum et Ungarie regis datum Constantie die .... mensis martii dicto anno et indictione cum vero imperiali sigillo non viciatum non abrasum nec in aliqua sui parte suspecto sed prorsus omni vitio et suspicione carens inter cetera continens quod omnes homines exceptis rebellibus imperio et qui non sunt rebelles imperio, ecclesie

(1) Le parole: quod non currat .... suis habendum sono scritte d'altra mano con altro inchiostro. (2) consilium cancellato.

Aquileiensi et patrie Foriiulii possint stare et habitare in Civitate Austria etc. prout in privilegio continetur et quod non habent pro rebellibus nisi XIV Utinenses qui alias dati eis pro rebellibus fuerunt et mihi ipsos in scriptis dederunt (1).

Quod quidem privilegium prefatus d. patriarcha legere ibidem fecit; quo lecto dicti Civitatenses suplicaverunt omnibus ibidem presentibus quod litere imperiales executioni mandentur et eis obediatur quomodo ipsi dispositi sunt litteris et privilegiis imperialibus obedire.

Nicolaus notarius Filitini ibidem produxit certum imperiale privilegiam in quo continebatur qualiter d. noster rex omne crimen remittebat et ipsum ad famam bonam reducebat etc., prout in ipso continebatur.

D. noster patriarcha michi Iacobi mandavit ut copias dictorum privilegiorum recipere deberem et quod dent mihi. Quas Civitatenses et Utinenses dixerunt se hoc in mandatis ab eorum comunitatibus non habere.

DXVIII.

Cividale, 1415, 21 Ottobre. — *Il parlamento ordina agli abitanti di S. Daniele che restituiscano ai signori di Varmo quanto avevano preso loro nella distruzione del castello: inoltre si stabilisce che si faccia giustizia per l'atroce fatto. Si nomina poi una commissione allo scopo di trovar denaro per pagare i creditori e si decide intorno a vari appelli e petizioni.*

MSS. A protocollo originale cit. fol. 25 v. e 26 r. EDD. inedito. TESTO da A.

MCCCCXV, indictione VIII, die XXI mensis octobris. Actum in Civitate Austria in ecclesia S. Antonii in pleno consilio parlamenti ad trinum sonum campane more solito congregato et plus quam consilio. In quo interfuerunt: reverendissimus in Christo pater et illustris princeps et d. noster d. Lodovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha electus dux de Dech, d. Henricus episcopus Concordiensis, Laurentius abbas Rosacensis electus, Tomas abbas Mosacensis, Federicus abbas Sextensis, Nicolaus decretorum doctor decanus Aquilegensis et vicarius in spiritualibus, Philipus de Fontanellis pro capitulo Aquilegensi pro prelatis; pro franchis: Nicolussius et Iohannes comites Prate, Simon comes de Pulcinico, Nicolaus ser Tomasii de Spignimbergo et Henricus eius frater, Iacobus de Valvasono, et Prettus de Zucho pro domo de Chuchanea, Chulusius de Tricano, Marchus de Murutio, Franciscus et Flurinus de Coloreto et domo de Mels, Iacomutius de Sbroglavacha, Antonius de Prampergo, Iohannes de Fontebono, Nicolaus lu barba de Atems, Bartolomeus de Maniaco, ser Nichil, Nastasus de la Fratina, Tadeus de Manzano, Bartolomeus de Prampergo, Nicolaus de Vilalta pro nobilibus; pro comunitatibus: pro comunitate Aquilegie Dionisius et Iulianus, pro Civitate Austrie Nicolaus de Portis et Simon Iohannistoni, pro comunitate Utini d. Iohannes de Cavalcantibus et Nicolaus ser Zani, pro comunitate Glemone Fantonus et Benevenutus de Glemona, pro comunitate Venzoni Gasparinus et Iacobus de la Stella de Venzono, pro comunitate Tumecii Iacobus et .... de Tumecio, pro comunitate Portusgruarii ser Federicus de Panicaleis, pro comunitate Sacili Bertolottus de Sacilo, pro comunitate Marani ser Iohannes (2), pro S. Vito Rizardus de S. Vito,

(1) In un foglietto staccato sta questa dichiarazione (il dominus T., è evidentemente Tristano Savorgnan): Produxit comunitas Civitatis Austrie. Infrascripti sunt banniti qui fuerunt ad spaltum in introitu d. T[ristani] in terra Utini, per coloquium etc.: primo Gabriel de Soldoneriis, Leonardus porcarius, Odolricus de Percotto, Nicolaus bomberius, Rainacotus, Guarnerius, Iohannes (frater ser Tintini) Ioachinus Petri Ambrosii et frater, Othil filius Moysi, Leonardus Bevilaqua, Odolricus Girardini, Mitrius de Percoto, Gregorius Stival. (2) pro comunitate Marani ser Iohannes è cancellato.

omnes in dicto consilio et ad dictum consilium et plus quam consilium parlamenti convocati.

Super factum propositum per nobiles de Varmo de destructione castri Varmi et morte nobilium de Varmo et ruinatione et combustione etc. et e converso etc.

Diffinitum fuit quod deputentur duo cum vicemarescalco vel cum alio deputando per d. nostrum patriarcham, qui vadant ad dominas de Varmo et nobiles de Varmo ad defferendum eis sacramentum quid et quomodo perdiderunt et habito quid perdiderunt, quod vadant S. Danielem ad mandandum hominibus de S. Daniele quod restituant omnia ablata sub pena. In aliis autem audiantur illi de S. Daniele et illi de Varmo et fiat iustitia iuxta illud quod invenietur secundum consuetudines patrie.

Deputati fuerunt ser Nicolaus de Spignimbergo et Bartolomeus ser Nichili de Maniaco.

Et mandetur dictis de S. Daniele per suprascriptos sub pena V ducatorum quod ablata illis de Varmo per ipsos, si extant infra, per totum mensem futurum restituantur dictis de Varmo, et si non extarent et essent perdita et consumata, quod teneantur ad extimationem dictorum bonorum taxandorum in peccuniis per dictos tres, habito consilio cum hominibus cognoscentibus de istis. Illud quod per illos tres erit taxatum teneantur dare in peccuniis dictis de Varmo per totum mensem decembris futurum etc.

Iohannes notarius de Montefalcono procurator Iacobi Fifat in causa appellationis interposite ad parlamentum contra d. Luciam etc. protestatus fuit et petiit expeditionem.

Iohannes notarius de Montefalcono procurator Cantiani peliparii et Christofori sartoris in causa appellationis interposite ad parlamentum contra Tomadum sartorem etc. petiit expeditionem et protestatus fuit.

Leonarda uxor Babosii contra ser Adam in causa appellationis interposite ad parlamentum protestatus fuit.

Henricus notarius Everardi suo nomine et procuratorio nomine d. Lucie etc. in causa appellationis protestatus fuit etc.

Super peccuniis inveniendis pro satisfaciendo ambasiatoribus de Constantia reversis et aliis habere debentibus a patria etc.

Electi fuerunt una cum d. nostro patriarcha ad inveniendum modum ut habeantur peccunie pro satisfatiendo habere debentibus: d. Federicus abbas Sextensis; Simon comes de Pulcinico, Iacobus de Valvasono pro nobilibus; d. Conradus Boyanus, d. Petrus Marchisine, Fantonus de Glemona pro comunitatibus.

DXIX.

Udine, [1415], 22 Ottobre. — *Consiglio del parlamento nel quale si nominano alcuni deputati ad intervenire insieme al patriarca ad un convegno col signore di Walsee a Monfalcone. Si tratta inoltre di varie controversie pendenti fra le quali una relativa all'uccisione di Antonio Candido di Udine, che l'abate di Moggio dichiara d'aver fatto uccidere egli stesso, quale traditore.*

MSS. A protocollo originale citato fol. 26 v. 27 r. EDD. inedito. TESTO da A.

Die martis XXII octobris. Actum Utino. In pleno consilio parlamenti in quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater et illuster princeps et d. noster d. L. dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha electus dux de Dech, d. Henricus episcopus Concordiensis, d. Tomas abbas Mosacensis, Federicus abbas Sextensis, Nicolaus decretorum doctor decanus Aquilegensis, Philippus de Fontanellis canonicus Aquilegensis pro capitulo Aquilegensi, pro prelatis; d. Nicolussius comes Prate, Simon comes de Pulcinico, Nicolaus de Spignimbergo, Prettus de Chuchanea sive Zucho, Odoricus de Castello, d. Benevenutus de Prodolono, Flurinus de Coloreto, Iacominus de Sbroglavacha, Barto-

lomeus de Maniaco, Nicolaus de Vilalta, Nicolaus lu barba de Atems, Antonius de Prampergo, Marchus de Murucio, Tadeus de Manzano pro nobilibus; pro comunitatibus: pro comunitate Aquilegie Dionisus et Iulianus habitantes in Aquilegia, pro comunitate Civitatis Austrie Nicolaus de Portis, Guigelmus Leopoldi et Simon Iohannistoni, pro comunitate Utini d. Iohannes de Cavalcantibus legum doctor, Nicolaus ser Zani et Tomasius de Ronchonis de Utino, pro comunitate Glemone Fantonus de Glemona et Benevenutus, Federicus Panicaleis de Portogruario, Marchus de Faganea potestas Marani et Iohannes de Marano, omnes consiliarii et de consilio parlamenti et multi qui non sunt de consilio parlamenti.

Super propositione facta per d. Iulianum procuratorio nomine Marci de Cremona tutoris .... filii q. magistri Lanfranchi super pecuniis arestatis per Franciscum Baldasaris pro certis represaliis concessis dicto Francisco.

Super damnis factis per illos de Ariis in depredando masarios patrie et super certos depredatos a Francisco Facii qui fecit solvere ducatos auri XL etc.

Diffinitum fuit quod arestentur bona alicuius Veneti et provideatur quod illi XL ducati accepti restituantur quibus indebite accepti sunt per Franciscum Facii etc.

Cum dominus ibit Montemfalconum ad dietam cum d. de Valse in nativitate.

Electi fuerunt: d. Nicolaus de Portugruario, Philippus de Fontanellis pro abbatia Beliniensi, d. Nicolussius comes Prate, Iohannes Paduanus de Coloreto, de Civitate Austria Guigelmus Leopoldi et Simon Iohannistoni, de Utino duo venient.

Iohannes de Montefalcono procurator Canciani Tie de Civitate Austria in causa appellationis interposite ad coloquium parlamenti protestatus fuit contra Tomadum sartorem.

Iohannes notarius de Montefalcono procurator Iacobi Fifat de Civitate Austria contra d. Luciam etc. protestatus fuit et petiit expeditionem appellationis etc.

Ibique (1) et cum peteretur super propositionem Andree de Sclusa hodie in pleno parlamento facta, petentis absolvi ab infamia mortis quondam Antonii Candidi de Utino in Moccio interfecti etc. reverendus pater d. Tomas abbas Mosacensis habuit dicere cum consilium non vellet ipsum absolvere, quod nullus habet nec habuit culpam de morte dicti Antonii proditoris et nequissimi hominis nec ipse, et ipse d. abbas fecit fieri quod factum fuit et de mandato suo factum fuit dicto Antonio et si non fecisset iterum faceret, qui dictus Antonius ut proditor et proditorie acceperat sibi monasterium suum Mosacense etc. Idem d. abbas subiungens quod omnem culpam suscipit et suscipere vult super se de morte dicti Antoni et alius non habuit culpam nisi ipse abbas, dicens versus me notarium cum essem rogatus scribere ista: nisi scribe, nisi scribe (2).

Henricus notarius Cudardi in appellatione presentata in parlamento heri per ipsum protestatus fuit etc.

DXX.

Udine, [1415, 4 Novembre]. — *Il consiglio di Udine delega ai deputati ad regimen la nomina degli ambasciatori da inviarsi al parlamento convocato ad Aquileia.*

MSS. A Annales civitatis Utini to. XX f. 200. EDD. inedito. TESTO da A.

Item in dicto consilio super electione ambassiatorum destinandorum ad parlamentum seu consilium parlamenti die dominico proxime venturo celebrandum in civitate Aquilegie, destinatum et commissum fuit dd. deputatis ad regimen ad eligendum et mittendum dictos ambassiatores ydoneos et sufficientes pro rebus arduis que forte tractabuntur et fient in ipso colloquio.

(1) In margine: blicatus extra (*sic*); le due lettere iniziali (pu-) si trovano in margine al principio del protocollo di questa seduta. (2) Così nel testo.

DXXI.

Aquileia, 1415, 11 Novembre. — *Parlamento e successivo consiglio, nel quale sono esaminate le richieste degli ambasciatori inviati a Costanza per il rimborso delle loro spese e le comunità maggiori presentano proteste affinchè non si cambi il sistema delle imposizioni. Vengono inoltre concesse rappresaglie all'oste Cristoforo di Gemona contro i sudditi del duca d'Austria e in particolare contro gli abitanti di Neustadt, a ser Adamo de Formentini di Cividale pure contro i sudditi del duca d'Austria e del conte di Cilli, ed a Francesco Baldassari di Cividale contro i sudditi di Gabrino Fondulo e del comune di Cremona. Si tratta poi qualche altro affare di minore importanza.*

MSS. A protocollo originale cit. fol. 27 v.-31 v. EDD. inedito. TESTO da A.

MCCCCXV, indictione octava, die dominico XI mensis novembris. Actum in patriarcali palacio civitatis Aquilegie in camera chubichulari infrascripti d. nostri patriarche, in consilio parlamenti ad sonum trinum campane more solito convocato, in quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater et illustris princeps et d. noster d. Ludovicus dei gracia S. sedis Aquilegensis patriarcha electus dux de Dech, d. Henricus episcopus Concordiensis, Laurentius de Fresach abbas electus Rosacensis, Philippus de Fontanellis et Volricus Pretti canonici Aquileienses pro capitulo Aquileiensi, d. Nicolussius comes Prate, Guido comes de Purcillis et Federicus comes de Purcillis, Iacob de Valvasono, Prettus de Zucho, Iacomucius de Sbroglavacha, Tadeus de Manzano, Antonius de Prampergo, Bartolomeus de Prodolono, Lovisius de Strasoldo, pro nobilibus; pro comunitatibus, pro comunitate Aquilegia Nicolaus Tobie et Iulianus de Aquilegia, pro comunitate Civitatis Austrie Guigelmus Leopoldi et Antonius cancellarius comunitatis Civitatis Austrie pro comunitate Utini, d. Iohannes de Cavalcantibus et Christoforus de Valentinis de Utino, ser Antonius Choda pro comunitate Glemone, pro comunitatibus.

Iacobus Iustus de Prampergo conquestus fuit de eo quod ad instantiam ser Iacomini de Strasoldo in Constancia citatus est pro zopo Foglani petens in iure auxiliari (1) et quod in casu quo ipsum ire oporteat Constanciam, quod scribatur pro ipso qualiter factum se habet.

Super propositionem factam per d. Petrum de Marchisinis et Iacobum de Valvasono pro se et d. Corado pro pecuniis [ab] ipsis expensatis in Constantia habendis.

Prefati dd. Petrus et Iacobus, dicto nomine, protestati fuerunt quod in casu quo non satisfiet eis, quod conquerentur ubi eis videbitur et procurabunt de remedio quod habeant suas peccunias etc.

Pro parte comunitatis Aquilegie, Civitatis Austrie, Utini et Glemone protestatum fuit quod in casu quo non imponatur impositio secundum antiquam consuetudinem quod alicui determinationi non consentiunt et quod in dannum comunitatum non cedat.

Item super petitionem d. Guidonis de Purcillis pro represaleis concedendis contra dd. duces Austrie etc.

Pro comunitate Utini expositum fuit quod per illos de Areys capti sunt certi masarii comunitatis Utini instantes de remedio provideri.

Item super facto Varmi pro damno facto per illos de S. Daniele quod diffinitio mittatur executioni etc.

Ibique (2) in dicto consilio prudens Christoforus hospes habitans in Glemona q. Henrici de Plan in pleno parlamento die XXI in Glemona celebrato et convocato cum querela exposuit quod pluribus diebus anno et mensibus elapsis, misit ad partes Alemannie Salomonem de Malborghetto familium et factorem

(1) Nel ms. per errore: auxiliari. (2) In margine: Christoforus de Plano e poi sotto: Strufan.

suum cum uno equo et centum et XX marchis in quodam valisutto pro mercanciis emendis et placuit cuidam Petro Fridauer civi in Neustot et servitori d. ducis Hernisti ducis Austrie et nonnullis aliis sociis suis infra Pruch et Lehun ipsum Salamonem capere et sibi accipere equum quem habebat et centum et XX marchas quas habebat in quodam valisutto et ipsum captivare et captivatum detinere in gravissimum damnum ipsius Christofori de Plano. Quibus sic factis et damnis receptis per dictum Christoforum illatis et factis sibi et familio et factori suo per dictum Fridauer de Neustot et per alios quos secum conduxerat ad capiendum dictum Salamonem, ipse Christoforus recursum habuit ad dictum d. nostrum patriarcham et ad comunitatem Glemone quod eis provideretur de remedio salutari quod non remaneret in damno de dictis C marchis et XX sol[idorum] et uno equo et XXII marchis solidorum pro expensis factis. Qui d. noster patriarcha et comunitas Glemone scripserunt comunitati et civibus de Neustot quod tenerent modum quod dictus Fridauer et socii sui concivis ipsorum restitua[n]t ablata dicto Salamoni familio et factori dicti Christofori. Qui cives de Neustot servitores et subditi d. ducis Hernesti ducis Austrie responderunt quod volebant consilium habere et super hoc providere de remedio opportuno et usque modo nihil factum est et in damno remanet de dictis centum et XX marchis et uno equo accepto. Quibus sic expositis per d. Christoforum petentem represalias contra d. Hernistum ducem Austrie et cives de Neustat pro predictis et licentiato paululum extra consilium et petito per me Iacobum notarium quid inde iuris esset per dictos consiliarios diffinitum et determinatum fuit quod attentis damnis factis dicto Salamoni familio et factori dicti Christofori et passis per ipsum Christoforum ob dictam causam et litteris scriptis per dictum d. patriarcham et homines de Glemona comunitati de Neustat et attento quod dictus Christoforus usque modo non potuit rehabere accepta per dictum Fridauer nec potest, et usque modo stetit et stat in damno, quod licencia et littere represaliarum sibi concedantur, dicto Christoforo, contra servitores et subditos d. Hernisti ducis Austrie et precipue contra illos de Neustat servitores dicti d. ducis attento quod dictus Fridauer erat cives de Neustat. Cum hoc quod iuret quantum perdidit et acceptum fuit dicto familio suo, dictus Christoforus. Qui Christoforus, delato sibi sacramento, iuravit quod dicto Salomoni eius familio accepte fuerunt marche solidorum centum et XX que erant sue et unum equum et post ista exposuit bene XXII marchas solidorum et sic in suma pro capitali et expensis concesse sibi fuerunt represalie contra servitores dicti d. ducis et illos de Neustot pro marchis solidorum centum XLII et uno equo cum damnis pariter et expensis etc. (1).

Ibique in pleno consilio parlamenti in quo interfuerunt suprascripti dd. prelati, nobiles et comunitates patrie Foriiulii, honorabilis vir ser Adam de Formentinis de Civitate Austria, in pleno parlamento die XXI huius mensis (2) in Glemona celebrato et alias pluries comparuit et cum querela exposuit quod familius suus Persiglus qui revertebatur de foro S. Viti de Caratano (3) captus fuit infra pontem et portam Vilaci per quemdam Anderli de Grobin cum quinque familiis ser Iurii Silimberger qui erant cum dicto Anderli et sibi acceperunt equos XIII quos equos sibi emerat pro ducatis CCC et conduxerunt dictum Persiglum in Lonzcron et ibidem carceraverunt ipsum et de dictis equis unus ambulator datus fuit ser Iurio Silberger et alius ambulator datus fuit domine dicti ser Iuri et alii equi divisi fuerunt inter socios et quilibet habuit unum equum.

Item dixit quod acceperunt dicto Persiglo ducatos auri XXV et duos in moneta; item sibi acceperunt balistam, bursam, spatam et cultelum que super se habebat et anullos suos. Item quod dictus Persiglus acceptus fuit de dicto castro et conductus fuit Ciliam et ibidem dati fuerunt tres equi dicti Ade ...... filio comitis Cilie et postmodum dictus Persiglus missus fuit Saustan et positus

(1) Seguono due fogli bianchi. (2) die .... mensis scritto nell'interlineo in luogo di: heri cancellato. (3) Evidentemente per Carantano.

fuit in turre et extractus pro mortuo et dictus Persiglus familius dicti Ade
solvit de talia ducatos auri CCC. Item dictus ser Adam dixit se exposuisse
trina vice mittendo Vienam, octo vicibus mittendo Ciliam, septem vicibus mit-
tendo Ortemburghum, item ducatos auri LXV quos dedit ser Volricho Senech
pro tribus equis, item ducatos XII quos dedit Berimburgher pro uno equo,
que expense ascendunt ultra summam CCCC ducatorum auri. Et quod de
predictis perditis et passis nunquam potuit habere restauratorem nec rehabere
ablata et quod plures litteras comunitas Civitatis Austrie scripsit dd. ...... ducibus
Austrie et comiti Cilie et nullam potuit habere restaurationem de ablatis et
acceptis dicto suo famulo et sibi, petens dictus Adam sibi de salutari remedio
provideri debere quod non remaneat in damno et quod littere represaliarum
sibi concedantur contra servitores dd. ducum Austrie et comites Cilie pro
acceptis sibi cum damnis et expensis, attento quod per subditos et servitores
eorum dictus eius famulus est derobatus, capturatus et expoliatus et usque
modo stetit et stat in damno de dictis sibi ablatis. Et licentiato dicto Adam
paululum extra consilium more solito et petito per me Iacobum notarium more
solito quid inde iuris esset per prefatos d. patriarcham et dictos dd. diffinitum
et determinatum fuit quod: attentis damnis illatis et factis dicto Ade et familio
suo Persiglo per servitores dd. ducum Austrie et comites Cilie in accipiendo
dictos equos et taleam dicto Persiglo imponendo, et requisitionibus factis et
literis missis dictis dd. quod restituantur ablata dicto Ade et familio suo et
nichil de ablatis usque modo habere potuit, quod litere et licencia represaliarum
concedantur dicto ser Ade contra servitores et subditos prefatorum dd. ducum
Austrie et comitis Cilie tam contra bona quam contra personas et ad reficiendum
eius damna dictus d. patriarcham et consilium licenciam represalearum con-
cesserunt usque quo sibi de dictis ablatis et damnis facta fuerit satisfactio
dicto Ade cum damnis pariter et expensis; quibus represaleis non debeat uti
nec possit facere nisi postquam d. patriarcha de Vilaco non fuerit reversus,
qui die XI mensis augusti in Vilaco esse debet pro quadam dieta data inter
ipsum d. patriarcham et comites Goricie.

Ibique in dicto consilio parlamenti (1) etc. Prudens vir Franciscus Baldasaris
de Civitate Austria in pleno (2) die XXI in Glemona celebrato et convocato et
alias pluries comparuit et cum querela exposuit quod ipse Franciscus pluribus
diebus anno et mensibus elapsis vendidit q. Buldrino de Gadio de Cre-
mona equos, et arma peccuniasque sibi mutuavit, fideiussiones et securitates
pro ipso Buldrino et eius precibus et instancia fecit pro ipsisque satisfecit ad
summam D ducatorum et ultra; quos ducatos dictus Buldrinus sibi dare pro-
misit in Cremona vel in Mantua eiusdem Buldrini sumptibus et expensis cum
tribus equis eundo et redeundo; et pro habendo et exigendo dictos ducatos
a dicto Buldrino ipsum secutus fuit continue in hospitiis hospitando per spatium
XIIII mensium et ipsos D ducatos nunquam habere potuit a dicto Buldrino.
Et expost facto dictus q. Buldrinus in Cremona sibi fecit certum instrumen-
tum de dictis ducatis in presentia testium fide dignorum prout in dicto
instrumento continetur; et in Cremona dictus Franciscus, existente d. impera-
tore in Cremona, supplicavit d. Gabrino domino Cremone ut sibi iusticiam in
habendo dictos ducatos contra dictum Buldrinum et bona sua facere deberet
ita et taliter quod habere possit dictos ducatos suos, qui d. Gabrinus se obtulit
velle libenter facere iustitiam ministrare dicto Francisco quod habere possit
ducatos suos et pluribus diebus iustitiam expectavit ibidem et cum recessit
d. noster imperator de Cremona, dictus d. Gabrinus non attendens ad pro-
missionem dicto Francisco factam et mortuo dicto Buldrino iusticiam sibi
administrare denegavit, equos et arma ac bona omnia mobilia et immobilia
accipiendo ad manus suas et suis subditis et servitoribus dando et inter ipsos
dividendo dictum Franciscum in damno maximo dictorum ducatorum dimittendo,
repulsam contra omnem iuris ordinem sibi dando, iusticiam et iuris equitatem
sibi vetando contra deum, ius et iusticiam ac promissionem dicti d. Gabrini.

(1) In margine è scritto: Franciscus Baldasaris. (2) Intendi: parlamento.

Et scriptis pluribus litteris ex parte prefati d nostri patriarche et comunitatis Civitatis Austrie, ad instantiam dicti Francisci, dicto d. Gabrino instando quod pecunie dicti Francisci sibi dentur, nunquam profuerunt quod unum obulum de dictis ducatis habere possit: supplicans et petens dictus Franciscus sibi providere deberi de salutari remedio quod non remaneat in damno dictorum ducatorum, instans quod litere represaliarum sibi concedantur contra dictum d. Gabrinum et Cremonenses ac subditos suos cum damnis et expensis ad restaurationem dictorum ducatorum et damnorum et expensarum, attento quod usque modo stetit et stat in damno dictorum ducatorum. Et licentiato paululum dicto Francisco de dicto consilio et petito per me Iacobum notarium a dictis d. consiliariis more solito quid inde iuris esset et sibi videretur per dictos dd. consiliarios diffinitum et determinatum fuit quod attentis damnis factis dicto Francisco et passis per ipsum et literis et in stromento dicti Francisci et attento quod dictus d. Gabrinus dicto Francisco iustitiam administrare recusavit et litteris scriptis dicto d. Gabrino et usque ad presens nichil habere potuit nec potest, que litere et licencia represaliarum concedantur dicto Francisco contra dictum d. Gabrinum, servitores suos et Cremonenses tam contra bona quam contra personam et ad refficiendum eius damna dictus d. patriarcha et consilium parlamenti sibi represaleas concesserunt cum damnis pariter et expensis: quibus represaleis non utatur sine licencia d. patriarche et consilii cum hoc tamen quod bene possit intromittere et arestare res et bona ac personas Cremonensium et dicti d. Gabrini sed ipsas non distribuat sine voluntate dicti d. patriarche, et quod pro damnis et expensis dicti Francisci factis in sequendo dictum quondam Buldrinum dicto Francisco defferatur sacramentum quantum de capitale et expensis habere debet et ibidem dicto Francisco delato sacramento iuravit ad sancta dei evangelia tactis scripturis quod de ipso capitali habere debet ducatos auri quingentos et pro expensis factis in sequendo dictum quondam Buldrinum pro habendo dictos ducatos quos minime habere potuit ducatos auri alios quingentos. Et sit in summa, in capitale et expensis ducati auri mille. Pro quibus mille ducatis dicto Francisco, vigore sacramenti facti, date et concesse fuerunt represalie et iurium suorum in consilio multorum allegatorum.

DXXII.

Udine, 1415, 9 Dicembre. — *Parlamento, nel quale il patriarca chiede che sia nominata una commissione ad investigare come furon spesi i denari da lui esatti, protestando contro l'accusa d'averli convertiti in proprio interesse. Così gli esattori dell'imposizione chiedono di render conto. Si tratta poi d'una controversia fra il comune di Cividale ed un ebreo di Villacco, nonchè di varie controversie e petizioni.*

MSS. A protocollo originale cit. fol. 33-34 v. EDD. inedito. TESTO da A.

Convocatio item MCCCCXV, indictione VIII, die IX decembris, in Utino, in castro patriarcali, in sala magna, in pleno consilio parlamenti ad sonum campane more solito convocato in quo interfuerunt reverendus pater d. Henricus episcopus Concordiensis, pro capitulo Aquilegensi d. Pantaleon de Bredis canonicus Aquilegensis, pro abbate Rosacensi, infirmus, pro abbate Sextensi, infirmus, d. Stephanus abbas Mosacensis, pro abbate Beliniensi d. Philippus de Fontanellis (1), pro preposito S. Stephani Iacobus notarius, pro preposito S. Felici, infirmus, pro preposito Carnee d. Petrus capelanus d. nostri patriarche, pro capitulo Civitatensi d. Iohannes Franciscus canonicus Civitatensis, pro capitulo Utinensi d. Andreas de Sbroglavaca pro prelatis; pro franchis d. Nicolussius comes Prate, Guido comes de Purcillis, pro Pulcinico nullus; Nicolaus

(1) Si ripete: pro abbate Belliniensi.

de Spignimbergo, Iacobus de Valvason pro domo de Chucanea, pro Murucio nullus fuit, Antonius de Prampergo, pro Mels et Coloreto Franciscus ser Iohannis, pro Castello nullus, pro Strasoldo Michael ser Osalci, pro Vilalta et Chauoryaco Pregonea, pro Sbroglavaca ser Andreas, pro Fontebono Iohannes de Fontebono, pro Pers illi de Glemona, pro Atems Nicolaus lubarba, pro Cergnoco Iacomutius de Cergnoco, pro La Fratina nullus fuit, pro Varmo nullus fuit, pro Brazaco ser Francescus, pro Manzano Tadeus de Manzano, pro Topo ...., pro Zeglacho ...., pro Faganea Philipus et Federicus de Faganea, pro S. Daniele Iohannes ser Andree et biel Denel de S. Daniele, pro S. Vito Machor speciarius, pro Aviano Simon de Aviano, pro Canipa Bartolameus de Sacilo, pro la Meduna .... pro Aquilegia Iacobus notarius de Bugaciis, et Nicolaus nepos Tobie, pro Civitate Austria Guigelminus Puppi et Zenon phisicus de Civitate, pro comunitate Utini Iohannes de Cavalcantibus Nicolaus ser Zanni, Nicolaus Raynoldi, Simon Manini, Blasius magistri Lattii (1), pro Glemona Antonius Coda et Turus de Glemona, Iacobus de la Stela de Venzono, pro Tumecio ...., pro Sacilo ser Bertolettus de Sacilo, pro Portogruario Franciscus Coutti, pro Marano Iohannes Fulcherius, pro comunitate Montisfalconis Iohannes Hernigher.

Super expositionem factam per ..... filiam Peanii et sororem de Sacilo contra Urbanum de Sacilo etc. quod administretur ibidem in Sacilo iustitia partibus.

Diffinitum fuit quod in casu quo ser Franciscus de Ritheriis, Nicolaus a Ponte de Civitate Austria et Antonius de Prampergo die dominica proxima futura ad octavam non poterint concordare et concordium facere inter Iohannem Danielem Delben de Sacilo, Urbanum et filiam et .... sororem Peanii de Sacilo super hereditatem dicti Peanii, quod d. Nicolaus de Portugruario decretorum doctor in spiritualibus vicarius generalis audeat partes et partibus predictis iustitiam faciat super dictis bonis et hereditate.

Propositiones d. nostri patriarche et primo super pecuniis inveniendis in quibus patria Foriiulii tenetur et debita habet in scriptis.

Item proposuit quod dictus dominus noster aliquas pecunias exegit et exposuit pro patria et dicitur convertisse in usum suum, petiit quod deputentur homines ad audiendum racionem etc.

Item mandavit quod homines de patria bene custodiant loca sua etc..

D. Tomasius abbas Mosacensis conquestus fuit contra dd. comites Goricie etc.

D. Petrus Marchisinus et ser Iacobus de Valvasono pro se et d. Conrado petierunt MCC ducatos etc.

Iacobus de Carnea procuratorio nomine Dominici Latte de Portogruario instetit pro expeditione appellationis interposite ad parlamentum in causa quam habet cum Antonio Secii de S. Vito et protestatus fuit in forma (2).

Nicolaus Mezamarcha procuratorio nomine Lucie uxoris Iohannis muratoris de Civitate Austria in causa appellationis interposite ad parlamentum contra Iacobum Fifat etc. protestatus fuit et petiit expeditionem.

Item Nicolaus Mezamarcha habitans in Civitate Austria procuratorio nomine Henrici notarii Everardi de Civitate Austria in causa appellationis et protestatus fuit.

Nicolaus Mezamarcha prefatus certam appellacionem presentavit clausam et sigilatam etc.

Super querela facta per ser Federicum de Valentinis contra nobiles de Castello super hereditatem q. d. Artichi et quod occupant sibi hereditatem debitam filiabus dicti ser Artichi etc. petens inter cetera testamentum executioni mandari debere contra filios ser Doymi et Volrici de Castello.

Diffinitum fuit quod si filii ser Doymi et ser Volricus de Castello sunt unum insimul quod elligant IIII amicos et similiter .... filie ser Artichi recipiant IIII et ex istis octo d. noster et consilium eliget duos de istis octo confidentibus pro parte qui habeant inducere partes ad concordium vel unum pro parte sicut

(1) Dopo questo nome si ripete erroneamente: pro comunitate Utini. (2) Di fianco: pro Dominico Latte.

videbitur et quod die martis futura partes sint in Montefalcono coram domino et dare [debeant] confidentes amicos suos electos in scriptis et si isti quatuor non poterunt concordare ipsas partes quod tunc habeant exponere in consilio parlamenti.

Comunitas Glemone conquesta fuit contra .... Silimbergher non dimittet transire mercatores eorum et quod provideatur quod strata currat alioquin non possunt stare in damno.

Diffinitum fuit quod comunitas Civitatis Austrie in Vilaco penes ydoneum ubicumque deponat CCXXX ducatos et tunc scribatur iudeo et Silimbergher quod recipiat pecunias suas ibidem et si plus credit habere quod veniat Civitati Austrie et ibidem fiet sibi iustitia quare mutuum fuit ibidem factum et si fiet bene quidem, et si non quod scribatur d. comiti Cilie quod faciat quod subditi sui non faciant novitatem contra homines patrie et si faciet bene quidem. In casu quod non, quod providebitur de remedio salutari opportuno.

Simon Manin conquestus fuit contra comunitatem Venzoni de pecuniis sibi debitis per quosdam de Venzono et alias dixit fuisse deffinitum in parlamento in Glemona.

Quidam pelifex de Utino petiit conservari indemnis de damno XL ducatorum sibi acceptorum in Venetiis.

Inveniat bona Venetorum.

Ser Bortolomeus de Prampergo contra ser Pertoldum de Pers supplicavit quod expediatur et habeat finem et habeat partem de Pers.

Antonius Coda de Glemona propter deffectum Ade qui non est in patria referet comunitati Glemone quod accipiat unum amicum.

Moyses iudeus in causa appellationis interposite ad parlamentum petiit expeditionem et protestatus fuit.

Petrus Pipo de Marano petiit reduci in Marano et domum suam venditam in Marano contra debitum iuris.

Audiant ser Blasius et Nicolaus Raynoldi et Turinus de Glemona et referant.

Nobilis Henricus de Madrisio petiit explicari quantum per prelatos, nobiles et comunitates sibi dari debet pro auxilio reparationis Madrisii.

D. Iohannes Franciscus canonicus Civitatensis et Tadeus de Manzano exatores impositionum patrie etc. petierunt eorum rationes fieri et labores eorum taxari.

Electi fuerunt d. Pantaleon de Bredis, Nicolaus Lubarba de Atems, Zenon phisicus et Machor de Camino.

Iohannes ser Antonii de Panuglis conquestus fuit quod nobiles de Castello occupant sibi certa bona.

Veniat Montefalconi.

Christoforus Sartor de Vergnaco procurator Canciani Thie de Civitate Austrie in causa appellationis interposite ad parlamentum contra Tomadum sartorem petiit expeditionem et protestatus fuit.

Idem petivit nomine Iacobi Fifat de Civitate Austria contra Luciam etc. in causa appellationis etc. protestatus fuit et petiit expeditionem.

Iohannes Fulcherius de Spignimbergo supplicavit ut provideatur quod habeat peccunias sibi arestatas in Tergesto.

Diffinitum fuit quod dictus Iohannes arrestet bona illorum de Tergesto ubicumque inveniet ipsa in patria donec respondeatur sibi de pecuniis suis.

Super quibus omnibus petitionibus, fuit more solito deffinitum, et determinatum fuit quod remittantur omnia ad consilium parlamenti etc. et illud quod deffinietur executioni mandetur.

Substitutio Christofori sartoris in Petrum famulum Chont.

Ibique presentibus ser Guigelmino Puppi et Zenone phisico de Civitate Austria procuratores et procuratorio nomine Canciani Tie et Iacobi Fifat de Civitate Austria ad omnia que habet in mandatis substituit et vices suas transtulit in Petrum q. .... de Alemania bassa familium Iohannis Cont de Civitate Austria ibidem presentem donec vices suas duxerit revocandas.

Leonardus Balosius maritus et procurator Leonarde eius uxoris in causa appellationis interposite ad parlamentum contra ser Adam de Civitate Austria petiit expeditionem et protestatus fuit.

Fantus de Utino in causa quam habet cum .... de Utino super appellationem interpositam ad parlamentum petiit expeditionem et protestatus fuit.

DXXIII.

Udine, [1415], 10 Dicembre. — *Consiglio del parlamento, nel quale intervengono molti parlamentari oltre i consiglieri, nel quale si tratta d'una controversia fra il co. di Gorizia e l'abate di Moggio e si stabilisce la nomina di deputati coll'incarico di trovar modo per soddisfare gli ambasciatori inviati a Costanza dei loro crediti. Si trattano inoltre vari appelli e petizioni.*

MSS. A protocollo originale fol. 35 r. e v. EDD. inedito. TESTO da A.

Die martis X mensis decembris. Actum in castro Utini ante cameram leonum, in pleno consilio parlamenti ad sonum campane more solito convocato et congregato in quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater et illustris princeps et d. noster d. L. dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha electus dux de Dech, d. Tomasius abbas Mosacensis, d. Philippus de Fontanellis, d. Nicolaus de Portugruario decretorum doctor, decanus Aquilegensis et vicarius in spiritualibus (1) pro prelatis; d. Nicolussius comes Prate, Guido comes de Purcillis, Pertoldus de Tricano, Tadeus de Manzano, Nicolaus ser Tomasii de Spignimbergo, Antonius de Prampergo, Andreas de Sbroglavaca pro ser Iacomucio, eius patruo, pro nobilibus; pro comunitatibus, pro comunitate Aquilegensi Iacobus notarius de Bugacys et Nicolaus nepos Tobie, pro comunitate Civitatis Austrie Guigelminus Puppi et Zenon phisicus, pro comunitate Utini d. Iohannes de Cavalcantibus et Blasius magistri Lazeri pro comunitate Glemone Turinus de Glemona et Antonius Coda pro comunitatibus et multi alii nobiles et comunitates et medietas parlamenti et ultra.

Nicolaus Mezamarcha procurator d. Lise de Civitate Austrie in appellatione per ipsam interpositam ad parlamentum et heri presentata contra Hermannum et Franciscum Chulosii de Civitate Austria petiit expeditionem et protestatus fuit etc.

Idem Nicolaus procuratorio nomine Henrici Evrardi de Civitate Austria in appellatione per ipsum interpositam ad parlamentum contra Andream Mestroni petiit expeditionem et protestatus fuit.

Iacobus de Carnea procurator Dominici Latte de Portugruario in causa appellationis interposite dd. parlamentum contra .... de S. Vito petiit expeditionem et protestatus fuit.

Iulianus de Aquilegia conquestus fuit contra Mindelfer capitaneum Montisfalconis qui sibi de facto accepit unum suum equum.

Veniet Montefalconi.

Petri (2) q. .... familiaris Iohannis Cont de Civitate Austria procurator substitutus Christofori sartoris q. Mauri de Vergnaco procuratoris Canciani Thie de Civitate Austria in causa appellationis interposite per dictum Cancianum ad parlamentum contra Tomadum sartorem petiit expeditionem et protestatus fuit.

Idem Petri procurator substitutus dicti Christofori procuratoris Iacobi Fifat de Civitate Austria in causa appellationis interposite ad parlamentum contra d. Luciam uxorem Iohannis muratoris petiit expeditionem et protestatus fuit etc.

D. Iulianus de Florentia procurator .... de Cremona suplicavit quod Franciscus Baldasar non habeat represalias contra .... filium q. Magistri Lenfranchi phisici etc.

(1) In margine Pantaleon de Bredis pro capitulo Aquilegensi. (2) Così nel testo.

Commissum Guigelmino.

D. noster patriarcha per d. Nicolaum de Portugruario decretorum doctorem proponere fecit quod unum modum invenit quod inveniantur pecunie ad satisfaciendum ambasiatoribus Constantiam missis et aliis habere debentibus videlicet quod accipiantur et elligantur sex persone ad inveniendum pecunias prefatas videlicet duo pro prelatis, duo pro nobilibus et duo pro comunitatibus.

Pro parte vero nobilium responsum fuit quod contentantur hoc facere cum hoc quod hoc non cedat in dampnum et preiuditium nobilium pro presenti et futuro et in hoc protestaverunt.

Iacobus de Tumecio pro parte comunitatis Tumecii protestatus fuit quod si imponeretur aliqua impositio que non imponeretur secundum consuetudinem patrie quod non consentit, nec cedat in damnum et preiudicium comunitatis Tumecii.

Super litteram d. Henrici comitis Goritie transmissam d. nostro patriarche super vino suo arestato in Venzono per d. abbatem Mosacensem.

Diffinitum fuit quod d. noster patriarcha rescribat d. comiti quod ipse et parlamentum volunt sibi complacere et distromittere vinum, ita quod ipse d. comes faciat quod d. abbas habeat omnes fructus presentis anni decime Rayfimbergi et sucesive in futurum; et in casu quod non vellet attendere et adimplere ista quod d. abbas utatur represaleis contra d. comitem Henricum et suos pro bonis et decima suis.

Attento quod d. comes in litteris suis scribit quod paratus fuit et est ad restitutionem et consecutionem dictorum bonorum et decimarum que de iure ad dictum monasterium Mosacensem spectant dicto abbati seu unicuique iusto ac etiam dicto monasterio.

Iohannes Lial conquestus fuit contra Lodovicum de Strasoldo super pecuniis ablatis sibi per ipsum.

Audiat d. episcopus Concordiensis et concordet ipsos et si non poterit concordare refferat in consilio vel vocetur Lovisius in Montefalcone et veniat coram domino et fiat iustitia.

DXXIV.

[Udine, 1415], 11-13 Dicembre. — *Consiglio del parlamento nel quale gl' inviati a Costanza protestano nuovamente per non esser stati soddisfatti. Si tratta inoltre d'alcune controversie pendenti dinanzi al parlamento.*

MSS. A protocollo originale cit. fol. 36. EDD. Inedito. TESTO da A.

Die merchurii XI decembris. Actum ut supra in consilio parlamenti ad sonum campane convocato ut moris est; in quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater et illustris princeps et d. noster d. Lodovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha electus dux de Dech. Thomasius de Cavalcantibus abbas Mosacensis, d. Nicolaus de Portugruario decretorum doctor et decanus Aquilegensis, Pantaleon de Bredis et Philipus de Fontanellis in iure canonico licentiatus canonici Aquilegensis pro capitulo Aquilegensi pro prelatis; Nicolussius comes Prate, Guido comes de Purcillis, Nicolaus de Spegnimbergo, Antonius de Prampergo, Pertoldus de Tricano, Andreas de Sbroglavacha pro Iacomutio eius patruo, Galvanus de Maniacho, Franciscus de Coloreto, Tadeus de Manzano, Michael de Strasoldo pro nobilibus; pro comunitatibus: pro comunitate Aquilegensi Iacobus de Bugaciis et Nicolaus Tobie, pro comunitate Civitatis Austrie Guigelminus Puppi de Civitate Austria, pro comunitate Utini, Blasius magistri Laceri et Nicolaus Raynoldi de Utino, pro comunitate Glemone Turinus et Antonius Choda de Glemona consiliarii consilii parlamenti patrie Foriiulii et ipsum consilium facientes et representantes (1).

(1) Nota in margine della stessa mano: hodie diffinitum fuit super illos de Sacilo.

D. Guido comes de Purcillis produxit certum privilegium contra .... duces Austrie petens sibi de remedio salutari provideri debere etc.

Sententia (1). Pridie in pleno parlamento celebrato die nono decembris in castro Utini et heri in pleno consilio parlamenti iterum convocato, honeste dd. Flor filia q. ser Peanii de Sacilo et uxor Odorici Astacionis de Sacilo, ac d. Madalena soror dicti q. Peanii conqueste fuerunt contra Urbanum et Iohannem Danielem Delben de Sacilo quod non possunt habere iusticiam contra predictos super bonis et hereditate dicti q. Peanii eis spectantibus et quod in Sacilo ipsis dominabus iusticia non administratur.

Diffinitum fuit per dictum consilium quod in casu quo ser Franciscus de Richeriis de Portuneone (2) Nicolaus a Ponte de Civitate Austria et Antonius de Prampergo die dominica proxime futura ad octavam non possint concordare et concordium facere inter Iohannem Danielem del Ben de Sacilo Urbanum et filiam et sororem Peanii de Sacilo super bonis et hereditate dicti q. Peanii quod d. Nicolaus de Portugruario decretorum doctor et in spiritualibus vicarius generalis audiat partes predictas et partibus predictis iustitiam faciat super dictis bonis et hereditate.

Die iovis XII decembris. Actum ut supra in consilio in quo interfuerunt prelati, nobiles et comunitates patrie Foriiulii.

Super pecuniis inveniendis pro satisfaciendis habere debentibus (3).

Die veneris (4) XIII decembris Actum in castro Utini in stupa superiori ubi erant infrascripti: reverendissimus in Christo pater et illustris princeps et d. noster d. Lodovicus etc. d. Nicolaus de Portugruario decretorum doctor decanus Aquilegensis, Pantaleon de Bredis, Philippus de Fontanellis canonicus Aquilegensis, d. Nicolussius comes Prate, Guido comes de Purcillis, Nicolaus de Atems, Galvanus de Maniaco, Tadeus de Manzano, Nicolaus de Spignimbergo, Guigelminus Puppi de Civitate Austria; Iohannes Susanus, Nicolaus d. Bette .... de Utino, pro comunitate Aquilegensi Nicolaus Tobie et Iacobus de Bugaciis.

Ibique nobiles viri d. Petrus de Marchisinis de Utino decretorum doctor et Iacobus de Valvasono pro se et d. Corado Boyano milite de Civitate Austria ambassiatores missi pro patria Foriiulii Constantiam petierunt pecunias per ipsos expensatas pro patria et quod detur sibi quod habere debent, alioquin ibidem dixerunt et protestati fuerunt quod contra quoscumque de patria procurabant et providebunt habere quod debent habere et ex nunc excusant se prelatis, nobilibus et comunitatibus patrie Foriiulii etc.

pro parte comunitatum
pro parte nobilium
pro parte prelatorum.

DXXV.

Udine, 1416, 23 Gennaio. — *Consiglio del parlamento nel quale si rimette al patriarca di trovar modo d'esigere le imposizioni non ancora esatte, nonchè la milizia ed il charitativum subsidium.*

MSS. A protocollo originale fol. 36 v. EDD. inedito. TESTO da A.

MCCCCXVI, indictione nona, die XXIII mensis ianuarii actum in castro Utini in stupa parva superiori, in consilio parlamenti ad sonum campane more solito convocato in quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater et d. noster d. L. dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha electus et etc.

(1) Nota in margine: publicatum extra dominabus sive ser Augustino et earum procuratori.
(2) Nel ms. Potineone. (3) Segue uno spazio bianco. (4) In margine: protestatis.

d. Federicus abbas Sextensis, d. Nicolaus de Portugruario decretorum doctor decanus Aquileiensis et Pantaleon de Bredis, Nicolusius comes Prate, Simon comes de Pulcinico, Vinceslaus miles de Spignimbergo et Nicolaus eius consors, Iacobus et Iohannes de Valvasono, Andreas de Sbroglavaca, Antonius de Prampergo, Christoforus de Chuchanea, Franciscus de Coloreto, Tadeus de Manzano, Nicolaus de Vilalta pro nobilibus; pro comunitate Aquileiensi Iacobus de Bugaciis et Nicolaus Tobie de Aquileia, Guigelminus Puppi, Zenon phisicus et Virgilius de Civitate Austria, ser Nicolaus d. Bette, et Blasius magistri Blasii de Utino omnes consiliarii et ultra de consilio parlamenti convocati.

Super impositionibus impositis exigendis non exactis et exactores X solidorum pro foco et V pro sotano per totam patriam; item de militia et de caritativo subsidio imposito prelatis, nobilibus et comunitatibus.

Diffinitum fuit quod hoc dimittatur in dispositionem, discretionem et voluntatem domini ad ista inquirenda et focos inveniendos a plebanis decanis et iuratis hominum patrie Foriiulii etc.

DXXVI.

Udine, 1416, 16 Marzo. — *Parlamento e successivo consiglio nei quali si tratta d'inviare nuovi ambasciatori a Costanza per chiedere la conferma del patriarca e d'eleggere delegati a condolersi col co. di Cilli per la morte del figlio. Si tratta poi del pagamento degli ambasciatori ritornati da Costanza, e della custodia necessaria ai confini per le minacce dei Turchi. Si definiscono poi vari appelli e petizioni.*

MSS. A protocollo originale citato 37 v. 40. EDD. inedito. TESTO da A.

MCCCCXVI, indictione nona, die lune XVI mensis marcii. Actum in castro patriarchali Utini, in sala magna, in pleno parlamento patrie Foriiulii ad tertium sonum campane congregato et convocato. In quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater et illustris princeps et d.d. Lodovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha electus dux de Dech, d. Henricus episcopus Concordiensis, d. Nicolaus de Portugruario, dd. Pantaleon de Bredis et Philippus de Fontanellis canonici Aquilegensis pro capitulo Aquilegensi, d. Federicus abbas Sextensis, d. Herchules de Camino prepositus S. Stephani, d. Petrus prepositus Carnee, pro preposito S. Felicis ...., pro capitulo Civitatensi d. Iohannes Franciscus et Henricus Prayterrenter canonici Civitatenses, pro capitulo Utinensi d. Pantaleon de Bredis; d. Artichus et Guido comites Purciliarum, Nicolussius comes Prate, pro Pulcinico nullus; d. Vencislaus et Nicolaus ser Tomasii de Spignimbergo, pro domo de Chuchanea Christoforus de Chuchanea, Pertoldus de Tricano, pro Murutio nullus, ser Andreas et Antonius de Prampergo, pro Mels et Coloreto Flurinus, et pro Castello nullus, pro Strasoldo Antonius ser Pinzani, Nicolaus et Lovisius de Strasoldo, Nicolaus de Vilalta pro Vilalta et Chavoryaco, ser Iacomutius de Sbroglavaca, ser Iohannes de Fontebono, pro Pers Iacobus Abbatis et Antonius Coda, Nicolaus Lubarba de Atemps, pro Cergnoco Iachomucius, pro Maniaco Bortolosius de (*sic*), pro la Fratina ser Iacomutius de Sbroglavaca, pro Varmo superiori nullus, pro Varmo inferiori (*sic*), pro Brazaco Pertoldus de Brazaco, Tadeus de Manzano, pro Toppo Daniel Brisini de Utino, pro Faganea ser Nicolaus notarius, pro S. Daniele Iohannes ser Andree et biel Denel de S. Daniele, pro S. Vito ser Henricus Delfin de S. Vito, pro Aviano Simon de Aviano, pro Canipa .... pro la Meduna ...., pro comunitate Aquilegie Tobias de Sibilitis de Utino (1), pro comunitate Civitatis Austrie Nicolaus de Portis, Guigelminus Puppi et Franciscus Chulosis, pro comunitate Utini d. Iohannes de Cavalcantibus, d. Petrus Marchisine, Christoforus de Valentinis et Lovisius de Carlana de Utino,

(1) Ripetuto: pro comunitate Aquilegie.

pro comunitate Glemone Antonius Coda et Iacobus Abbatis, pro comunitate Venzoni Iacobus de la Stella, pro comunitate Tumecii Iacobus Chiol notarius, pro Sacilo Iohannes Daniel Delben et Bertoluttus ac Urbanus, pro Portugruario ser Lovisius de Gaspardis, pro Marano ser Iohannes ...., pro Montefalcono.

Bartolomeus de Prampergo conquestus fuit quod non potest habere castrum et bona de Pers iuxta litteras regias.

Antonius Coda de Glemona pro comunitate Glemone dixit quod littere erant impetrate tacita veritate et expresso mendacio.

Diffinitum fuit quod eligantur amici cum compromisso qui concordiam faciant inter partes.

D. Iulianus de Florentia pro parte nobilium de Varmo superiori presentavit quandam literam clausam quam legere petiit in parlamento super excessu facto in Varmo tam contra homines quam contra bona.

Diffinitum fuit quod diffinitio alias in hoc facta contra illos de S. Daniele executioni demandetur.

Iohannes ser Andree et biel Denel de S. Daniel dixerunt quod pendet appellatio quam prosequeri intendunt.

Ser Andreas de Prampergo petiit represaleas contra d. duces Austrie.

Laurentius de Sacilo petiit reduci in terram Sacili et quod indebite est expulsus extra terram Sacili.

Remaneat in dispositione domini nostri.

Iacobus Sutilis de Sclusa conquestus fuit contra d. abbatem Mosacensem quod non permittit habere executionem contra Iacobum Candot de mobilibus uxoris sue etc.

Expediet d. patriarcha et d. Iohannes de Cavalcantibus.

Michael draperius de Utino dixit quod Venutus de Malazumpicha sibi petit CL ducatos pro certis bonis acceptis per comunitatem Utini tanquam eorum rebellis.

Supersedeat.

Bortolomeus de Florentia petiit certas pecunias mutuatas q. Francisco olim ser Missi, alias excusat si faciet aliquid in habendo suas pecunias (1).

Diffinitum fuit quod d. Iohannes de Cavalcantiaus sit cum d. vicario in spiritualibus et faciat quod fiat expeditio in causa etc.

Iustus de Campolar nomine comunitatis de Campolar conquestus fuit contra d. Abbatem Mosacensem qui certam sententiam latam inter comunitatem predictam et quendam Vinturium pro quodam Cole non permittit dictam sententiam executioni de mandari.

Audient d. patriarcha et d. Iohannes de Cavalcantibus.

Iob de Bilirs conquestus fuit contra d. abbatem Mosacensem qualiter non permittit ipsum habere unam hereditatem etc.

Moyses iudeus (2) in causa appellationis protestatus fuit et petiit expeditionem et protestatus fuit.

Iohannes (3) ser Antonii de Utino conquestus fuit contra nobiles de Castello qui sibi turbant certa bona in Fauglis et unum in Flumignano.

Item turbant d. Lucie filie ser Francisci de Fauglis duo bona in Fauglis et unum in Flumignano.

Iohannes Antonii de Utino conquestus fuit quod sibi acceperunt unum par boum et expulerunt sibi rusticum in Feletis.

Iohannes Coradela petiit solucionem et stipendium suum inserviendo in Portugruario et petiit sibi dari et restitui stipendium suum.

Iohannes Antonius Stephani Bertulini conquestus fuit de uno equo qui sibi fugit Pinzani et habere non potuit petens etc.

Illi de Marano petierunt auxilium in custodiendo terram de Marano quare stant in magno periculo.

(1) In alto c'è la annotazione della stessa mano: d. CXXXIV petit. Antonii de la Scarparia.
(2) Sopra la rubrica è annotato: de Portugruario, e in margine: protestatio. (3) Sopra la rubrica è annotato: de Fauglis.

Providebitur.
Leonardus Babos maritus Leonarde eius uxoris de Civitate Austria in causa appellationis interposite ad parlamentum contra ser Adam de Formentinis de Civitate Austria protestatus fuit et petiit expeditionem etc.
Petrus Pipo de Marano conquestus fuit contra homines de Marano pro rebus sibi acceptis.
Audiat d. Iohannes de Cavalcantibus.
Gualdus de Glemona conquestus fuit contra Silimbergher qui sibi accepit unum equum et tenuit ipsum in carceribus LX diebus etc.
Nicolaus Furizin pro se et sociis petiit ferum acceptum in Portugruario.
D. Vencislaus de Spignimbergo petiit represalias contra Helfimbergher et Zuchispergher de certis pannis acceptis.
Stephanus habitans in Sacilo petiit represalias contra servitores d. episcopi de Pamburger de ducatis aureis CL.
Scuttus de Glemona petiit constrengi illos de Trigesto ad restituenda accepta sibi ferementa (1).
Fantus de Utino in causa appellationis interposite ad parlamentum contra .... protestatus fuit et petiit expeditionem.
Iacobus notarius procurator Dominici Latte de Portugruario petiit expeditionem cuiusdam appellationis interposite ad coloquium per ipsum Dominicum contra Machorem hospitem et Antonium Soc de S. Vito nomine et occasione in ipsa appellatione contentis et protestatus fuit.
Propositiones d. patriarche.
Primo quod mittatur per patriam Foriiulii Constanciam pro statu et augumentatione ecclesie Aquilegensi.
Fiat sindicatus.
Item quod mittatur Ciliam ad d. comitem Cilie ad condolendum se de morte filii d. comitis Cilie nuper defuncti.
Diffinitum fuit quod mittatur ad tricessimum.
Electi fuerunt d. Hercules de Camino, et Nicolussius comes Prate, Nicolaus de Portis et Christoforus de Valentinis sumptibus patrie.
Item quod scribatur per patriam Foriiulii concilio seu futuro pontifici pro confirmatione d. patriarche ad ecclesiam Aquilegensem.
Diffinitum fuit quod scribatur concilio et futuro pontifici pro d. nostro patriarcha ut melius poterit et sibi videtur pro statu suo et promotione sua.
Item quod certi inimici patrie Foriiulii clandestine conantur intrare loca patrie et subdita ecclesie Aquilegensis et igne conabantur cremare etc.
Fiat bona custodia.
Item qualiter in comitatu Cilie capti sunt tres (2) missi per Turchos ad explorandum et quod isti concremati sunt igne.
Item quod fiat bona custodia per omnes de patria in locis suis ne fiant alique proditiones quod male libenter videret contingere.
Item super terram Portusnaonis quod inducantur illi de Portunaoni [quod] non retineant malefactores et rebelles patrie Foriiulii et instetur eis.
Diffinitum fuit quod mittantur Vincislaus miles de Spignimbergo, Nicolaus de Atems, Iacobus de Valvasono, d. Philippus de Fontanellis, Nicolaus de Portis, Christoforus de Valentinis, Antonius Choda de Glemona et duos mittet dominus (3).
Item quod inveniantur peccunie pro satisfaciendis ambassiatoribus missis Constantiam et alios habere debentibus a patria.
Civitatenses proposuerunt super facto monete et quod non fit moneta pondere quo debetur.
Iancilus q. .... de Suevia familius mei Iacobi notarii procurator ser Henrici notarii Everardi de Civitate Austria in causa appellationis per ipsum Henricum

(1) Per ferramenta. (2) Si ripete: sunt. (3) Si notano cancellati: Nicolussius comes Prate, Artichus et Guido comites Purcilliarum, Vincislaus miles de Spilimbergo (poi ripetuto), Iacomucius Brog, Antonius de Prampergo.

interposite ad parlamentum contra Andream Mestroni protestatus fuit etc. et petiit expeditionem.

Idem Iancilus procurator substitutus dicti Henrici procuratoris d. Lucie uxoris Iohannis muratoris in causa appellationis interposite ad parlamentum contra Iacobum Fifati petiit expeditionem et protestatus fuit.

D. Andriola relicta ser Fantusii Nichulini de Venzono presentavit certam appellationem clausam et sigillatam; peciit expeditionem et protestata fuit (1).

Michael Pelos de Tricesimo presentavit terciam appellationem clausam et sigillatam, petiit expeditionem et protestatus fuit contra Lombardinum de Tricesimo.

Iancilus de Suevia familius mei Iacobi procurator Iacobi Fifat de Civitate Austria petiit determinationem appellationis sue interposite ad coloquium contra d. Luciam uxorem Iohannis Spurchierio: peciit expeditionem etc.

Dictus Iancilus procurator Canciani peliparii q. Tie sartoris de Civitate Austria petiit determinationem appellationis interposite ad parlamentum etc. et protestatus fuit.

Super pecuniis inveniendis pro satisfaciendis habere debentibus a patria Foriiulii.

Diffinitum fuit quod defferatur sacramentum prelatis, nobilibus et comunitatibus patrie Foriiulii quod dicant usque ad diem dominicum proximum futurum ad XV quot focos habent sub se et interim exigant impositiones alias impositas, que non sunt exacte et portent in scriptis; et si non exigent quod domini ipsorum pignorentur. Et dicta die d. noster patriarcha mandavit consilium conveniri debere hic

Item quod eligantur duo qui defferant sacramentum prelatis, nobilibus et comunitatibus et coram quibus d. patriarcha faciat racionem de exactionibus.

Deputati fuerunt d. Philippus de Fontanellis et Tadeus de Manzano et d. Iacomucius de Sbroglavaca ultra Tulmentum.

Super quibus omnibus petitum et ut moris est determinatum fuit quod omnia remittantur ad consilium parlamenti et sic remissa sunt.

In consilio.

Item dicta die. Actum in patriarchali castro Utini in camera leonum, in pleno consilio. In quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater et illustris princeps et d. noster d. Ludovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha electus, dux de Dech; d. Henricus episcopus Concordiensis, d. Philippus de Fontanellis pro capitulo Aquilegensi, d. Hercules de Camino prepositus S. Stephani, d. Artichus et Guido de Purcillis, Nicolussius comes Prate; Vincislaus miles et Nicolaus de Spignimbergo, Pertoldus de Trichano, Antonius de Prampergo, Iacomucius de Sbroglavaca et Tadeus de Manzano, Tobias de Sibilitis potestas Aquilegie pro comunitate Aquilegensi, Nicolaus de Portis et Guigelminus Puppi de Civitate Austria, pro comunitate Civitatis Austrie, pro comunitate Utini d. Iohannes de Cavalcantibus legum doctor, et Christoforus de Valentinis pro comunitate Glemone Antonius Coda et Iacobus Abatis de Glemona consiliarii patrie Foriiulii.

Diffinitum fuit quod per prelatos, nobiles et comunitates patrie Foriiulii scribatur concilio et futuro pontifici pro confirmatione d. nostri patriarche electi ad ecclesiam Aquilegensem.

Sindicatus patrie.

Item dicta die et loco presentibus venerabilibus et nobilibus viris d. Bortolomeo Cacia alias episcopo Placentino vicario in pontificalibus, Nicolao Lu Barba de Atems et Christoforo de Chuchanea testibus etc. (2).

(1) In margine: protestatio. (2) In margine: in presentias (*sic*) dominorum Guigelmini, Vorlici, et Iohannis scriptoris; absentibus etc. dopo, v'è un grande spazio bianco.

DXXVII.

Udine, 1416, 17 Marzo. — *Consiglio del parlamento, nel quale si trattano vari appelli e petizioni.*

MSS. A protocollo originale cit. fol. 41. EDD. inedito. TESTO da A.

Item die martis XVII mensis martii. Actum in castro Utini, in sala superiori ante cameram leonum; in pleno consilio parlamenti ad sonum campane more solito convocato. In quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater et illustris princeps et d.d. Lodovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha electus dux de Dech; d. episcopus Concordiensis, d. Philipus de Fontanellis canonicus pro capitulo Aquilegensi; d.d. Guido comes Purciliarum, Nicolussius comes Purciliarum, Nicolussius comes Prate; Vincislaus miles de Spignimbergo et Nicolaus ser Tomasii de Spignimbergo et Nicolaus ser Tomasii de Spignimbergo, Pertoldus de Tricano, Christoforus de Chuchanea, Tadeus de Manzano, Antonius de Prampergo, Iacomutius de Sbroglavaca, Nicolaus de Atems pro nobilibus; pro comunitatibus Tobias de Sibilitis pro comunitate Aquilegensi, pro comunitate Civitatis Austrie Nicolaus de Portis, et Guigelminus Pupi de Civitate Austria, pro comunitate Utini d. Iohannes de Cavalcantibus et Christoforus de Valentinis de Utino, pro comunitate Glemone Antonius Coda et Iacobus Abatis de Glemona consiliarii et de consilio parlamenti patrie Foriiulii.

Iacobus Pelos (1) de Tricesimo petiit expeditionem et determinationem appellationis heri per ipsum interposite ad parlamentum contra Lombardinum de Tricesimo etc. et protestatus fuit.

D. Andriola relicta Fantusii de Venzono petiit expeditionem et determinationem appellationis per ipse interposite heri ad parlamentum et protestatus fuit.

Moyses iudeus habitans in Portugruerio in causa appellationis interposite ad parlamentum petiit determinationem et expeditionem et protestatus fuit etc.

Iancilus de Suevia familius meus, procurator Henrici notarii Evrardi de de Civitate Austria in causa appellationis interposite contra Andream Mestroni etc. protestatus fuit etc.

Idem Iancilus procurator Canciani Tye peliparii de Civitate Austria in causa appellationis interposite contra Tomadum sartorem etc. petiit expeditionem et protestatus fuit.

Fantus de Utino in causa appellationis interposite ad parlamentum petiit expeditionem et determinationem et protestatus fuit.

Iancilus prefatus procurator substitutus Henrici notarii Evrardi procuratoris d. Lucie uxoris Iohannis muratoris de Civitate Austria contra Iacobinum Fifat petiit determinationem etc. appellationis etc.

Idem Iancilus procurator Iacobi Fifat in causa appellationis interposite ad parlamentum contra d. Luciam prefatam petiit expeditionem et protestatus fuit etc.

Leonardus Babos de Civitate Austria procurator et maritus Leonarde eius uxoris in causa appellationis etc. contra Adam de Civitate Austria petiit determinationem et protestatus fuit.

DXXVIII.

Udine, [1416], 7 Aprile. — *Consiglio del parlamento nel quale si stabilisce d'intimare ai conti di Gorizia che non molestino i canonici Aquileiesi ne' lor beni di Farra e si tratta di varie appellazioni e petizioni.*

MSS. A protocollo originale cit. fol. 41 v. EDD. inedito. TESTO da A.

Item die martis septimo mensis aprilis. Actum in castro Utini ante cameram leonum, in consilio parlamenti ad sonum campane more solito congregato. In

(1) In margine: protestatio.

quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater et illustris princeps et d. noster d. Ludovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha electus dux de Dech, d. Nicolaus de Portugruario decretorum doctor, vicarius in spiritualibus; Philipus de Fontanellis in iure canonico licentiatus et Volricus Pretti canonici Aquilegenses pro prelatis, d. Federicus comes Purciliarum, Vincislaus miles de Spignimberg et Nicolaus eius nepos, d. Benevenutus de Prodolone, Iacomutius de Sbroglavaca, Tadeus de Manzano .... pro comunitatibus: pro comunitate Civitatis Austrie Guigelminus Puppi et Franciscus Perotti, pro comunitate Utini d. Iohannes de Cavalcantibus et Christoforus de Valentinis de Utino.

Augustus de Sacilo pro dominabus videlicet filia Peanii et sorore Peanii conquestus fuit de proclamatione facta in Sacilo quod bona q. Peanii non alienentur; petens [quod] diffinitionem et commissionem factas [a] d. vicario per parlamentum executioni ma[n]dentur.

Petitio Laurentii de Sacilo petentis reduci in terram Sacili etc.

Super litteram presentatam per .... presbiterum pro consanguineo suo accepto in Venzono.

Super expositionem d. Volrici canonici Aquilegensis contra dd. comites Goricie de bonis de Fara etc.

Diffinitum fuit quod scribatur dd. comitibus et si cesabunt bene quidem et si non expectabitur usque ad festum S. Georii et elapso dicto festo, d. providebit et providebitur de remedio oportuno; ita quod comites conquerentur de nobis.

Benedictus maritus Marine de Sarav[a]llo conquestus fuit quod Michel Magno de Venetiis intromittere fecit in Venetiis eius pecunias pro hereditate q. Peanii.

DXXIX.

Cividale, 1416, 9 Settembre. — *Il patriarca Ludovico invita il comune di Cividale ad inviare i suoi rappresentanti al consiglio del parlamento convocato nella stessa città.*

MSS. A or. cart. nella busta n. 9 delle perg. com. nel R. Museo di Cividale. EDD. inedito. TESTO da A.

Ludovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha electus dux de Dech. Nobiles fideles nostri dilecti salutem et gratiam nostram. Ex nonnullis causis arduis et necessariis statum nostrum et ecclesie nostre concernentibus deliberamus nostrum generale consilium parlamenti celebrare in nostra Civitate Austria die XXII huius mensis septembris et ideo harum tenore vobis mandamus ut sicut statum nostrum et ecclesie nostre diligitis et amatis studeatis ad dictum consilium transmittere.

Datum in nostra Civitate Austrie, die nono septembris MCCCCXVI.

A tergo

Nobilibus viris gastaldioni, provisoribus, consilio et comunitati nostre Civitatis Austrie nostris dilectis.

Sigillo cereo.

DXXX.

Udine, [1416], 21 Settembre. — *Spese sostenute dal capitolo di Udine per l'invio dei suoi rappresentanti al consiglio del parlamento.*

MSS. A Registri del dapifero del capitolo di Udine cit. busta 4 fascicolo 4. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XXI septembris expendi pro tribus equis videlicet duobus d. Andree de Sbroglavacha iuvene et uno presbiteri Francisci Fassii qui equitavit bis Civitatem Austriam eundo et redeundo quando d. decanus fuit in consilio parlamenti in Civitate Austrie contra dd. de Spegnimbergo pro facto curtine S. Odorici etc. marchas solidorum I et fortones solidorum III et solidos XXI.

DXXXI.

[Udine, 1417, 15 Febbraio]. — *Spese del dapifero del capitolo di Udine per l'invio del rappresentante al parlamento.*

MSS. A reg. dei dapiferi del capitolo di Udine busta 5 fasc. 1. EDD. inedito. TESTO da A.

Expendi pro uno equo quem equitavit presbiter Nicolaus ad S. Danielem ad parlamentum et pro expensis per eum factis in tribus diebus sol. LXXXIV.

DXXXII.

[Udine, 1417], 17 Maggio-29 Giugno. — *Spese del dapifero del capitolo di Udine per la convocazione del parlamento.*

MSS. A reg. dei dapiferi del capitolo di Udine, busta 5 fasc. 1. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XVII mensis mai expendi ad recipiendum d. patriarcham quando fecit convocationem in ecclesia nostra sol. XV.

Die XXIX mensis iunii expendi cum d. decano et presbitero Nicolao qui interfuerunt parlamento facto seu celebrato Utini sol. VII.

DXXXIII.

[Cividale, 1417], 17 Novembre. — *Il consiglio del comune di Cividale invia un ambasciatore al patriarca per chiedergli la convocazione del parlamento.*

MSS. A reg. delle definizioni del consiglio nel R. Museo di Cividale. EDD. inedito. TESTO da A.

Die mercurii XVII mensis novembris in stupa comunis convocato et congregato consilio campane ut moris est.

In facto littere ex parte regie maiestatis destinate ad reverendissimum in Christo patrem et d. nostrum d. patriarcham.

Diffinitum fuit quod mittatur unus ambaxiator ad reverendissimum d. patriarcham instanter et instantissime supplicando ut iuxta mandata regis, dignetur convocare parliamentum allegando et narrando causas quibus necesse est ut convocetur.

Ser Zenon fuit electus.

DXXXIV.

[Cividale, 1417, 26 Novembre]. — *Il consiglio del comune invia alcuni suoi rappresentanti a conferire coi Gemonesi per ottenere la convocazione del parlamento e delibera, ove occorra, di scrivere sul proposito al concilio di Costanza.*

MSS. A definizioni del consiglio nel R. Museo di Cividale. EDD. inedito. TESTO da A.

Pro coloquio generali et consilio parliamenti.

Quod deputentur quatuor ad hoc quod habeant in .... habendi coloquium cum illis de Glemona de modo tenendo et ad informandas litteras si necesse est ad reverendissimum Constancie (a).

d. Nicolaus de Portis
ser Virgilius
ser Simon
ser Zenon.

(a) Intendasi: al patriarca che s'era recato al concilio di Costanza per ottenere la promozione agli ordini maggiori e la consacrazione dal pontefice.

DXXXV.

[Cividale, 1417], 4 Dicembre. — *Il consiglio del comune si rifiuta di concorrere alla spesa per l'invio d'un ambasciatore al co. di Ortemburg deliberato dal consiglio del parlamento.*

MSS. A definizioni del consiglio del comune nel R. Museo di Cividale. EDD. inedito. TESTO da A.

Die lune XIII mensis decembris in stupa comunis convocato consilio sono campane ut moris est.

In facto mittendi unum ambaxiatorem ad comitem Ortenburgi sicut deliberavit consilium parliamenti.

Diffinitum fuit quod nullo modo mittatur aliquis ambaxiator expensis comunitatis ad d. comitem de Ortenburg.

DXXXVI.

Costanza, [1417], ... — *Re Sigismondo ordina al patriarca Ludovico d'impedire che si esportino viveri dal Friuli, nonchè di convocare il parlamento per stabilire il contingente massimo delle milizie.*

MSS. A registro delle lettere della cancelleria imperiale nella biblioteca di Stato di Vienna. EDD. CARO, *Aus der Kanzlei Kaiser Sigismunds*, nell'*Arch. für oesterr. Geschichte* to. 59 Vienna 1880, p. 93 da A. TESTO dal Caro.

Sigismund etc. Venerabili Ludovico in patriarcham Aquileiensem electo nostro et S. imperii devoto fideli dilecto graciam regiam et omne bonum. Non solum frequentis sed assidue sollecitudinis excitamur instancia ut terre Foriiulii prosperitati quam mente conspicimus, presidium quod illius terre populus et condicio patrie postulat, imperiali studio procuremus. In hoc autem sicut novimus, nec immerito tua similiter sollecitudo versatur et ductus spiritu consilii ad relevandum et defendendum statum illesum eiusdem patrie vehementer aspiras. Ut igitur desideranti patrie ad prosperitatis sue preservacionem, quod desideriis avidis affectat succurratur, sinceritatem tuam requirimus et hortamur attente mandantes, quatenus prudenter attendens, quod tempora cum causis ita sapiens commetitur, ut nequaqum invicem sibi derogent, sed pocius mutuo suffragentur, cum alias a discrimine non vacaret, dum res exponeretur non tam prudencie quam fortune, universis et singulis prelatis, comitibus, baronibus, proceribus, nobilibus, communitatibus, oppidis et villis et ceteris cuiuscumque status, gradus et condicionis existant, in et sub dicione et dominio alme ecclesie Aquileiensis existentibus sub pena nostre gravissime indignacionis imo verius sub banno imperiali et patriarchali eciam auctoritate nostra in hac parte tibi attributa committere debes et mandare, quibus et nos harum serie firmiter committimus et mandamus, ut nullus ex ipsis victualia cuiuscumque maneriei seu materiei fuerit, extra patriam Foriiulii et ultra loca, que respiciunt statum nostre maiestatis et dicioni nostre subiacent ac obediunt, educere vendere vel vendi facere, permittere vel favorisare aliquatenus presumat directe vel indirecte, palam vel occulte et specialiter inhibeas, quibus et nos per hec scripta inhibemus ut nihil vendatur vel conducatur aut vendi et conduci sub dicta pena permittatur de victualibus ad portum Latissanam, ad castra Arietis et Pinczani omnisque commercio adversariis et malevolis et eorum subditis per omnia intelligatur ....

Ceterum volumus et fidelitati tue districtius committendo mandamus, quatenus ad certum terminum competentem, convocato prout moris est illius patrie parlamento, cum eisdem diligenter pertractes, inquiras et studiose scruteris, cum quot et quantis gentibus armatis, balistariis, equestribus et pedestribus, dum in proximo opus fuerit, pro defensione patrie possint esse parati et

tandem numerum et quantitatem gencium huiusmodi in tuis et eiusdem parlamenti literis quantocius nobis rescribere et seriose debeas et procures insinuare, nullam in eo negligenciam commissurus, presencium sub nostri regalis sigilli appendentis testimonio literarum. Datum Constancie.

DXXXVII.

.... Luglio 1412-Gennaio 1418 (a). — *Gli eredi di Lucia q. ser Giovanni di Castellerio chiedon al patriarca che sia dal parlamento rimessa ad altro sapiente la definizione d'una loro lite coll'abate di Rosazzo già dal parlamento stesso affidata al dottore Andrea de Monticoli, che era morto nel contempo.*

MSS. A manca. B c. del sec. XV nel vol. 666 p. 129 della bibl. com. di Verona. EDD. inedito. TESTO da B.

Coram vobis reverendissimi in Christo patre et d.d. Lodovico dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha ellecto (1) comparuit ser Franciscus notarius q. ser Nicolusii de Pintinis de Utino tamquam administrator bonorum filiorum suorum tamquam heredum olim nobilis et honeste d. Lucie eorum matris et filie q. nob. viri ser Iohannis de la Grant Biaba de Castilerio qui Utinum habitabat et proposuit dicens quod alias comparuit in cóloquio generali quod abacia Rosacensis tenebatur et erat consueta dare et tradere singulo anno in festo S. Martini unum par botarum sufultarum batcleta feltrina pro honoranciis olim dicto ser Iohanni eius antecessori de Castilerio et omnes abates dicti monasterii solverunt et abbas de Romagna recusavit dare et tradere dictas botas et tandem deliberatum fuit in consilio coloquii generalis et commissum fuit olim sapienti viro d. Andree de Monticulis legum doctori et processum fuit in causa quod conclusum fuit in ipsa causa. Unde ipse ser Franciscus dicto nomine petit quod comittatur alie alteri persone que videat et referrat acta facta in predicta causa in coloquio generali seu eius consilio cum dictus olim d. Andreas sit mortuus.

DXXXVIII.

Udine, 1418, 2 Febbraio. — *Nomi degli intervenuti ad un consiglio del parlamento convocato dai luogotenenti del patriarca Ludovico di Teck.*

MSS. A manca. B c. in racc. Ioppi da copie autentiche del not. Pistachisini di Cividale tratte nel 1740 da un processo allora esistente nell'arch. capit. di Cividale. EDD. inedito. TESTO da B.

In Cristi nomine amen. Anno ab eius nativitate MCCCCXVIII, indictione X, die secunda februarii, actum Utini, in salla magna, ante stupam magnam, in pleno consilio parlamenti, in quo interfuerunt reverendus presbiter d. Henricus episcopus Concordiensis, Paulus Globicer capitaneus Utini, et ser Nicolaus de Attemps locumtenentes reverendissimi d. nostri patriarche ducis de Dech, venerabilis d. Obitinus canonicus Aquileiensis pro capitulo Aquileiensi, Desideratus de Purcileis pro dd. de Purcileis, ser Iacomutius de Sbrogliavacha, Thadeus de Manzano, Bartholomeus de Prampero, Rizzardus de Tricano, Hernistus de Vesnich, et Franciscus Perosi de Civitate Austrie pro Civitate Austrie, pro communitate Utini dd. Petrus de Marchesinis, et ser Ioannes de Cavalcantibus de Utino, Odoricus de Glemona, Ioannes ser Andree, et Fluritus de S. Daniele, Marcus de Faganea, potestas Marani, et Ioannes Fulcherius de Spilimbergo habitans in Marano, Gasparinus de Venzono ....

(1) Nel testo manca questa intitolazione, che Ioppi nelle sue copie ha introdotta togliendola dagli altri doc. riportati accanto a questo nel ms. 666.

(a) Il doc. è senza data, ma trovasi insieme ad altri atti nei quali il patriarca Ludovico è chiamato « eletto », denominazione che cessò colla sua conferma avvenuta il 25 febbraio 1418.

DXXXIX.

[Udine, 1418, 11 Febbraio] (a). — *Il consiglio del comune di Udine stabilisce di inviare i propri ambasciatori al parlamento convocato a S. Daniele e d'invitare i Cividalesi a fare altrettanto per invocare dal papa, dall'imperatore e dal patriarca che provvedano alla sicurezza della patria minacciata dallo spirare delle tregue coi Veneziani.*

MSS. A Annales civitatis Utini cit. XXI, 101. EDD. inedito. TESTO da A.

Super propositis per dd. deputatos ad regimen rememorantes de certis dubiis novis relatis per priorem S. Antonii nuper venientis de Constantia. Item de fine treugarum inter invictissimum d. nostrum Romanorum regem et Venetos a quo fine pauco distamus. Item de diffidatione contra nos facta per illos de Portunaone: super quibus omnibus insteterunt provideri ne periculum aliquod vel damnum nos et tota patria incuramus. Deliberatum et deffinitum fuit quod mittantur ambassiatores ad parlamentum die mercurii nunc futuro celebrandum in S. Daniele ad instandum provideri de mittendo ambassiatores pro parte totius patrie ad summum pontificem ac invictissimum d. nostrum imperatorem et ad reverendum d. nostrum patriarcham instando huic patrie et nobis subveniri de salubri consilio et presto favore super predictis et consideratis periculis imminentibus in patria. Sed mittantur etiam prius duo ambassiatores ad comunitatem Civitatensem ad instandum quod similiter mittant ambassiatores suos ad predictum colloquium ad similiter instandum de predictis ambassiatoribus mittendis ad prefatos dd. nostros imperatorem, papam et patriarcham. Et sic ambassiatores ad parlamentum electi fuerunt hi videlicet d. Iohannes Moyses (1) et ser Iohannes de Susanis. Item ambassiatores ad comunitatem Civitatensem electi fuerunt ser Leonardus q. ser Hector et ser Nicolaus notarius de Bredis.

DXL.

[Udine, 1418], 14 Febbraio. — *Spese sostenute dal cameraro del comune di Udine per l'invio di ambasciatori al comune di Cividale per lo scopo di cui al doc. precedente.*

MSS. A registri dei camerari del comune nella biblioteca civica di Udine. EDD. inedito. TESTO da A.

Die XIIII februarii de mandato et deliberatione ut supra missi fuerunt in ambassiatores ser Leonardus q. Hectoris et ser Nicolaus notarius de Bredis ad communitatem Civitatensem ad instandum quod velit instare per ambassiatores suos in colloquio die mercurii nunc proxime futuri celebrando in S. Daniele quod mittantur ambassiatores pro parte totius patrie ad summum pontificem, invictissimum Cesarem et d. patriarcham supplicando quod dignetur providere saluti huius patrie maxime attento fine treugarum inter nos et Venetos.

(1) Era stato prima scritto: d. Petrus de Marchisinis poi cancellato.

(a) Il registro porta la data 1417, ma probabilmente per un difetto di legatura deve esser stato compreso un quinterno concernente il 1418: sappiamo infatti dal MANZANO, *Annali* VI, 284 che la tregua qui menzionata spirava il 21 aprile 1418.

DXLI.

[Cividale, 1418, 30 Marzo. — *Disposizioni prese dal consiglio di Cividale per il ricevimento del patriarca e nomina dei rappresentanti del comune al parlamento.*

MSS. A definizioni del comune di Cividale nel R. Museo. EDD. inedito. TESTO da A.

Die mercurii XXX martii in stupa comunis, convocato et congregato consilio sono campane ut moris est.

De modo tenendi in hoc adventu reverendissimi d. patriarche qui ut dicitur hodie venturus est ad Venzonum.

Quod eligantur duo qui una cum ser Nicolao de Portis et Zanno vadant obviam d. nostro patriarche: qui eligendi, cum visitaturus fuerit ipse dominus noster, pro parte comunitatis, reverantur domi: dicti vero ser Nicolaus et Zanus vadant ad parliamentum. Electi ser Zenon et Sander (a).

DXLII.

Udine, 1418, 31 Marzo. — *Il consiglio del parlamento su richiesta del patriarca elegge tre suoi membri ai quali il patriarca stesso debba esporre talune notizie importanti per parte dell' imperatore.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Bini, Colloquia et generalia p. 136. C c. nella racc. Ioppi come al doc. DXXXVIII (limitata al solo elenco). D c. nella busta Parlamenti (contenente soltanto la intestazione e le deliberazioni senza gl' intervenuti). EDD. inedito. TESTO da B, C e D.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCCXVIII indictione [un]decima (1) (b) die ultimo mensis martii. Actum in castro Utini in salla magna, in pleno consilio parlamenti ad sonum campane more solito convocato, in quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater et d. noster d. Ludovicus dei, et apostolice sedis gratia patriarcha Aquilegensis, d. Henricus episcopus Concordiensis, d. Nicolaus de Portugruario decretorum doctor decanus Aquileiensis, dd. Philippus, et Iacobus de Roncono canonici Aquiliensis pro abbate Rosacensi ...., pro abbate Mosacensi ...., pro abbate Sextensi d. Federicus abbas Sextensis, pro abbate Belliniensi ...., pro abbate Sumaquensi ...., pro preposito S. Stephani ...., pro preposito S. Felicis ......, pro preposito Carnee ......, pro capitulo Civitatensi, d. Ioannes Franciscus, et Iacobus de Caballis canonici Civitatenses, pro capitulo Utinensi d. Iacobus Gervasii decanus Utinensis, pro prelatis, pro nobilibus Prate, et Purcileis Desideratus notarius de Purcileis, pro Spilimbergo presbiter Dominicus, pro Cucanea ser Frescus, pro Tricano ser Pertoldus de Tricano, pro Murutio ...., pro Prampergo Iacobus de Prampergo, pro Mels, et Colloreto ser Ioannes Paduanus, et Nicolaus de Colloreto, pro Castello, pro Strassoldo ser Aytor de Strassoldo, pro Villalta ser Nicolaus de Villalta, pro Sbrogliavacha d. Andreas de Sbroiavaca, pro Fontanabona .... filius ser Ioannis, pro Pers .... pro Attems ser Nicolaus de Attems, pro Cer-

(1) B e D: duodecima C: decima.

(a) Nel successivo giorno il consiglio delibera di acquistare del panno rosso e bianco per fare una " umbrella " per ricevere il patriarca. Per consimili onoranze a Udine si veda MANZANO, *Annali*, cit., VI, 283.

(b) L' indizione XII ci guiderebbe al 1419, ma gli avvenimenti ricordati nel doc. si riferiscono invece al 1418 come si vedrà dalla nota successiva. Di più si avverta che dal precedente documento risulta che nel giorno antecedente Cividale aveva nominati suoi rappresentanti al parlamento Nicolò de Portis e Giovanni a Ferro mentre nell' anno seguente alla fine di marzo i rappresentanti Cividalesi erano Guglielmo Puppi ed il suddetto Giovanni.

gnoco Coradus de Cergnoco, pro Maniaco ...., pro la Frattina ...., pro
Varmo ......, pro Manzano Thadeus de Manzano, pro Brazzaco superiori Gaspar,
pro inferiori Antonius de Brazzaco, ser Antonius de Toppo, Daniel pro Zegliaco,
pro Faganea ser Franciscus ser Macoris, et ser Vorlicus (1) de Faganea, pro
S. Daniele ser Floridus (2) et Beldanel, pro Aviano Iacobus ser Petri de
Aviano, pro Canipa presb. Iacobus, pro Aquileia ser Lovissius de Strassoldo
potestas (3), et Ioannes de Menego, pro Civitate Austrie Nicolaus de Portis,
Zanus a Ferro, pro communitate Utini Ioannes de Cavalcantibus, et Ioannes
Guberti, pro communitate Glemone Bertonus .... de Glemona, pro Venzono
Iacobus della Stella, pro Tulmetio .... pro Sacillo ser Augustinus de Sacillo,
pro Portugruario Matheus ser Perini (4), pro Marano Ioannes de Marano, pro
Montefalcono Matthiussius, et Georius (5) de Monfalcono. Propositiones d. pa-
triarche, inter quas extat propositio infrascripta facta per d. Hieronymum de
Portugruario pro hac parte d. patriarche.

Item proposuit quod aliqua bona et utilia sunt imposita d. nostro patriarche
practicanda et exponenda per paternam (6) et invictissimam regiam maiestatem,
et non sunt divulganda, ne veniant manifestanda propter damnum (7) patrie [a].
Instat d. noster patriarcha, quod deputentur tres, unus pro prelatis, unus pro
nobilibus, et unus pro communitatibus, cum plena potestate ad tractandum, et
definiendum illud, quod eis videbitur una cum d. nostro patriarcha, abbate
Sextense, et d. Philippo de Fontanellis.

Deffinitum fuit quod tres deputentur, et deputati fuerunt d. Henricus episcopus
Concordiensis, ser Ioannes Paduanus, et Nicolaus de Portis cum hoc, quod
iurent ad sacra dei evangelia nihil dicere, nec facere, si videatur eis grave,
et non utile pro patria.

DXLIII.

[Cividale, 1418, 13 Aprile]. — *Relazione al consiglio di Cividale fatta da Nicolò de Portis inviato dal patriarca e dal parlamento a Venezia, intorno alle disposizioni della Signoria quanto al Friuli e relative deliberazioni.*

MSS. A definizioni del Comune di Cividale nel R. Museo. EDD. inedito. TESTO da A.

Relatio ser Nicolai de Portis ambaxiatoris missi Venecias pro parte reve-
rendissimi d. patriarche et parlamenti tocius, reversi, qui modo retulit qualiter
ipse una cum d. Nicolao de Portugruario vicario in spiritualibus, d. Petro de
Marchisinis et ser Nicolao de Atens se contulerunt ad serenissimum ducale
dominium et quod inter cetera serenissimum ducale dominium salutaverunt
pro parte reverendissimi d. nostri d. patriarche. Item quod ipse reverendissimus
dominus noster notificavit eisdem qualiter sanctissimus d. noster papa ipsum
promoverat ad sacros ordines et de patriarchatu providerat eidem, et quare
Constancie dicebatur quod ipse d. noster patriarcha non velet pacem cum
vicini[s] sed semper gueras et discordias quereret, et quare intencionis sue est
vivere sub pace cum vicinis suis et specialiter cum inclito ducali dominio, et
ex nunc pro parte ipsius domini nostri intimabat ipsi ducali dominio quod
pacem volebat habere cum illo. Et quod sub brevitate ducale dominium dedit
eis responsum quod intendebant Veneti quod treugue erant adhuc, quas non
volebant prorogare neque minime. Item retulit ipse ser Nicolaus quod qui-
dam nobilis amicissimus et zelator huius civitatis dixit eidem ante habitam
responsionem quod ipsi ambaxiatores reportarent ea que portaverunt primo

(1) Così C; B: Terlicus. (2) om. C. (3) Così B; C omette. (4) Così B; C: Marcus ser
Picini. (5) Georius omette C. (6) B e D: patriam che non ha senso: si veda la nota (a) seguente.
(7) Così D; B ha; B ha: damnis.

(a) Si avverta che, come risulta dal doc. precedente, il patriarca era in quei giorni ritornato da Costanza, dove aveva conferito coll'imperatore Sigismondo.

et ortabatur vehementer hanc comunitatem quod fortificare deberemus civitatem et facere optimam custodiam et quod ultra non se poterat extendere. Item retulit quod quidam amicus huius comunitatis qui s[c]it omnia que sunt cordi ducali dominio, dixerat eidem quod dominium Veneciarum habebat malum animum contra hanc comunitatem et quod certe intendit habere hanc terram et Co[r]monum quibus locis habitis non dubitat ducale dominium quin possit habere residuum Foroiulii. Item quod dictum ducale dominium habet iam mille et quingentos homines armigeros et duo mille pedites et expectant comitem Manfredum qui venit ad ipsorum stipendium cum centum lanceis.

Super quibus omnibus et singulis diffinitum fuit quod ad providendum circa custodiam et fortificationem terre huius, cras convocentur apud consilium XII boni viri die quolibet quarterio et fiat arengum sive quasi arengum (a).

DXLIV.

Udine, [1418, 10] Giugno. — *Il patriarca Ludovico invita il comune di Cividale al parlamento.*

MSS. A or. cart. nella busta n. 9 delle perg. com. nel R. Museo di Cividale. EDD. inedito. TESTO da A.

Ludovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha.

Nobiles et prudentes fideles nostri dilecti salutem et gratiam nostram. Cum necessitate cogente necessario habeamus pro statu totius patrie nostre et subditorum provisiones debitas facere et presenti guerre pro posse occurrere, deliberamus generale colloquium parlamenti celebrare in terra nostra Utini die martis XXVIII presentis mensis iunii, quocirca vos requirimus districte vobis mandamus quatenus ad dictum parlamentum, die martis prenotata venire aut saltem aliquem de vestris cum pleno mandato deliberandi debeatis, sicuti statum et honorem nostrum et ecclesie nostre, eiusque patrie diligitis. Datum in castro nostro Utini, die X mensis iunii anno incarnacionis [MCCCC]XVIII (b).

A tergo

Nobilibus et prudentibus gastaldioni [provisoribus] et comunitati nostre Civitatis Austrie ....

DXLV.

Udine, 1418, 24 Giugno (c). — *Nomi degli intervenuti al parlamento.*

MSS. A manca. B c. come al n. DXXXVIII. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno ab eius nativitate MCCCCXVIII, indictione decima, die XXIV iunii. Actum in castro Utini, in salla d. camerari, in pleno consilio parlamenti, in quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater et illustris princeps et d. noster d. Ludovicus dei gratia S. sedis Aquileiensis patriarcha, d. Nicolaus de Portugruario decretorum doctor vicarius in spiritualibus, d. Philippus de Fontanellis, reverendus pater d. Bortholomeus Tacian

(a) Segue poi il 14 aprile 1418 l'arrengo o quasi arrengo nel quale si stabilisce di fortificare la città, di porre le colte, di prender stipendiarii, affidando tutto ciò a cinque cittadini.

(b) Nel ms. si ha soltanto: anno incarnacionis XVIII, ma l'integrazione è certa, giacchè sappiamo dal doc. DXLVI che il 28 giugno fu realmente celebrato a Udine un parlamento, malgrado le ostilità già in corso fra le truppe veneziane capitanate dall'esule Tristano di Savorgnan.

(c) Nella c. la data è 24 giugno, ma deve trattarsi probabilmente d'un errore giacchè dal doc. successivo come pure dal DXLIV sappiamo che un'adunanza fu tenuta il 28: a questa data deve essere riportato anche il testo. Quanto all'appellativo « plenum consilium parlamenti », esso si adopera, durante il principato di Ludovico di Teck nello stesso significato di « parlamentum ».

vicarius in pontificatibus, et Nicolaus de Faganea canonicus Civitatensis pro capitulo Civitatensi, d. Philippus de Fontanellis pro episcopo Concordiensi, pro abbate Rosacensi Petrus eius gastaldus, pro d. abbate Mosacensi d. Ioannes de Cavalcantibus, pro Sexto est escusatus, pro Purcileis est escusatus, Pulcincorum (?), pro Spilimbergo Nicolaus de Spilimbergo, pro Cucanea ser Frescus de Cucanea, pro Marano d. presbiter Folchus eorum capellanus, pro Murucio nullus, pro Prampergo fecerunt se excusare, pro Colloreto d. Durnegussius et Ioannes de Colloreto, pro Porpeto communitas Civitatis Austrie ipsos excusavit propter gueram, pro Strassoldo ser Aytor, pro Sbrogliavacha ser Iacominus, pro Pers ser Fantonus, pro Cergnoco ser Gaspar, pro Maniaco nullus, pro la Fratina Leonardus, pro Varmo nullus, pro Manzano Franciscus, pro Brazzaco Antonius, pro Toppo Deniel, pro Faganea Marcus de Faganea, pro S. Daniele Ioannes, pro Aviano et Canipa nullus, pro comunitate Civitatis Austrie ser Nicolaus de Portis, et Alessius notarius, pro Utino d. Ioannes de Cavalcantibus, Petrus de Marchesinus legum doctores, et ser Federicus de Valvasonis, pro Glemona ser Fontanus, et .... filius q. ser Bonifacii, pro Marano Simon Petulini, pro Tulmetio Ioannes notarius ser Candidi et Candidus Puppi, pro Sacillo Urbanus de Sacillo, pro Montefalcono Mathiussius, et Antonius de Montefalcono, pro Portugruario Leonardus phisicus, pro S. Vito ser Nicolaus notarius.

DXLVI.

[Cividale, 1418], 29 Giugno. — *Relazione fatta al consiglio di Cividale dagli ambasciatori inviati al parlamento dove fu deliberato l'invio d'ambasciatori al papa e all'imperatore per chieder aiuti e la nomina di cinque consiglieri del patriarca.*

MSS. A definizioni del comune di Cividale nel R. Museo. EDD. inedito. TESTO da A.

Die mercurii penultimo mensis iunii in stupa comunis convocato et congregato consilio sono campane ut moris est.

Relatio ser Nicolai de Portis et ser Alexii notarii ambaxiatorum qui reversi sunt a parliamento Utini heri celebrato.

Retulerunt sub brevitate quod obtentum et deffinitum fuit in parliamento quod pro parte totius patrie debent mitti ambaxiatores ad sanctissimum d. nostrum papam ac serenissimum d. nostrum Romanorum regem ad supplicandum et instandum quare nobis et patrie huic pacem dare dignentur tamquam patrie submisse ecclesie sancte dei. Item quod debent eligi V qui stare debeant apud d. patriarcham ad consulendum et providendum patrie super occurrentibus qui tamen non habeant auctoritatem plenariam super arduis sed solum de eligendo ambaxiatore et ponendo coltam solum pro solvendo illo ambaxiatore et deputatos ad predicta et dixerunt quod deputati sunt hii: pro prelatis primo deputatus est .... pro nobilibus ser Hector de Strasoldo, et ser Nicolaus de Spegnimbergo, et unus pro comunitate Civitatis videlicet ser Nicolaus de Portis et unus pro comunitate Utini videlicet ....

DXLVII.

[Cividale, 1418, 20 Luglio]. — *Il comune di Cividale invia i suoi rappresentanti al parlamento.*

MSS. A definizioni del comune di Cividale nel R. Museo ivi. EDD. inedito. TESTO da A.

De mittendo ad parlamentum Utini celebrandum prout nos requirunt d. patriarcha et V deputati.

Quod deputentur parlamento ad informandum litteras dirigendos a dd. deputatis pro patrie necessitatibus providendis provisores ser Adam, Guigelmus et Alexius.

DXLVIII.

[Cividale, 1418, 23 Luglio]. — *Istruzioni date dal comune di Cividale ai suoi ambasciatori inviati al parlamento.*

MSS. A definizioni del comune nel R. Museo di Cividale. EDD. inedito. TESTO da A.

Super informando ambaxiatores ituros Utinum ad parliamentum.
Quod non asenciant alicui petenti exhibenti deputatis quod sit maior prima (a).
Super facto imposicionis imposite huic comunitati per deputatos provisionibus patrie.
Super eo quod homines Montisfalconis non volunt quod nullus Mugle intret Montemfalconem.
Quod per ambaxiatores ituros ad parliammantum dicatur hoc factum in pleno parliamento.

DXLIX.

[Udine, 1418, 29 Luglio]. — *Gli ambasciatori del comune di Udine al parlamento riferiscono intorno al dibattito avvenuto nell'assemblea fra i rappresentanti dei comuni e i feudatari per l'imposizione d'una colta alle comunità.*

MSS. A Annales civitatis Utini XXI, 175. EDD. inedito. TESTO da A.

Super relatione et declaratione facta per d. Petrum de Marchisinis, ser Federicum de Valantinis et ser Nicolaum Raynoldi tamquam ambassiatores pridie electos et deputatos ad parlamentum proxime lapsum referentis et declarantes ordinate omnia actitata et gesta in dicto parlamento et consilio parlamenti et presertim qualiter castellani erant intentionis et opinionis quod poneretur una colta comunitatibus et presertim in hac terra omnibus civibus et quod d. patriarcha huiusmodi impositioni assentiebat, quod esset contra libertates nostras et quod ipsi ambassiatores nec etiam alii ambassiatores comunitatum consentire voluerunt et ulterius volebant quod ille quinque electi super provisionibus patrie haberent omnimodam auctoritatem et facultatem faciendi et disponendi prout eis videretur etc. et quare ipsi ambassiatores nostri et aliarum comunitatum non voluerunt consentire premissis presertim cum sint contra iura et libertates nostras: d. noster patriarca (b) ....

DL.

[Cividale, 1418, 2 Agosto]. — *Relazione degli inviati del comune di Cividale al parlamento.*

MSS. A definizioni del comune di Cividale nel R. Museo della stessa città. EDD. inedito. TESTO da A.

Super relacione facta per ser Virgilium et Alexium reversos a parliamento heri Utini celebrato.
Retulerunt inter cetera quod per Duringussius de Atens multa turpia et inhonesta verba ac contumeliosa dicta fuerunt in dicto parlamento contra

(a) Si deve intendere che gli ambasciatori dovevano opporsi alla proposta di dar facoltà ai deputati d'imporre delle colte secondo il bisogno del paese allora minacciato d'estrema rovina. Come si vedrà dal doc. successivo tale proposta era fatta dai feudatari parlamentari e le comunità vi si opponevano.

(b) Si tronca così nel testo. Vedasi il resto della relaz. al 4 agosto.

honorem comunitatis Civitatis Austrie (a). Item quod per Iulianum de Glemona querela exposita fuit eo quod captus fuit Cremone propter pecunias olim Nicolao Alefranchi per homines et comunitatem Civitatis Austrie in ipsa Civitate acceptas (b).

Item retulerunt quod in dicto parlamento dicebatur quod talee debeant solvi pro mittendo Constanciam iuxta et pro posse et non secundum medietatem etc. (c). Super quibus diffinitur quod casu quo comunitas Utinensis et alie vellent ascentire quod pro parte comunitatum dirigantur duo ambaxiatores ad sanctissimum d. papam et serenissimum d. Romanorum regem ascentamus pro parte ad nos tangente solvere pro rata ducentorum ducatorum, de quibus instabat d. p(atriarcha); casu quo non, solvatur nisi illud quod per deputatos positum est.

Super dimittendo ser Nicolaum de Portis.

Quod remaneat adhunc per hunc mensem cum aliis deputatis cum ea sola libertate quam habebant ante nunc et non aliter et quod mittant executioni deliberata in dicto parlamento pridie celebrato.

DLI.

[Udine, 1418, 4 Agosto]. — *Relazione fatta dal dottor Pietro Marchesini, uno degli ambasciatori inviati al parlamento dal comune di Udine, intorno al dibattito fra il patriarca ed i prelati e nobili da un lato e le comunità dall' altro, per il sistema dell' imposizione.*

MSS. A Annales civitatis Utini XXI, 176. EDD. inedito. TESTO da A.

In quo quidem consilio et convocatione surgens egregius doctor d. Petrus de Marchisinis unus ex ambassiatoribus nostre comunitatis pridie electis et deputatis ad parlamentum proxime lapsum prudenter et ordinate pro se et sociis suis exposuit et declaravit omnia et singula gesta et actitata in dicto parlamento a principio usque ad finem et maxime qualiter prelati et nobiles patrie volebant et intentionis erant quod ponerentur impositiones seu colte in terris quibuslibet civibus secundum facultates suas quorum opinionibus d. patriarcha videbatur, aplaudere et tandem ad unam finalem conclusionem devenerant videlicet quod d. patriarcha ac prelati et nobiles solverent medietatem et comunitates aliam medietatem exponerent, sic ab antiquis consuetudinibus et iuribus nostris nostram comunitatem et alias exuere cupientes nec voluerunt quod imprestantie ponerentur secundum mores antiquos. Quorum opinionibus nostra et alie comunitates non aplauserunt quinimo contradixerunt protestantes et offerentes se dicte comunitates et maxime nostra velle in omnibus debitum suum secundum mores antiquos. Ulteriusque, volebant ipsi d. patriarcha, prelati et nobiles quod deputarentur quinque super provisionibus patrie qui haberent omnimodam auctoritatem et facultatem faciendi et disponendi omnia prout eis placuerit; ad quam electionem et deputationem nostra comunitas nullatenus assentire voluit neque vult, nisi cum conditione, videlicet: quod nostra comunitas seu aliquis de regimine suo sentiant de eis que tractarentur inter eos. Et sic videntibus ipsis prelatis et nobiles non posse obtinere obtentum suum dictum parlamentum dissolutum fuit, et nihil patrie fuit provisum.

Quo parlamento dissoluto prefatus d. patriarcha heri cum suis armigeris ab hac terra recessit etc. prout sic et seriosius per prefatum d. Petrum ibidem declaratum et explicatum fuit.

(a) Nel consiglio del 18 agosto, il suddetto Duringussio di Attimis fu bandito per un anno da Cividale.

(b) Nella seduta del 6 aprile 1418 si presentarono al consiglio di Cividale ambasciatori del comune di Gemona affinchè Cividale intervenisse allo scopo di far liberare questo Giuliano tenuto in carcere a Cremona per richiesta degli eredi del quondam N. Alefranco.

(c) Come si vede dal doc. seguente i prelati ed i nobili volevano riversare sulle comunità metà della imposizione.

Cuius d. Petri relatione et declaratione auditis, deliberatum et deffinitum fuit per omnes in dicto consilio existentes nemine discrepante quod pro aliqua via mundi nostra comunitas assentire nec pati debet quod d. patriarcha ac dicti prelati et nobiles habeant aliquam auctoritatem vel facultatem ponendi aliquas coltas vel angarias in terra nostra nec alicui civi nostro sed confortari et instari debemus prefato d. patriarche quod velit nos tueri ac manutenere in nostris antiquis iuribus et consuetudinibus secundum quod iuravit nos manutenere in nostris antiquis iuribus et consuetudinibus et nos similiter iuravimus ipsum in suis manutenere.

Item super facto dictorum quinque deputatorum utrum assentiri debeat quod deputentur dimissa fuit auctoritas et onus dd. deputatis ad regimen ad considerandum super hoc facto et providendum prout eis salubrius videbitur etc.

DLII.

[1418, 29 Agosto]. — *Nicolò de Portis riferisce al Comune di Cividale che il patriarca aveva chiesto, per mezzo degli uomini di Marano, un indugio ai Veneziani per l'invio degli ambasciatori contrariamente alle deliberazioni del parlamento.*

MSS. A definizioni del comune nel R. Museo di Cividale. EDD. inedito. TESTO da A.

Relatio facta per ser Nicolaum de Portis reversum Utino et a reverendissimo d. nostro patriarcha de facto literarum regie magestatis eidem destinatarum.

Retulit sub brevitate quod non obstante deliberacione facta in parlamento de mittendo pro salvaconductu Venecias sub bona forma, prima meliori (a), ante accessum suum ad ipsum d. patriarcham, idem d. patriarcham, mutato proposito, miserat hominibus Marani dicendo quod sufferenciam debeant impetrare, prout in quadam copia portata per dictum ser Nicolaum ample continetur commissio facta illis de Marano.

DLIII.

[Cividale, 1418, 18 Settembre]. — *Relazione degli ambasciatori inviati a Venezia.*

MSS. A definizioni del comune di Cividale cit. EDD. inedito. TESTO da A.

[Die sabati XVIII mensis septembris].

Relatio facta per d. Nicolaum de Portugruario vicario in spiritualibus et ser Nicolaum de Portis ambaxiatores d. patriarche reversos de Veneciis super facto pacis cum dominio Veneciarum obtinendo. Retulerunt quod post expositam ambaxiatam eis commissam ducale dominium respondit et respondere fecit in scriptis et post multa memorata damna et lesiones facte dominio predicto dixit quod pacem vult omnem d. patriarche et patrie dum securus sit dominio ita, quod sit securum quod pacem velimus. Item dixerunt ipsi ambaxiatores quod parlamentum debet congregari.

(a) Nelle stesse definizioni troviamo al 29 agosto ed al 1 settembre la deliberazione d'inviare Nicolò de Portis e Francesco de Claricini al patriarca per ottenere l'immediato invio di ambasciatori per intavolare trattative coi Veneziani, il cui esercito campeggiava in Friuli.

DLIV.

Udine, 1418, 22 Settembre. — *Il patriarca Ludovico invita il comune di Fagagna ad inviare il suo ambasciatore al parlamento.*

MSS. A manca. B c. in racc. Ioppi da un apografo del not. Belforte Miuttini di Cividale dell'a. 1581. EDD. inedito. TESTO da B.

Ludovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha. Prudentes fideles dilecti nostri salutem, et gratiam nostram. Ad audiendum relationem ambasiatorum nostrorum e Venetiis nuper reversorum, nec non propter certa ardua concernentia statum nostre Aquilegensis ecclesie eiusque patrie Foriiulii, deliberavimus generale colloquium parlamenti celebrare in terra nostra Utini ultima die mensis presentis, et cum generalem salvum conductum a potestate Latisane de voluntate dominii Veneti obtinuerimus pro omnibus diebus parlamentum accedere volentibus tam in personis, quam in familiaribus, et rebus suis videlicet veniendi, standi, et redeundi, fidelitates vestras requirimus, vobis districtius mandantes, quatenus dictum parlamentum die prefata accedere debeatis, uti statum nostrum, et ecclesie nostre, ac totius patrie diligitis, et honorem, litterasque presentes pro securiori vestro transitu ad demonstrandum, si necesse erit, vobiscum portetis.

Datum in castro nostro Utini die XXII mensis septembris anno MCCCCXVIII.

A tergo

Prudentibus Gastaldioni, consilio et comunitati loci nostri Faganee fidelibus dilectis nostris.

DLV.

[Cividale, 1418, 26 Settembre]. — *Il consiglio di Cividale elegge due ambasciatori al parlamento ed inoltre alcuni deputati che diano loro le necessarie istruzioni.*

MSS. A definizioni del comune nel R. Museo di Cividale. EDD. inedito. TESTO da A.

[Die lune XXVI mensis septembris].

De mittendo ad parliamentum Utinum die veneris ultimo presentis celebrando.

Quod elligantur duo ambaxiatores qui vadant ad ipsum parlamentum cum informacione danda illis per infrascriptos deputatos qui electi sunt ad dandum informacionem illis (a). Et ita electi fuerunt in ambaxiatoribus

ser Virgilius }
ser Guielmus } ambaxiatores

deputati ad informandos illos
d. Conradus
ser Adam
ser Nicolaus de Portis
Guielmus Leupoldi
Zenon Philipi.

DLVI.

Udine, 1418, 30 Settembre. — *Nomi degli intervenuti al parlamento.*

MSS. A manca. B c. in racc. Ioppi da una c. autentica tratta nel 1740 dal notaio Pistachisini di Cividale da un processo allora esistente nell'archivio capitolare della stessa città. EDD. inedito. TESTO da B.

In Cristi nomine amen. Anno ab eius nativitate MCCCCXVIII item die ultimo septembris. Actum in castro Utini, in salla magna, in pleno parlamento convocatum ad sonum campane more solito, in quo interfuerunt in Cristo pater

(a) La comunità di Cividale era, in questo tempo, a capo del partito che riteneva impossibile la lotta contro Venezia e cercava d'indurre il patriarca a venire a patti per evitare la rovina dello stato.

reverendissimus et illustris princeps et d. noster gratiosus d. Ludovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha, d. Henricus episcopus Concordiensis, pro capitulo Aquileiensi d. Philippus de Fontanellis, et Iacobus de Roncono canonici Aquileienses, pro abbate Rosacensi ser Petrus gastaldio d. abbatis, pro abbate Mosacensi Meinardus, pro abbate Sextensi misit literas excusationis, pro abbate Bellinensi .... ser Nicolaus de Attemps, pro preposito S. Stephani d. Iacobus canonicus Civitatensis, pro preposito S. Felicis ser Petrus Boscus de Portugruario, pro capitulo Civitatensi d. Ioannes Franciscus canonicus Civitatensis, pro capitulo Utinensi d. Iacobus Gervasii decanus Utinensis, pro Prata ser Paulus notarius, pro Purcileis ser Bartholomeus, pro Pulcinico excusatur propter campum, pro Spelimbergo ser Nicolaus, et Bertoldus de Spelimbergo, pro Chucanea ser Freschus de Cucanea, pro Valvasono, pro Pertistagno, pro Trichano Ioannes de Trichano, pro Murucio .... pro Prampergo ser Bartholomeus, pro Mels et Colloreto, pro .... ser Asquini, et ser Iacobus q. ser Odorici, pro Castello Bertola notarius de Nimis cum una littera, pro Strassoldo Lovisius de Strassoldo, pro Villalta, et Chavoriaco ser Nicolaus de Villalta, pro Sbrogliavacha ser Andreas de Sbrogliavacha, pro Fontanabona Federicus de Fontanabona, pro Pers Bertoldus de Pers, pro Attemps ser Nicolaus de Attemps, pro Cergnoco et Brazzaco superiori ser Gaspar, pro Maniaco, pro la Fratina ser Andreas de Sbrogliavacha, pro Varmo superiori, pro Varmo inferiori, pro Manzano ser Thadeus de Manzano, pro Brazzaco inferiori, pro Toppo Daniel Brisini de Zegliaco, pro Faganea ser Franciscus, ser Macor, pro S. Daniele ser Antonius prior S. Tomadi, Bernardus, et Franciscus de Brazzaco habitantes in S. Daniele, pro S. Vito ser Rizzardo de S. Vito, pro Aviano una litera, pro Canipa ser Iacobus notarius, pro la Meduna ...., pro Marano Ioannes Petri, pro Aquileia .... Bugaciis, et Iacobus de .... pro Utino d. Petrus de Marchesinis, Ioannes de Cavalcantibus legum doctores, Ioannes Gubertus, et Nicolaus ser Zani, pro Civitate Austrie, pro Glemona ser Antonius de Codam, Marcutius Colletus de Glemona, pro Venzono Simon Pachulini, pro Tulmetio ser Ioannes notarius, ser Candidi, et Candidus del Pup, pro Sacillo fuit una litera missa, pro Portugruario ser Ioannes notarius del Zucho Marcus Iarvicis, pro Marano ser Ioannes notarius, Fulcherius pro Montefalcono.

DLVII.

Udine, 1418, 1 Ottobre. — *Il parlamento elegge oratori a trattar la pace coi Veneziani.*

MSS. A manca. B c. del sec. XV nel vol. 666 p. 15 della biblioteca comunale di Verona, provenienza Ongaro. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCCXVIII, ind. XI, die primo octobris, actum in castro Utini supra sala magna presentibus nobili viro ser Iuliano q. Turini de Glemona, magistro Iohanne ciroico Petri de Civitate Austrie, presbiter Zanino Donadei de Purcilleis plebano in S. Petro de Poloneto testibus et aliis pluribus ad hec vocatis. Ibique in pleno parlamento patrie Foriiulii, reverendissimus in Christo pater et illustris princeps et d. noster d. Ludovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha, d. Henricus episcopus Concordiensis, d. Philipus de Fontanellis, et Iacobus de Ronchonibus canonici Aquilegenses pro capitulo Aquilegensi, pro abbate Rosacensi ser Petrus gastaldio dicti d. abbatis, pro abbate Mosacensi presbiter Meynardus de Glemona eiusdem d. abbatis nuncius et procurator, pro abbate Sextensi ser Nicolaus de Attems eiusdem d. abbatis procurator, pro preposito S. Stephani d. Iacobus de Utino canonicus Civitatensis, pro preposito S. Felicis ser Petrus Bonus de Portugruario pater dicti d. prepositi, pro preposito Carnee ser Paulus Globicer capitaneus Utini frater dicti d. prepositi, pro capitulo Civitatense d. Iohannes Franciscus canonicus Civitatensis, pro capitulo Utini

d. Iacobus Iervasii decanus Utinensis, pro comitibus de Prata ser Paulus
notarius habitator Prate, pro comitibus de Purcilleis ser Bortolomeus de Pro-
dolono, pro nobilibus de Spegnimbergo ser Nicolaus ser Tomasii et ser Per-
toldus d. Vincislai de Spegnimbergo, pro Chucanea, Valvasono et Pertistagno
ser Frescus de Pertistagno, pro Tricano ser Iohanninus de Tricano et pro
Murutio idem, pro Prampergo ser Bortolomeus de Prampergo, pro Mels et
Coloreto ser Flurinus ser Asquini et Iacobus ser Odorici, pro Castello ser
Bortolomeus notarius de Nimis procurator nobilium de Castello, pro Strasoldo
ser Lovisius de Strasoldo, pro Vilalta et Cavoriaco ser Nicolaus de Vilalta,
pro Sbroglavaca ser Andreas de Sbroglavaca, pro Fontebono ser Fridericus
de Fontebono, pro Pers ser Pertoldus de Pers, pro Atems ser Nicolaus de
Atems, pro Cergnoco Coradus de Cergnoco, pro Brazaco Gaspar de Brazaco,
pro Manzano Tadeus de Manzano, pro Toppo Daniel Brisini Utini habitans,
pro Faganea Franciscus ser Machoris, pro S. Daniele frater Antonius prior
S. Tomadi, Bernardus et Petrus fratres de Brazaco habitantes in S. Daniele,
pro S. Vito ser Rizardus de S. Vito, pro Aviano Iohannes Petri de Aviano,
pro Aquilegia ser Iacobus notarius de Bugaciis et Iacobus de Menigo, pro
Civitate Austrie Nicolaus de Portis, Guigelminus Puppi et Alexius notarius de
Civitate Austrie, pro Utino d. Iohannes de Cavalcantibus et Petrus de Marchi-
sinis legum doctores de Utino, pro Glemona ser Antonius Leonardi et Mar-
chucius Colettus de Glemona, pro Venzono ser Simon Pachulini de Venzono,
pro Tumecio ser Iohannes notarius ser Petri et Candidus del Pup de Tumecio,
pro Portugruario ser Iohannes notarius de Cechó et ser Antonius de Verona,
pro Marano ser Iohannes Fulcherius notarius.

Convocati et congregati pro infrascriptis peragendis facientes ultra tres
partes tocius parlamenti prelatorum, nobilium et comunitatum tocius patrie
Foriiulii habentes providere regimen et statum dicte patrie et ipsam patriam
totam representantes pro bono statu pacis et tranquilitate S. matris nostre
Aquilegensis ecclesie omnibusque efficacioribus modis, via, iure et forma quibus
melius sciverint et efficacius potuerint, sciunt et efficacius possunt, fecerunt,
constituerunt, ordinaverunt et creaverunt venerabiles et nobiles ac providos
viros d. Philipum de Fontanellis iu iure canonico licentiatum archidiaconum
Aquilegensem, ser Nicolaum de Spegnimbergo, ser Nicolaum de Atems et
Alexium notarium de Civitate Austrie ibidem presentes et ser Iohannem Gu-
bertum de Gumbertinis de Utino et ser Fantonum de Glemona absentes tamquam
presentes suos et dicte patrie Foriiulii certos et veros ambasiatores, actores,
factores, sindicos et legittimos procuratores ad statum, honorem et conserva-
tionem sancte Aquilegensis ecclesie ad comparendum coram illustri ducali
dominio Venetiarum et cum ipso ducali dominio Veneciarum pacem, concordiam
et tranquillitatem tractandi, contrahendi, pacta, conventiones et tractatus pacis,
concordie faciendi cum illis bonis modis, via, iure et forma, obligationibus
bonorum, pactis, conventionibus, clausulis, capitulis, promissionibus cumque
penarum adiectionibus, et cum quibusdam clausulis et solempnitatibus neces-
sariis et opportunis prout et sicut ipsis sindicis melius videbitur concludere
et convenire atque pacisci et generaliter et specialiter ad omnia quelibet et
singula faciendum, tractandum, componendum, concludendum et promittendum
que quilibet veri sindici et procuratores et que ipsimet domini constituentes si
personaliter interesse, dicere facere et exercere possent, dantes et concedentes
predictis sindicis, nunciis et procuratoribus plenum, liberum et generale man-
datum in omnibus suprascriptis, adherentibus, dependentibus et connexis.
Promittentes dicti domini constituentes per se eorumque successores et nomine
et vice sancte Aquilegensis ecclesie et patrie Foriiulii michi Iacobo notario
infrascripto tamquam publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine
omnium et singulorum quorum interest vel interesse poterit in futurum, firmum,
ratum et gratum habere, tenere, complere, attendere et firmiter observare
omne totum et quicquid per ipsos sindicos in premissi et circa premissis
actum, factum, promissum, conventum et conclusum fuerit obligantes ad id bona
eorum presentium et futurorum et dicte Aquilegensis ecclesie et patrie Foriiulii.

DLVIII.

[Cividale, 1418], 2 Ottobre. — *Gli inviàti dal comune di Cividale al parlamento fanno al consiglio relazione delle deliberazioni dell' àssemblea di inviare ambasciatori a trattar la pace con Venezia con mandato limitato, e d' imporre la taglia in soccorso dei conti di Prata.*

MSS. A definizioni del comune nel R. Museo di Cividale. EDD. inedito. TESTO da A.

Die secundo mensis octobris in stuppa comunis et congregato consilio ut moris est sono campane post prandium.

Relatio ambasciate nobilium virorum ser Nicolai de Portis, Guielmus Puppi et Alexii notarii reversorum a parlamento Utini celebrato novissime.

Retulerunt quod post multa narrata difinitum fuit quod cum pleno mandato mittantur Venecias pro pace facienda ambaxiatores et ita electi fuerunt infrascripti et quod disturbo interposito per illos de Utino pro expensa facienda non mittentur; et de deffinicione in ipso parlamento facta de pleno mandato videlicet quod nichilominus missi illuc nulla concludant, nisi prius quitquid inter partes determinabitur patrie notifficent et quod mittantur unus pro parte prelatorum, duo pro nobilibus et tres pro parte communitatum.

Ceterum deffinitum fuit in ipso parlamento ut pro ausiliando Prate omnes congregent taleas debitas et quare ibi sunt magis necessarii pedestris quam equestris quod per singulis duobus equis mittantur tres pedites (a).

DLIX.

[Cividale, 1418], 9 Ottobre. — *Risposta della comunità alle domande fatte dal patriarca perchè gli inviati di Cividale al parlamento ratifichino il riparto delle spese per l' ambasciata a Venezia.*

MSS. A definizioni del comune nel R. Museo di Cividale. EDD. inedito. TESTO da A.

Die dominico VIIII mensis octobris in stupa comunis convocato et congregato consilio sono campane ut moris est.

De eo quod reverendissimus d. noster patriarcha mandat nobis ut debeamus mittere ad omnes qui fuerint in parlamento ut ratifficent sindicatum factum in pecuniis debentium ire Venecias et quod intendit ut d. vicarius et ser Nicolaus de Portis vada[n]t.

Diffinitum quod mittantur duo ambaxiatores ad ipsum dominum nostrum qui dicant et respondeant ipsi domino quod nostra non intencio est mittere pro aliquibus qui ratifficent sindicatum etc. quare ipse est presul et dominus, et reliqua secundum informacionem que dabitur eis et quod si hii qui eligentur in ambaxiatores caperentur ab hostibus, quod deus avertat, comunitas pro hac occasione dumtaxat teneatur et debeat ex tunc redimere eos et refficere eis omnia et singula damna sic et quod ad hoc omnia bona communitatis sint ipsis obligata et ita electi fuerunt nobiles viri ser Francischus de Claricinis provisor et Erinst Antonii; quibus gastaldio et ceteri consiliari presentes per se et vice nomine comunitatis realiter promiserunt quod occurrente casu predicto, quod deus avertat, cum effectu curabunt quod promissa et diffinita observabuntur.

(a) Segue la deliberazione di porre la colta ai rurali " pro posse ".

DLX.

.... 1418, 11 Ottobre-5 Novembre. — *Nota di somme pagate dal patriarca e da varî feudatarii Friulani per l'ambasceria a Venezia.*

MSS. A manca. B c. in racc. Ioppi da note nell'Archivio dei co. Attimis-Maniago di Maniago Nicchio XXXI, AA 7. EDD. inedito. TESTO da B.

1418, XI octobris, Nota di quanto Gio. di Fresco di Cuccagna ricevette dai Nobili dell'imposizione di 40 soldi per ogni milite e cavallo ut ambasiatores mittantur Venetias.

Imposte per ogni cavallo per ambasciatori a Venezia di d. Fresco di Cucagna lire di soldi sei.

Francesco q. d. Cristoforo di Cucagna idem.

Ser Giacomo Giusto di Prampergo L. 4.

Il Vescovo di Concordia per un cavallo lire due (a).

1418, Pei spettabili di Sandaniele lire sedici per otto cavalli etc.

1418, 28 ottobre Il detto Gio. q. d. Fresco di Cucagna dà a ser Giacomo Zano fratello del d. vicario in spiritualibus una marca di soldi per ordine del patriarca.

Per le spese fatte per gli ambasciatori eletti dai nobili, 4 ducati d'oro.

1418, 2 novembre Andrea canipario del patriarca a nome di questo, dà a ser Nicolò di Spilimbergo e a ser Nicolò lo Barba di Attemps ducati d'oro 40 presi a mutuo da Ioseph q. Mandil Iudei, dando in pegno platella argenti del patriarca. Furono restituiti poco dopo.

1418, 3 novembre. Spese una marca di soldi dati a Odorico detto Picolopera che fu a pignorare i nobili debitori dell'imposizione predetta.

1418, 5 detto. Mandata una lettera ai nobili de Soclevo, Guarto e Linguciis (b) perchè paghino la detta imposizione.

DLXI.

[Cividale, 1419, 23 Gennaio]. — *Deliberazioni del consiglio di Cividale intorno alla richiesta fatta dalle comunità al patriarca di convocare il parlamento.*

MSS. A definizioni del comune nel R. Museo di Cividale. EDD. inedito. TESTO da A.

Relacio facta in pleno consilio antea congregato, per nobiles viros ser Nicolaum de Portis et Zeno nunc reversos a d. patriarca et missos ad ipsum pro parte rengi et deputatorum.

Retulerunt sub brevitate quod facta instancia tam pro parte comunitatis huius quam comunitatum superiorum reverendissimo domino nostro, excepto quam per Utinensis, videlicet per Iohannem de Cavalcantibus et Cristoforum de Zignottis missos una cum aliis comunitatibus ad ipsum dominum pro parte sue comunitatis, qui dixerunt, quod tanquam rogatur ab aliis comunitatibus et tanquam per omnes comunitates instetur, nunc ad hoc veniunt ad dominacionem suam etc. de faciendo congregari unum coloquium pro videndo de modo tenendi pacem et libertatem patrie; et quod idem dominus respondit quod miserat Venecias quendam Iohannem Semperbene qui promisit impetrare a dominio Veneciarum unum salvum conductum pro venientibus ad parlamentum et quod scribat sibi ut rescribat quod circa ea fiat, et totaliter, habito salvo conducto vel non, quod usque VII vel octo dies congregabit unum parlamentum.

Super quibus diffinitum fuit quod supersedeatur usque ad diem dominicum et siscitetur a domino si nunc venit missus Venecias vel ne, quod si venerit bene quidem, casu quo non, tunc novum factum novum consilium.

(a) Ivi anche la seguente nota relativa al 1419, 9 gennaio: il detto Vescovo (di Concordia) dà soldi 25 per i nobili di Strassoldo inferiore.

(b) Nota di Ioppi: Luincis.

DLXII.

Udine, 1419, 14 Marzo. — *Il patriarca invita il comune di Fagagna ad intervenire al parlamento.*

MSS. A manca. B c. in racc. Ioppi da c. del notaio Belforte Miuttini di Cividale del 1581. EDD. inedito. TESTO da B.

Ludovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha.

Nobiles et prudentes fideles dilecti nostri salutem, et gratiam nostram. Noveritis a rectore Latisane salvum conductum ad parlamentum totius patrie nostre celebrandum obtinuisse, quod celebrare decrevimus in terra nostra Utini die martis XXI mensis martii, ... vobis committimus districte mandantes, ut dictum parlamentum die prenotata per nos celebrandum excusatione qualibet semota accedere studeatis, ut statum nostrum et ecclesie nostre diligitis honorem, presentesque litteras pro tutiori vestro aditu et reditu vobiscum portetis.

Datum in castro nostro Utini die XIV mensis martii anno MCCCCXIX.

A tergo

Nobilibus et prudentibus gastaldioni, consilio et comunitati loci nostri Faganee fidelibus nostris dilectis.

DLXIII.

Udine, 1419, 21 Marzo. — *Elenco degli intervenuti al parlamento ed al successivo consiglio del parlamento.*

MSS. A manca. B c. in racc. Ioppi da c. aut. del notaio Pistachisini di Cividale da un processo allora esistente in quell'archivio capitolare. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno ab eius nativitate MCCCCXIX die martis XXI martii (a). Actum in castro Utini in salla magna, in parlamento convocato ad trinum sonum campane more solito, in quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater et illustris princeps, et d.d. Ludovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha, pro episcopo Concordiensi, d. Philippus de Fontanella (1), pro capitulo Aquileiensi d. Philippus de Fontanella et Duringus canonici Aquileienses, pro d. Lugutio abbate Rosacensi frater Christophorus monachus eiusdem monasterii, pro abbate Mosacensi presbiter Meinardus eius plebanus, et .... d. Federicus abbas de Sextensi, pro preposito S. Stephani Simon de Formentinis, pro preposito S. Felicis Berthola notarius, pro capitulo Civitatensi d. Nicolaus de Portugruario decretorum doctor, Leonardus de Zucho canonicus Civitatensis, pro capitulo Utinensi d. Iacobus Gervasii decanus Utinensis, pro Prata d. Nicolussius comes Prate, pro Purcileis d. Federicus, et .... comites de Purcileis, pro Pulcinico excusarunt se per literas, pro Spilimbergo ser Ioannes de Spilimbergo, pro Chucanea ser Freschus de Cucanea, et Iacobus de Valvasono, pro Trichano ser Pertoldus de Trichano, pro Murucio, pro Prampergo ser Antonius de Valentinis eorum churator, pro Mels et Colloreto ser Ioannes Paduanus, et Bartholomeus Paduanus, pro Castello Berthola notarius de Nimis, pro Strassoldo Antonius de Prodolono, Aytor d. Mose, pro Vilalta et Chavoriacho Nicolaus de Vilalta, pro Fontebono ser Federicus filius ser Ioannis de Fontebono, pro Sbrogliavacha Pregone de Sbrogliavacha, pro Pers nullus, pro Attemps ser Nicolaus de Attemps Lubarba et Asquinus eius consors, pro Cergnaco Iacominus de Cergnaco, pro Maniaco ser Bartho-

(1) B: pro episcupus d. Philippus de Fontanella Concordiensis.

(a) Nella c. Ioppi è segnato veramente: die martis XX martii, ma il terzo martedì del marzo 1419 cadeva il 21 e non il 20. Vedi del resto a conferma il doc. precedente.

lomeus de Maniacó, pro Varmo excusatur per literas, pro la Fratina nullus, pro Manzano Thadeus de Manzano, pro Brazzaco superiori, pro Brazzaco inferiori Antonius de Brazzaco, pro Toppo Daniel Bricini, pro Faganea Franciscus ser Machore de Faganea, pro S. Daniele Iacobus, pro S. Vito Daniel de Fraducii, pro Aviano miserunt literas excusatorias, pro Canipa ......, pro Aquilegensi communitate Iacobus de Menigo, magister Cancianus, pro Civitate Austrie Guglielmus Puppi, et Zanus a Ferro, pro Utino d. Ioannes de Cavalcantibus, Ioannes Moyses legum doctores, Nicolucius della Turre, Federicus de Savorgnano, Ambrosius magistri Lopaci, Tobias de Sibilitis, Iacobus d. Minulce, pro Glemona Pantaleon de la Villa, et .... eius socius, pro Sacillo ...., pro Portugruario ser Ioannes de Zucho, Antonius notarius, et Mathias stationarius, pro Marano Petrus Muzzau et Ioannes Fulcherius notarius, pro Montefalcono ser Federicus notarius et Georgius Ambrósii, pro Tulmetio.......

die dicto
in dicto castro in sala superiori ante cameram pro consilio parlamenti.

In dicto die, in dicto castro in salla superiori ante cameram pro consilio parlamenti in quo interfuerunt reverendissimus d. noster Ludovicus patriarcha, d. Federicus abbas Sextensis, d. Nicolaus de Portugruario decanus Aquilegensis, et Philippus de Fontanella canonicus Aquilegensis, d. Nicolussius comes Prate, d. Federicus comes Purcileis, ser Ioannes de Spilimbergo, ser Aytor de Strassoldo, ser Ioannes Paduanus de Colloreto, ser Nicolaus de Attemps, ser Iacobus de Valvasono, Pertoldus de Thricano, et Bartholomeus de Maniaco, pro Aquileia Iacobus de Menigo et magister Cancianus, pro communitate Civitatis Austrie Guielmus Puppi, et Zanus a Ferro de Civitate Austrie, pro Utino d. Ioannes de Cavalcantibus, et Ambrosius magistri Lapaci de Utino, pro Glemona Pantaleon de la Villa di Glemona, Faganea de Sbroiavacha, et Federicus de Fontebono, ser Daniel, ser Fraducii, et ser Henricus del Fin de sancto Vito, Iacobus della Stella, et Simon Parthulini de Venzono.

DLXIV.

[Gemona, 1419], 23 Marzo. — *Il consiglio minore di Gemona delibera di assentire alla spesa per l'invio d'un ambasciatore inviato dalle comunità maggiori a Venezia secondo la deliberazione del consiglio del parlamento.*

MSS. A definizioni del Consiglio minore di Gemona quad. orig. fol. 6 v. nell'Archivio comunale di Gemona. EDD. inedito. TESTO da A.

XXIII martii.

Determinatum fuit quod cum determinatum fuerit in consilio parlamento de mittendo Venetias pro tractando pacem quod mittatur placendo comunitatibus superioribus unus ambaxiator, pro parte istarum trium comunitatum [(a)], participando in expensis pro tercia parte.

(a) come si comprende dal contesto, il consiglio di Gemona considerava quali comunità maggiori della patria: Udine, Cividale e Gemona, escludendo Aquileia che in questi tempi era molto decaduta.

DLXV.

Udine, 1419, 24 Marzo. — *Il consiglio del parlamento nomina procuratori per trattare la pace coi Veneziani.*

MSS. A manca. B c. in raccolta Ioppi tratta da apografo esistente nella biblioteca comunale di Verona. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCCXIX, indictione XII, die XXIV mensis marcii, actum in castro Utini in sala superiori ante cameram leonum in pleno consilio parlamenti patrie Foriiulii ad trinum sonum campane more solito convocato in quo interfuerunt consiliarii et quamplures alii ultra consiliarios parlamenti, presentibus d. Duringussio de Mels canonico Aquilegensi, ser Iacobo Zan de Portugruario, Enrico de Rayviniz cancellario infrascripti d. nostri patriarche testibus ad hec vocatis et rogatis.

Ibique reverendissimus in Christo pater et illustris princeps et d. noster d. Lodovicus dei et apostolice sedis gratia patriarcha S. sedis Aquilegensis, d. Federicus abbas Sextensis, d. Philippus de Fontanellis archidiaconus Aquilegensis, presbiter Meynardus de Glemona procurator d. Thomasii abbatis Mosacensis, d. Leonardus de Zucho canonicus Civitatensis pro prelatis, d. Nicolussius comes Prate, Federicus et Prosdocimus comites de Purcilleis, ser Iohannes de Spegnimbergo, ser Frescus de Cucanea, ser Iacobus de Valvasono, ser Aytor de Strasoldo, ser Iohannes Paduanus de Coloreto, ser Bortolomeus de Maniaco, Nicolaus de Vilalta, Pregonea de Sbroglavacha, Pertoldus de Tricano, Bortomeus de Prodolono pro nobilibus et Zanne di Menigo et Cancianus de Aquilegia, Bortolomeus notarius de Nimis habitator Civitatis Austrie, d. Iohannes de Cavalcantibus legum doctor et Ambrosius magistri Lazeri de terra Utini, Pantaleon de la Villa de Glemona, pro Venzono Simon Pachulini de Venzono, pro Portugruario ser Iohannes notarius de Zecho et Matheus Pirini de Portugruario, pro S. Vito ser Henricus del Fin et ser Daniel ser Fraducii de S. Vito, ser Lovisius notarius de Tumetio; ser Nicolaus ser Ottoboni de Sacilo, ser Franciscus Machoris de Faganea consiliarii parlamenti patrie Foriiulii convocati, parlamentum, consilium parlamenti et totam patriam Foriiulii representantes, habentes a dicta patria plenam bayliam et potestatem ad infrascripta sicut constat manu mei Iacobi notarii infrascripti sub instantibus millesimo et indictione, die XXI mensis marcii supra infrascriptis existentes ultra tres partes numeri omnium consiliariorum parlamenti prelatorum, nobilium et comunitatum tocius patrie Foriiulii et habentes providere statui dicte patrie pro bono statu pacis et tranquillitatis S. matris ecclesie nostre Aquilegensis et dicte patrie omnibus efficacioribus modis, via, iure et forma quibus melius sciverint et efficacius potuerint, sciunt et possunt, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt ac creaverunt venerabiles et nobiles viros d. Iohannem de Cavalcantibus legum doctorem de Utino ibidem presentem et acceptantem, ser Nicolaum de Atems, ser Simonem q. ser Io. Antonii de Civitate Austrie et ser Gasparum de Venzono absentes tamquam presentes suos et dicte patrie Foriiulii certos et veros ambassiatores, actores, factores, sindicos et legittimos procuratores ad statum, honorem et conservationem S. Aquilegensis ecclesie et tocius patrie Foriiulii ad comparendum coram illustri ducali dominio Veneciarum pacem, concordiam et tranquillitatem tractandum et contrahendum pacta, conventiones et tractatus pacis et concordie faciendum cum illis bonis modis, via, iure et forma, obligationibus bonorum, pactis, conventionibus, clausulis, capitulis et promissionibus cumque penarum adiectionibus et quibuscumque clausulis et solempnitatibus necessariis et opportunis prout et sicut ipsis sindicis videbitur concludere, convenire atque pacisci et generaliter et specialiter ad omnia et singula faciendum, tractandum, componendum, concludendum et promittendum que quilibet veri sindici et procuratores et que ipsimet domini constituentes si personaliter interessent dicere, facere et exercere possent: dantes et concedentes predictis sindicis, nunciis et procuratoribus

ipsorum plenum, liberum et generale mandatum in omnibus suprascriptis, adherentibus, dependentibus et connexis, promittentes dicti domini constituentes pro se eorumque successoribus et nomine et vice S. Aquilegensis ecclesie et patrie Foriiulii michi Iacobo notario infrascripto tamquam publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine omnium et singulorum quorum interest vel interesse poterit in futurum firmum, ratum et gratum habere, tenere, complere, attendere et observare omne et quicquid per ipsos sindicos ipsorum in premissis et circa premissa actum, factum, promissum, conventum et conclusum fuerit, obligantes ad hec omnia bona eorum, Aquilegensis ecclesie et patrie Foriiulii presentia et futura.

DLXVI.

[Cividale, 1419], 29 Marzo. — *Deliberazione del consiglio del comune di Cividale nella quale si ordina a Guglielmo de Puppi ed a Giovanni de Ferro deputati al consiglio del parlamento di non assentire ad alcuna deliberazione che non fosse diretta alla pace.*

MSS. A definizioni del comune nel R. Museo di Cividale. EDD. inedito. TESTO da A.

Die mercurii XVIIII marcii in stuppa comunis post prandium convocato et congregato consilio sono campane ut moris est.

De mittendo ad d. patriarcham.

Diffinitum fuit quod Guigelmus Puppi et Zanus de Ferro videant que diffinicio consilii parlamenti interdum fuerit et quod non assistant aliam determinacionem que non tenderit ad pacem et que possit esse causa disturbandi pacem sed solummodo assistant illos qui stent et tendant ad pacem et aliter non (a).

DLXVII.

Udine, 1419, 17 Aprile. — *Il patriarca invita la comunità di Fagagna al parlamento convocato per udire la relazione degli ambasciatori inviati a Venezia.*

MSS. A manca. B c. in racc. Ioppi da aut. di Belforte Miuttini notaio di Cividale dell'a. 1581 EDD. inedito. TESTO da B.

Ludovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha. Nobiles et prudentes fideles dilecti nostri salutem et gratiam nostram. Super salvo conducto per nos a dominio Veneto pro accedentibus parlamentum obtento nos fundando decrevimus, pro audienda relatione nostrorum ambasiatorum nuper e Venetiis reversorum generale colloquium parlamenti proxima die dominica videlicet XXIII presentis mensis aprilis in terra nostra Utini celebrare. Quare vos requirimus, nihilominus et vobis mandamus, ut dictum parlamentum per nos celebrandum, ut premittitur, accedere excusatione qualibet semota studeatis, presentesque litteras pro securiori vestro transitu, et reditu vobiscum portetis.

Datum in castro nostro Utini die XVII aprilis MCCCCXIX.

A tergo

nobilibus et prudentibus gastaldioni, consilio et comunitati loci nostri Faganee fidelibus nostris dilectis.

(a) Già nel precedente consiglio del 13 gennaio 1419 erasi deliberato di deputare sette persone col mandato di trattare con Venezia per la pace d'accordo col patriarca, coi nobili e con le altre comunità.

DLXVIII.

[Udine, 1419, 22 Aprile]. — *Il consiglio del comune di Udine, insieme a dieci savii per ogni quartiere elegge i rappresentanti al parlamento e dà loro istruzioni quanto alle proposte di pace con Venezia* (a).

MSS. A Annales civitatis Utini XXI, 310. EDD. inedito. TESTO da A.

Super propositis per dictos deputatos ad regimen declarantes in effectu relationem noviter reportatam per ambassiatores de intentione dominii Venetiarum super tractatu pacis et quod ipsi Veneti antequam descendant ad aliqua pacta seu ad aliquam conclusionem concordii petunt intentionem d. patriarche et patrie de castro Sacilli quod castrum volunt habere pro securitate eorum quandocumque facta esset vel fieret aliqua conclusio pacis inter eos et patriam. Et volunt facere bonam cautionem de restituendo ipsum castrum ecclesie Aquilegensi quandocumque sequeretur aliquod concordium vel pax inter serenissimum d. regem Romanorum et Ungarie et ipsos Venetos et aliter non volunt descendere ad aliquod concordium nisi primo d. patriarcha et patria eis declarent ipsorum intentiones de dando sibi dictum castrum Sacili pro eorum cautione etc. Et quod cras debet fieri parlamentum hic in Utino super huiusmodi materia. Preterea insteterunt elìgi ambassiatores ad dictum parlamentum. Super qua propositione petito per supradictum camerarium de opinionibus omnium suprascriptorum civium et consultorum in dicto consilio astantium, tandem deliberatum, consultum deffinitum et conclusum fuit per maiorem partem dicti consilii et quasi per totum ipsum consilium quod eligi debebant quatuor boni cives qui crastina die intersint in dicto parlamento et quantum in eorum prudentiis est una cum d. patriarcha et aliis de patria in dicto parlamento convocatis dicant et consulant id quod sentiant concernere bonum fructum ac pacificum statum et libertatem totius patrie. Et tandem post omnia adhereant et se conservent opinioni, deliberationi et conclusioni maioris partis aliorum de patria in dicto parlamento existentium, super facto dumtaxat dicti castri Sacilli. Et ad hoc electi fuerunt pro ambassiatoribus ad dictum parlamentum d. Iohannes Moyses legum doctor, ser Gregorius Archolonianus, ser Nicolaus ser Zani et ser Antonius de Valantinis.

DLXIX.

[Cividale, 1919, 22 Aprile]. — *Istruzioni date dal consiglio di Cividale agli ambasciatori inviati al parlamento.*

MSS. A definizioni del comune nel R. Museo di Cividale. EDD. inedito. TESTO da A.

[MCCCCXIX, die veneris XXII mensis aprilis].

De mittendo ad parlamentum die dominico proxime futuro congregandum Utini et de informatione danda illis super eo quod debeant ambaxiatores ituri illuc dicere et protestare in parlamento.

Diffinitum fuit quod primo eligantur ambaxiatores qui vadant ad ipsum parlamentum prout electi et deputati fuerunt infrascripti ser Nicolaus de Portis, ser Zenon de Portis. Et quod ipsi ambaxiatores cum fuerint in parlamento seu consilio parlamentorum instent quod considerata conditione tristi et misera patrie in qua nunc sedet quod pro pace habenda cum serenissimo ducali do-

(a) Si tratta di una riunione del “ consilium et ultra consilium decem pro singulo quarterio convocatorum „ presieduti, come d'ordinario, dal capitano patriarcale Paolo Glovicer. Il camerario proponente è ser Giovanni Guberto de Gubertini: procuratore del comune è ser Federico di Savorgnano.

minio Veneciarum detur Sacillum ipsi dominio pro securitate pacis servande pactis iis que ambaxiatoribus quales fuerunt Venecie pro pace tractanda declarata fuerunt videlicet, de restituendo dictum locum ecclesie Aquilegensi cum primo inter serenissimum d. Romanorum regem et dictum ducale dominium pax firmata esset aut longa tregua etc. Et si ipsis ambaxiatoribus videbitur disturbum verti in hoc propter quod pax requiri non possit in patria vigore Sacilli, quod ambaxiatores illi protestentur ex nunc et dicant quod comunitas Civitatis Austrie non potest de cetero gueram pati ob maximam inopiam et quod ipsa providebit omni modo pacem habere cum dicto dominio Veneciarum dummodo remaneat in sua libertate et sub ecclesia Aquilegensi (a).

DLXX.

Udine, 1419, 23 Aprile. — *Elenco degli intervenuti al parlamento.*

MSS. A manca. B c. nella racc. Ioppi da c. estratta nel 1740 dal notaro Pistachisini di Cividale da un processo esistente nell'archivio capitolare. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCCXIX indictione XII die dominico XXIII aprilis (b). Actum in castro Utini, in salla superiori in pleno parlamento ad trinum sonum campane more solito congregato, in quo interfuerunt reverendissimus in Christo pater et illustris princeps, et d. noster d. Ludovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha, d. Henricus episcopus Concordiensis pro capitulo Aquilegensi d. Philippus de Fontanellis .... Aquilegensis, Iacobus Ronconi canonici Aquilegensis, pro abbate Rosacensi frater Christoforus monachus monasterii Rosacensis, d. presbiter Meinardus .... d. abbatis, pro abbate Sextensi missa fuit una littera, pro abbate Belliniensi nullus, pro preposito S. Stephani d. Philippus de Fontanella, pro preposito S. Felicis Franciscus Perosi, pro capitulo Civitatensi Iacobus de Cabaleis, pro capitulo Utinensi d. Iacobus Iervasii decanus Utinensis pro prelatis, pro Prata d. Nicolussius comes Prate Federicus comes de Purceleis, pro Pulcinico nullus, pro Spelimbergo ser Ioannes de Spelimbergo, pro Cucanea, Valvasono, et Pertistagno ser Frescus, ser Iacobi, d. Rizzardi, et ser Christophorus Henrici de Cucanea, pro Trichano ser Pertoldus de Trichano, et Murucio, pro Prampergo Antonius de Valentinis, pro Mels, et Colloreto ser Ioannes Paduanus, pro Castello Berthola notarius de Nimis habitator Civitatis Austrie, pro Strassoldo ser Aytor de Strassoldo, pro Fontebono ser Federicus et Ioannis, pro Pers illi de Glemona, pro Attemps Asquinus de Attemps, pro Cergnaco Iacominus, pro Maniaco nullus, pro la Fratina nullus, pro Varmo superiori et inferiori nullus, pro Manzano Thadeus de Manzano, pro Brazzaco Antonius de Brazzaco, pro Toppo Daniel Brisini pro nobilibus, pro communitatibus ser Petrussius notarius, et Ioannes Minici (c), pro Civitate Austrie Nicolaus, et Zenon de Portis, ac Simon Ioannistonii de Civitate Austrie, pro Utino d. Ioannes Moises legum doctor, Nicolaus, ser Zani, et Gregorius Arc........, Federicus de Savorgnano, et Antonius de Valentinis, pro Glemona Octavius de S. Daniele, et Christoforus de Plano, pro Tulmetio Candidus Puppi et Simon notarius, pro Sacillo ser Nicolaus ser Hectoris, pro Portugruario Ioannes Marchesini, et Marcus Tarvisanus hospes, pro Marano ser Ioannes notarius Fulcheri et Gurite, pro Montefalcono ser Nicolaus d. Bede, Leonardus Caligarius, pro Faganea Ioannes Cat, pro S. Daniele d. Prior, et Christophorus Bede. pro S. Vito Henricus de Fin, pro Marano, pro Canipa.

(a) Questo importante documento fu citato dal prof. Cogo, nella sua memoria: *La sottomissione del Friuli alla repubblica Veneta*, p. 103 n. 1.

(b) Il testo ha 25 aprile, ma nel 1419 la domenica scade il 23.

(c) Questi due devono intervenire per Aquileia; lo stesso Giovanni Minici si trova infatti anche nel consiglio del parlamento del 28 aprile seguente, come rappresentante di quella comunità.

DLXXI.

[Cividale, 1419], 24 Aprile. — *Il consiglio di Cividale udita la relazione degli ambasciatori inviati al parlamento, i quali riferiscono che l'adunanza era stata rinviata, deliberano che non si consenta a dar balía ad alcuni deputati dal parlamento per la pace.*

MSS. A definizioni del comune nel R. Museo di Cividale. EDD. inedito. TESTO da A.

[MCCCCXIX] Die lune XXIV mensis aprilis nova vesperorum, convocato et congregato consilio sono campane ut moris est.

De relatione facta per ambaxiatores reversos a parlamento Utini celebrato non cum integritate tamen.

Retulerunt sub brevitate quod colloquium non fuit celebratum in quo fuerit aliqua conclusio in facto Sacillo sed, facta relatione per ambaxiatores reversos, d. patriarcha dici fecit quod non volebat ut aliquid superius deliberaretur sed quod nocte futura omnes mature cogitare deberent de mantenendo aut dando Sacillum aut aliter. Et sic hodie non fuit colloquium congregatum. Sed quod d. noster patriarcha habuit dicere quod certissime si gentes in subsidium patrie non essent hodie in patria ipsa, ipse intendit habere pacem cum Venetis vel de dando Sacillum vel aliter quod tendat ad pacem. Et quod ipsi ambaxiatores non deberent hoc in consilio enarari et remanerent hic secreta quia si ad noticiam hominum de Sacillo ista pervenirent, dubitat ipse quod ipsi homines se concordabunt cum Venetis sua auctoritate et isti cum reliquis de patria postmodum non volent pacem et quod vellet ut ad hoc deputentur deputati per colloquium ad providendam pacem et de modo provido de dando Sacillum et quibus modis debeant formari capitula. Super quibus diffinitum fuit quod nullo modo consentiatur quod fiant deputati sed diffinitio pridem in consilio nostro facta mittatur executioni (a).

DLXXII.

Údine, 1419, 28 Aprile. — *Elenco degli intervenuti al consiglio del parlamento.*

MSS. A manca. B c. in racc. Ioppi come al n. DLXVII. EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno ab eius nativitate MCCCCXIX indictione duodecima, die XXVIII aprilis, actum in castro Utini, in salla magna superiori, in pleno consilio parlamenti, ad sonum campane more solito convocato, in quo interfuerunt, reverendissimus in Christo pater illustris princeps, ed d. noster d. Ludovicus dei gratia S. sedis Aquileiensi patriarcha, d. Henricus episcopus Concordiensis, d. Philippus de Fontanella archidiaconus Aquileiensis, d. Nicolaus de Portugruario doctor, et Iacobus Ronchonus canonici Aquileienses, pro abbate Rosacensi frater Christophorus monachus eiusdem monasterii, presbiter Leonardus de Glemona procurator abbatis Mosacensis, pro abbate Sextensi Angelus notarius, Ioannis de Portugruario, d. Philippus de Fontanella, pro preposito S. Stephani Franciscus Peroti, pro preposito S. Felicis Iacobus de Cabalis canonicus Civitatensis, d. Iacobus Gervasii decanus Utinensis, pro prelatis. D. Nicolaus comes Prate, Federicus comes Purcileis, Ioannes de Spilimbergo, Frescus, Christophorus, Iacobus, et Ulvinus de Cucanea, ser Ioannes

(a) Nell'arengo del 15 maggio successivo furon deputati Zenone de Portis, Cristoforo Ottoboni provveditori, Corrado Boiani milite, Niccolò de Portis, Adamo Formentini, Bartolameo di Savorgnano (Nascinguerra), Virgilio de' Virgilii, Zanino de Ferro, Alessio notario q. Iacopo a trattare colla signoria di Venezia, purchè però fosse conservata la libertà della città e la soggezione alla Chiesa d'Aquileia (definizioni cit.).

Paduanus de Colloreto, Antonius de Valentinis de Utino pro Prampergo,
Bartolomeus notarius de Nimis habitans in Civitate Austrie pro nobilibus de
Castello, ser Aytor de Strassoldo, Antonius de Vilalta, Valantinis de Utino
procurator Nicolai de Vilalta, sicut manu mea constat, d. Andreas de Sbro-
gliavacha, Iacomucius de Cergnoco procurator Asquini de Attemps, ser Ioannes
Paduanus de Colloreto procurator ser Pertoldi di Tricano, et Thadei de Man-
zano sicut constat manu mei Iacobi Notari, Antonius de Brazzacho, Iacominus
de Cergnoco, Daniel Brisini de Toppo, pro nobilibus, Petrus Bonus notarius
de Portugruario, Iohannes Minici pro Aquileia, pro Civitate Austrie Franciscus
Peroti, et Bartholomeus de Nimis de Civitate Austrie, d. Ioannes Moyses legum
doctor, Gregorius Arconianus, Nicolaus ser Cani de Valantinis de Utino, ser
Gasparinus et Aidinus de Prioribus de Venzono, ser Odoricus de S. Daniele
pro communitate Glemone, ser Candidus Puppi de Tumetio, pro Sacillo Nico-
laus de Hectoris, et Benedictus ab Angelo de Sacillo, pro Portugruario Marcus
Tarvisanus et Ioannes Marcellini de Portugruario, Ioannes Fulcherius notarius
et Iacobus Gurite de Marano, magister Leonardus pro Montefalcono, ser Fran-
ciscus ser Macoris de Faganea, ser Henricus Delfin de S. Vito, d. Antonius
prior S. Thomadi prope S. Danielem, et Christophorus Bede de S. Daniele,
pro communitatibus.

DLXXIII.

Udine, 1419, 29 Aprile. — *Il parlamento Friulano dà pieno mandato ad alcuni procuratori per concludere la pace coi Veneziani opponendosi soltanto la comunità di Cividale* (a).

MSS. A manca. B c. del sec. XV nel vol. 666 della biblioteca comunale di Verona n. 19 e seg.
EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCCXIX, ind. XII, die XXIX mensis aprilis, actum in castro Utini in sala maiori, presentibus reverendo in Christo d. Bortolomeo Chacia de Mediolano sacre pagine professore episcopo olim Placentino, nobili ser Bernardo de Rabata de Goricia, ser Antonio olim ser Iacobi Chachus cive terre Venzoni testibus et aliis in copiosa multitudine ad hec vocatis et rogatis.

Congregato ibidem ad plenum parlamento et generali colloquio patrie Foriiulii ad trinum sonum campane per reverendissimum in Christo patrem illustremque principem et d. nostrum d. Ludovicum dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcham more solito convocato, in quo interfuerunt prelibatus d. noster Lodovicus patriarcha pro se et sua sancta sede Aquilegensi et reverendissimus in Christo pater et d.d. Henricus dei gratia episcopus Concordiensis pro se et sua Concordiensi ecclesia ac venerabiles et egregii viri dd. Nicolaus de Portugruario decanus, Philipus archidiaconus Aquilegensis ecclesie decretorum doctores et Iacobus de Ronchonibus canonicus Aquilegensis pro Aquilegensi capitulo, frater Stephanus monacus pro venerabile d. abbate

(a) La ragione dell'opposizione di Cividale si deve vedere probabilmente nell'ampio mandato conferito ai procuratori, mentre la comunità (v. sopra DLXVI) aveva dato istruzioni ai suoi inviati al parlamento « quod nullo modo consentiatur quod fiant deputati ». Evidentemente la comunità temeva che si concludesse una pace a lei sfavorevole. D'altra parte c'era anche da dubitare delle vere intenzioni del patriarca che probabilmente intavolava queste trattative per ottenere indugi in attesa dei soccorsi imperiali. Si avverta in ogni modo che il Sanudo, Vite dei Dogi (ved. DE RUBEIS, *Monumenta* cit. col. 1043) tramandò la notizia che la comunità Cividalese aveva già in quell'aprile chiesto salvacondotto al generale Veneziano d'Arcelli per suoi inviati a Venezia; vedasi sopra doc. DLXVI e GRION, *Guida storica di Cividale*, ivi 1899, vol. I p. 81.

et monasterio Rosacensi, presbiter Maynardus de Glemona pro venerabili d. abbate et monasterio Mosacensi, Angelus notarius de Portugruario pro venerabili d. abbate et monasterio Sextensi, d. Philipus de Fontanellis pro venerabili preposito et capitulo S. Stephani extra muros de Aquilegia, ser Francisco Perotti de Civitate Austrie pro venerabili preposito et capitulo S. Felicis de Aquilegia, d. Iacobus de Caballis canonicus Civitatensis pro venerabili decano et capitulo Civitatense, d. Iacobus decanus Utinensis pro se et suo capitulo Utinensi pro prelatis.

Insuper spectabilis d. Nicolussius pro se et reliquis comitibus Prate, d. Federicus pro se et comitibus de Purcilleis et nobilis ser Iohannes de Spegnimbergo, ser Frescus, ser Christoforus, ser Iacobus, ser Henricus et ser Ulvinus de Cuchanea, ser Iohannes Paduanus de Mels sive Coloreto, ser Antonius de Valentinis de Utino pro nobilibus de Frampergo, Bortolomeus Marelli habitator Civitatis Austrie pro nobilibus de Castello, ser Hector de Strasoldo, ser Antonius de Valentinis de Utino pro nobilibus de Vilalta et de Chavoriacho, ser Andreas de Sbroglavacha pro se et consortibus suis, ser Ioannes Paduanus pro consortibus de Fontebono, ser Iacomucius de Cergnoco pro nobili Asquino de Atems, ser Io. Paduanus de Coloreto pro nobilibus de Tricano et pro nobili Tadeo de Manzano, ser Antonius de Brazaco pro se et consortibus suis, Iacomucius de Cergnoco et Daniel Brisini de Toppo pro se et consortibus ipsorum nec non ser Petrus Bonus notarius et Iohannes Minici pro comunitate vetuste civitatis Aquilegie, ser Franciscus Perotti et Bortolomeus Marelli pro comunitate Civitatis Austrie, d. Iohannes Moysi legum doctor, ser Gregorius Arconeanus, Nicolaus de Torsis et ser Antonius Valentini cives Utinenses pro comunitate Utinensi, ser Odoricus de S. Daniele pro comunitate Glemone, ser Gasparinus de Prioribus de Venzono et Radiusius, Candidus del Pup de Tumecio, Nicolaus ser Hectoris et Benedictus Angeli de Sacilo pro comunitate Sacili, ser Marchus Tarvisanus et Iohannes Marcolini et Naninus de Cordivado habitans Portugruario pro comunitate Portusgruarii, Iohannes Fulcherius notarius et Iacobus Guritte de Marano pro comunitate Marani, ser Nicolaus domine Bette et magister Leonardus de Montefalcono pro comunitate Montisfalconi, ser Franciscus ser Machore de Faganea, ser Henricus del Fin habitator S. Viti, d. Antonius prior S. Tomadi prope S. Danielem et Christoforus Lete de S. Daniele pro comunitate S. Danielis pro comunitatibus patrie Foriiulii parlamentum seu generale colloquium tocius patrie Foriiulii facientes et totam ipsam patriam representantes existentes ultra tres parte omnium et singulorum prelatorum, nobilium et comunitatum patrie Foriiulii ad quos pertinet consulere et providere saluti et conservationi status sancte Aquilegensis ecclesie et patrie Foriiulii que nunc fluctuant ex imminenti guerra, ex proposito et deliberato, non per errorem sed ex certa scientia omnes collegialiter supranominati simul unanimiter et concorditer una dumtaxat voce excepta scilicet comunitate Civitatis Austrie, omni via, iure, forma et modo quibus melius sciverunt et efficacius potuerunt, constituerunt, ordinaverunt, fecerunt et creaverunt reverendissimum Christo patrem et d.d. Henricum episcopum Concordiensem, d. Philipum de Fontanellis archidiaconum Aquilegensem, d. Nicolusium comitem de Prata, nobilem ser Freschum de Chuchanea, ser Nicolaum de Torsis de Utino, ser Gasparinum de Prioribus de Venzono, ser Henricum del Fin habitatorem S. Viti ibidem presentes et acceptantes, suos et dicte Aquilegensis ecclesie ac tocius universitatis patrie Foriiulii veros et certos consiliarios, nuncios, sindicos, factores et legittimos procuratores ad petendum, exhibendum, tractandum et concludendum una cum reverendissimus d. nostro patriarcha antedicto, benivolentiam, concordiam, tranquillitatem et pacem cum illustri et excelso ducali dominio Veneciarum vel cum habente mandato ab illo et ad promittendum, paciscendum, conveniendum, iurandum et aliter quocumque curandum prelibato ducali dominio pro tractatis et conclusis in concordia et pace iamdicta et ad obligandum pro conservatione pacis bona sedis Aquilegensis ac prelatorum, nobilium et comunitatum tocius patrie Foriiulii et ad penas adiiciendum et promissionem, pacta, conventiones et cautiones a dicto ducali dominio reci-

piendum, acceptandum et stipulandum, nec non ad prestandum plenam et ydoneam fideiussionem sive securitatem per obsides vel per assignationem alicuius de locis Aquilegensis ecclesie et patrie Foriiulii cum fortiliciis ad dictum locum pertinentibus et spectantibus, cum omnibus et singulis clausulis, articulis et capitulis ad omnia et singula supradicta, directe aut indirecte, mediate vel proxime, aut illa vel eorum aliquod, tacite vel expresse et quomodolibet concernentibus prout ipsis dd. sindicis et consiliariis utilius et convenientius visum fuerit. Dantes et concedentes supradicti domini constituentes dictis dd. consiliariis, sindicis et procuratoribus in premissis et quolibet premissorum plenam et integram potestatem, auctoritatem atque bailiam cum plena et libera administratione, cum potestate et omnimoda facultate de se ipsis aut de aliis de dicta patria unum vel plures nunc ambassiatores, sindicos et procuratores sustituendi, creandi atque mittendi ad conspectum ducalis dominii Venetiarum et per sustitutos a se omnia et singula supradicta petendi, tractandi, concludendi et faciendi quibus dicti domini constituentes ex nunc similem dederunt potestatem atque bailiam et promittentes dicti domini constituentes per se eorumque successores et vice et nomine S. Aquilegensis ecclesie et patrie Foriiulii ac prelatorum, nobilium et comunitatum eius michi Iacobo notario infrascripto tamquam publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine omnium et singulorum quorum interest vel interesse poterit in futurum, firmum, ratum et gratum habere, tenere, complere, attendere et observare totum quicquid et omne id quod per ipsos sindicos, consiliarios, ambassiatores et procuratores et sustituendos ab eis in premissis et circha premissa, actum, factum, conventum et conclusum fuerit, obligantes ad hec omnia eorum bona, Aquilegensis ecclesie et patrie Foriiulii presentia et futura. Ad plenum etc.

DLXXIV.

Udine, 1419, 10 Maggio. — *Il consiglio del parlamento nomina procuratori per chieder pace ai Veneziani, offrendo loro il possesso di Sacile* (a).

MSS. A manca. B c. del sec. XV nel ms. 666 della Bibl. comunale di Verona. p. 18 e seg.
EDD. inedito. TESTO da B.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCCXIX, indictione XII, die merchurii X mensis maii, actum in castro Utini in stupa parva superiori, presentibus nobili et prudentibus viris ser Iohanne filio d. Freschi de Chuchanea, ser Antonio q. ser Valentini de Valentinis de Utino, Georio scriba et cancellario infrascripti d. nostri patriarche testibus ad hec vocatis.

Ibique reverendissimus in Christo pater et illustris princeps et d. noster d. Lodovicus dei gratia S. sedis Aquileiensis patriarcha, reverendissimus in Christo pater et d.d. Henricus episcopus Concordiensis, d. Philipus de Fontanellis archidiachonus Aquilegensis, ser Frescus de Chuchanea, ser Nicolaus ser Zanni de Torsis de Utino, ser Gasparus de Prioribus de Venzono, ser Henricus Delfin habitator S. Viti tamquam consiliarii, sindici et procuratores tocius universitatis in generali colloquio sive parlamento omnium et singulorum dd. prelatorum, nobilium et comunitatum tocius patrie Foriiulii solemniter constituti et ordinati prout constat publico instrumento a me notario infrascripto confecto sub instantibus millesimo et indictione, die XXIX mensis aprilis [1], congregati et convenientes in unum pro consiliis et provisionibus impendendis

(1) B dà XXIV, ma la vera data è XXIX che si trova anche nella rinnovazione del mandato di cui vedasi nella nota (a) e nel doc. DLXXIII.

(a) Una ripetizione letterale di questo mandato con diversità soltanto nella parte iniziale trovasi nel ms. 666 della biblioteca comunale di Verona con data 15 giugno 1419.

et faciendis Aquilegensis ecclesie et eius patrie ac predictis dominis constituentibus opportunis, consulte et deliberate, non per errorem sed ex certa scientia, utentes commissione, mandato, potestate et facultate a tota patria et universitate predicta, ut profertur, eis commissa, data atque concessa, omnes simul nomine suo proprio et nomine totius universitatis et parlamenti patrie et omnium et singulorum eos constituentium ac vice et nomine spectabilis d. Nicolusii comitis de Prata consiliarii, sindici et procuratoris atque college ipsorum, omni via, forma, iure et modo quibus melius sciverit et efficacius potuerit, substituerit, ordinaverunt, fecerunt et creaverunt venerabilem et egregios viros d. Nicolaum de Portugruario decretorum doctorem, d. Iohannem de Cavalcantibus legum doctorem de Utino, nobilem d. Nicolaum de Atems et prudentem virum ser Gasparinum de Venzono ibidem presentes et acceptantes, suos et tocius universitatis et patrie Foriiulii consiliarios, ambassiatores, sindicos et procuratores ad petendum, exhibendum et tractandum pacem, concordiam et benevolentiam cum illustrissimo ducali dominio Veneciarum etc. et omnia et singula in sindicatu eorum contenta et specialiter nominatim et expresse promittendum et obligandum terram Sacili cum fortiliciis videlicet cum rocha pro securitate ducalis dominii Veneciarum, cum illis modis et condictionibus de quibus alias dictum extitit et tractatum promittentes dicti domini substituentes per se vice et nomine sancte Aquilegensis ecclesie et patrie Foriiullii ac prelatorum, nobilium et comunitatum eius michi Iacobo notario infrascripto tamquam publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine omnium et singulorum quorum interest vel interesse poterit in futurum, firmum, ratum et gratum habere, tenere, complere, attendere et observare totum quicquid et omne id quod per dictos ipsos sindicos, consiliarios, ambassatores et procuratores substitutos, actum, factum, conventum et conclusum fuerit: obligantes ad hec omnia bona eorum, Aquilegensis ecclesie et patrie Foriiulii presentia et futura.

DLXXV.

Udine, 1419, 4 Luglio. — *Il patriarca Ludovico scrive al comune di Gemona di aver invano chiesto ai Veneziani un salvocondotto che permettesse di riunire il parlamento per discutere i patti da essi proposti a concludere la pace. Li avverte quindi che intende affidare alle armi la decisione suprema.*

MSS. A or. cart. nell'archivio com. di Gemona: lettere di principi fol. 36 v. EDD. inedito. TESTO da A.

Lodovicus dei gratia S. sedis Aquilegensis patriarcha.

Nobiles et prudentes fideles mei dilecti salutem et gratiam nostram noveritis nos cum septem deputatis patrie nostre Foriiulii nuperrime Venetiis habuisse specialem nostrum nuncium pro obtinendo ibi salvaconductum ad congregationem parlamenti patrie nostre Foriiulii fiendam ut ibidem proponi potuissemus petita per Venetos causa pacis introducende que vobis mittimus presentibus interclusa etc.; qui quidem nuncius per aliquem exquisitum modum de nostra intencione nullatenus potuit obtinere pro parlamento convocando ut sperabamus, nec volebamus nos aliquid super petitis per Venetos agere sine scitu et consilio maturo tocius parlamenti, attenta ponderositate petitionis, que fuisset et esset contra statum libertatis totius patrie nostre Foriiulii, sed antequam vellemus libertatem nostram servituti uti vulgariter dici possit subicere, potius volumus animose ipsam libertatem deffendere quam speramus cum auxilio subditorum et fidelium nostrorum manutenere auxiliante et interveniente gratia divina que bella iusta paventibus semper solita est assistere et finaliter nunquam derelinquere eosdem. In qua spem nostram, reiecta omni ambiguitate, fundamus. Vestris fidelitatibus insuper scire damus quod in certo loco

congregatio fit continua gentium armigerarum que se debent extendere ad numerum equitum mille ad faciendum congressum cum exercitu Venetorum et speramus triumphum ab eisdem aquirendum in brevi sentire. Usque quo interim facilius poterimus expectare auxilii sucursum de regno Ungarie venturum.

Datum in terra nostra Utini, die quarto mensis iulii MCCCCXVIIII (a).

A tergo:

nobilibus ac prudentibus viris capitaneo, consilio et comuni terre nostre Glemone fidelibus nostris dilectis.

(a) È questo l'ultimo atto relativo al parlamento che io abbia rinvenuto fra i documenti dell'età patriarcale. Nell'11 luglio successivo avvenne la dedizione di Cividale alla repubblica Veneta (ved. GRION, *Guida storica di Cividale*, ivi 1899, II doc. n. XIV); in quel mese i Veneziani campeggiavano in tutto il Friuli ed ai primi di settembre la stessa Udine era investita. La dedizione completa del Friuli alla repubblica avvenne però soltanto il 6 giugno del 1420 quando anche Udine, dopo alterne vicende guerresche, si sottomise.